
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01307932 2

BIBLIOTHÈQUE
DES
ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME

2e Série

LES
REGISTRES DE GRÉGOIRE IX

PUBLIÉS PAR

LUCIEN AUVRAY

TOME III

BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME
PUBLIÉE
SOUS LES AUSPICES DU MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE
2e SÉRIE IX, 11-12.

LES

REGISTRES DE GRÉGOIRE IX

RECUEIL DES BULLES DE CE PAPE

PUBLIÉES ET ANALYSÉES

D'APRÈS LES MANUSCRITS ORIGINAUX DU VATICAN

PAR

Lucien AUVRAY

ANCIEN ÉLÈVE DE L'ÉCOLE DES CHARTES, ANCIEN MEMBRE DE L'ÉCOLE FRANÇAISE DE ROME

TOME III

TEXTE — ANNÉES XIII A XV (1239 - 1241)

Registre de Pérouse (1227 - 1234)

PARIS
ALBERT FONTEMOING, EDITEUR

1908 - 1910

INCIPIT REGESTUM XIII ANNI

DOMINI GREGORII PAPE NONI

4793 Latran, 22 mars 1239.

Abbatibus de Croxton., de Neubo (= Newbo) et de Barlinges (= Barlings), Praemonstratensis ordinis, Lincolniensis dioecesis, mandat quatenus abbatem et conventum monasterii Rievallis, Cisterciensis ordinis, Eboracensis dioecesis, non permittant ab aliquibus molestari super mineriis et turbariis in possessionibus ejusdem monasterii Rievallis sitis, de quibus mineriis et turbariis nonnulli a praedictis abbate conventuque decimas illicite exigebant. — (Reg. 19, f. 105 [99] r°; ann. XIII, c. 1.)

« .. *de Croxton.*, .. *de Neubo et* .. *de Barlinges abbatibus, Premonstratensis ordinis, Lincolniensis diocesis*. Ex[1] parte dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii Rievallis, Cisterciensis ordinis, Eboracensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod, cum eis a Sede Apostolica sit indultum ut de possessionibus ante generale concilium acquisitis, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, nulli decimas solvere teneantur : quidam, vim et potestatem indulgentie hujusmodi interpretari aliter quam deceat, molientes, ex eo sumpta occasione dumtaxat, quod in quibusdam possessionibus suis loca quedam et metalli fodinas habent, que minerie ac turbarie vulgariter appellantur, quas ipsi propriis exercent manibus et expensis, ac per hoc asserentes possessiones ipsas non excoli manibus ac sumptibus eorundem, de mineriis ac turbariis ipsis decimas ab eis exigunt et extorquent. Quare nobis humiliter supplicarunt ut super hoc congruum remedium apponere curaremus. Cum igitur beneficia principalia sint interpretanda largissime, nos, volentes de indulgentiis apostolicis dubitationem auferre, non questionis scrupulum reservare, auctoritate presentium declaramus prefatas possessiones cum mineriis et turbariis supradictis, rebus sic se habentibus, dictorum abbatis et conventus manibus et sumptibus excoli, ac per hoc non esse ab eis exinde decimas exigendas. Quocirca mandamus quatenus contra declarationis nostre tenorem non permittatis eosdem abbatem et conventum super hiis ab aliquibus indebite molestari —. Dat. Laterani, XI kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

1. Le *Registre* de la XIIIe année débute par une belle et grande initiale, bleue et rouge sur fond blanc, qui est la lettre *E* de ce mot *Ex*, le premier du premier *capitulum*.

4794 Latran, 22 mars 1239.

Universis praesentes litteras inspecturis significat se divisionem per Cinthium Ciminum, ipsius papae subdiaconum et capellanum, de mandato Ostiensis episcopi et T[homae], tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis, inter potestatem et commune Anagninos, ex una parte, et consules ac commune Ferentinates, ex altera, super quodam tenimento, cujus occasione inter illos gravis olim materia quaestionis exorta fuerat, auctoritate apostolica factam, ratam habere, et statuere ut, sub poena mille librarum, in monte de Gravi nullum in perpetuum a Ferentinatibus vel a quibuscumque aliis

aedificium construatur, « cum toti ex hoc provincie grave » possit obvenire periculum et scandalum generari ; sed liceat » dictis Ferentinatibus libere, tanquam suum, montem ex- » colere supradictum ». — (Reg. 19, f. 105 [99] r° ; ann. XIII, c. 2.)

« *Universis presentes litteras inspecturis.* Licet ex officii —. Dat. Laterani, XI kalendas aprilis, anno tertiodecimo. »

4795 Latran, 23 mars 1239.

Archiepiscopo et thesaurario Corinthiensibus et decano Patracensi inquisitionem committit super pravis actibus episcopo Cephalon[i]ensi adscriptis faciendam, eisque mandat quatenus quae invenerint, ipsi papae rescribant. — (Reg. 19, f. 105 [99] r° ; ann. XIII, c. 3 ; — Moreau 1192, f. 290.)

« .. *archiepiscopo [et] .. thesaurario Corinthiensibus et .. decano Patracensi.* Que discrimen pariunt —. Sane, insinuantibus dilectis filiis .. archidiacono et majori ac saniori parte capituli ecclesie Cephalonensis, accepimus quod venerabilis frater noster .. episcopus Cephalonensis, qui notabilem defectum scientie redimere morum honestate deberet, postponens debitum pastoralis officii, jam per triginta annos in ecclesia sua vix octo vicibus crisma confecit : propter quod multi parvulorum sue diocesis sine perceptione baptismatis decesserunt. Preterea idem — ad vitium incontinentie labitur et filios de nephanda sibi commixtione productos nutrire tanquam legitimos non veretur, matrimonia licite contracta dirimens et prohibita celebrari permittens. Quid ultra ? prebendas canonicorum ecclesie memorate suis usibus applicando, grecos presbiteros auctoritate apostolica excommunicationis vinculo innodatos instituit in canonicos ejusdem ecclesie, mediante vitio symonie ; et quamquam idem quosdam alios consimiles sacerdotes, ad mandatum bone memorie .. predecessoris tui, frater archiepiscope, culpis eorum exigentibus, duxerit degradandos, tamen eisdem executionem sacerdotalis officii obtentu pecunie restituere non expavit, prodigus in dispergendis bonis ecclesie, que, olim in ornatu pretioso conspicua, nunc pauper haberi dinoscitur et despecta. Ne igitur ipsa ejusque filii sub tali pastore sic se negligi debeant[1] et offendi : nos, quos licet immeritos ad hoc Dei sapientia instituisse dinoscitur, ut generalis Ecclesia per attentionis nostre studium, sua gratia suffragante, in salutis semitam dirigatur, mandamus quatenus, si ejusdem episcopi famam apud bonos et graves viros inveniretis esse lesam, inquiratis super premissis et aliis diligentius veritatem, et que inveneritis, nobis, dilatione postposita, fideliter rescribatis, ut exinde quod expedire viderimus, disponamus. Quod si non omnes, tu, frater etc. ; non obstante constitutione de duabus dietis etc., ita tamen quod ultra quintam vel sextam pars altera etc. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno tertiodecimo. »

1. Au lieu de *debeant*, on attendrait bien plutôt ici un mot tel que *sentiant*.

4796 Latran, 24 mars 1239.

Abbati et conventui monasterii de Campaniola, ordinis sancti Augustini, Reginae dioecesis, qui, occasione unionis factae inter ipsos et monasterium de Marola, ejusdem dioecesis, et expulsionis ipsorum ex eodem monasterio [de Marola], multa damna et multas expensas subierant, significat se assignationem quarumdam possessionum ejusdem monasterii de Marola, usque ad valorem quingentarum librarum imperialium, quam ipsorum monasterio de Campaniola vicedominus Brixiensis et R., canonicus Reginus, faciendam curaverant, eis confirmare. — (Reg. 19, f. 105 [99] v° ; ann. XIII, c. 4 ; — cf. *supra*, n. 3672, 4024, 4407-4409 et 4462.)

« .. *priori et conventui monasterii de Campaniola, ordinis sancti Augustini, Regin[e] diocesis.* Ex parte vestra fuit expositum coram nobis quod, cum nos olim, intellectis dampnis, laboribus et expensis que, occasione unionis inter vos facte et monasterium de Marola, Regine diocesis, et expulsionis vestrorum ex ipso monasterio, subiistis, [..] magistro scolarum Parmensi, .. vicedomino Brixiensi et R., canonico Regino, nostris dederimus litteris in mandatis, ut vobis tantum de bonis dicti monasterii, pro predictis dampnis, laboribus et expensis, exhibere curarent, quod vobis ex ipsis juxta taxationem ipsorum recompensatio congrua proveniret : dicto magistro scolarum legitime excusato, prefati vicedominus et R. canonicus, in commisso sibi negotio juxta mandatum apostolicum procedentes, pensatis dampnis, laboribus et expensis que tam ante quam post receptionem litterarum nostrarum sustinuistis occasione prefata, provide decreverunt quod tantum de bonis dicti monasterii vobis assignari deberet, quod valeret quingentarum librarum imperialium quantitatem, quasdam possessiones dicti monasterii, juxta extimationem predicte pecunie, monasterio vestro assignare curantes, ut in instrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri. Nos igitur,

vestris precibus inclinati, quod super hoc a predictis vicedomino et canonico juste et provide factum esse dinoscitur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus —. Dat. Laterani, VIIII kalendas aprilis, anno tertiodecimo. »

4797 Latran, 23 mars 1239.

Decano Trecensi mandat quatenus, si quasdam litteras super quibusdam mutuis pecuniis quas prior et conventus monasterii Sancti Geremarii de Flaviaco ab Angelo Magalotti olim accepisse dicebantur, confectas, invenerit esse veras, dictos priorem et conventum compellat ut Petro et Paulo Magalotti, mercatoribus Romanis, heredibus praedicti Angeli, de praedictis pecuniis satisfaciant; quod si easdem litteras ei constiterit esse falsas, eisdem mercatoribus super illo debito silentium imponat. — (Reg. 19, f. 105 [99] v°; ann. XIII, c. 5.)

« .. *decano Trecensi*. Sua nobis nobiles viri Petrus et Paulus Magalotti fratres, mercatores Romani, petitione monstrarunt quod, cum Angelus Magalotti[1], cujus iidem heredes existunt, Petro de Roy, monacho et procuratori .. prioris et conventus monasterii Sancti Geremarii de Flaviaco[2], ordinis sancti Benedicti, renuntianti constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali, et habenti ab ipsis priore et conventu tam super hoc quam de mutuo contrahendo speciale mandatum, quandam summam pecunie mutuasset[3], certis sibi loco et termino persolvendam : iidem prior et conventus, asserentes quod dictus monachus per quasdam falsas litteras, ipsorum nomine fabricatas, quoddam maximum debitum contrahere dampnabili temeritate presumpserat, et quod ipsi ad ejus solutionem a creditoribus urgebantur, quasdam a nobis ad .. decanum Belvacensem et suos conjudices super hoc litteras impetrarunt, alicujus creditoris nomine non expresso. Coram quibus proponentibus dictis priore et conventu quod mercatores prefati exigebant ab eis quoddam grave debitum a monacho ipso per litteras falsas contractum, et petentibus quod mercatores predicti ostenderent rationem quare monasterium ipsum ad solutionem dicti debiti teneretur, vel super eorum impetitione silentium imponeretur eisdem : ex parte ipsorum mercatorum fuit excipiendo propositum coram eis, quod, cum iniquum sit ut quis agere vel accusare cogatur, ipsi per tales litteras non poterant nec debebant de jure compelli ut predictas rationes ostenderent, cum dicti prior et conventus ad eorundem mercatorum instantiam ad solutionem memorati debiti, cujus solutioni prefixus terminus nondum advenerat, minime cogerentur; quare peti superflue videbatur ut imponeretur eis silentium super petitione debiti sepedicti, super quo nondum contra dictos priorem et conventum ediderant actionem. Sed, quia judices ipsi, eosdem mercatores super premissis recusantes audire, nichilominus ad locum non tutum trahebant eosdem, alium eis securum concedere contra justitiam denegantes, humiliter requisiti : ipsi, sentientes ex hiis indebite se gravari, nostram audientiam appellarunt : quorum appellationi dicti judices humiliter detulerunt. Quare predicti mercatores nobis humiliter supplicarunt ut, cum jam terminus predictus effluxerit, nec eis de dicta fuerit pecunia satisfactum, ac ob hoc dampna incurrerint gravia et expensas, super hoc providere curaremus eisdem. Quocirca mandamus quatenus, si est ita et litteras super hujusmodi debito confectas inveneris esse veras, dictos priorem et conventum ut eis de predicta pecunia, cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum, usura omnino cessante, satisfaciant, ut tenentur, constitutione non obstante predicta, ita tamen quod ultra tertiam vel quartam extra suam diocesim pars altera ad judicium non trahatur —, compellas. Quod si easdem litteras tibi constiterit esse falsas, tu, super debito ipso silentium imponens mercatoribus antedictis, non permittas super hiis eosdem priorem et conventum ulterius molestari : molestatores etc. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

1. Cf. *supra*, n° 3714.
2. *Ms.* : Sancti Germani de Fluviaco. — Le mot « Fluviaco » est récrit sur un grattage.
3. *Ms.* : mutuassent.

4798 Latran, 22 mars 1239.

Abbati Sancti Benigni Fructuariensis, Yporiensis dioecesis, et praeposito ecclesiae Vettolanae, Vercellensis dioecesis, mandat quatenus ad ecclesiam de Ripalta (= Rivalta-di-Torino), ordinis sancti Augustini, Taurinensis dioecesis, debitis contractis a praedecessoribus praepositi ejusdem ecclesiae de Ripalta tunc existentis enormiter gravatam, accedant, et, in unam summam singula debita redigentes, praeposito et conventui ejusdem ecclesiae de Ripalta de proventibus ipsius ecclesiae sustentatione congrua reservata, residuum ipsorum proventuum tamdiu colligi faciant, donec creditoribus ejusdem ecclesiae de illis debitis per ipsum abbatem Sancti Benigni ejusque collegam fuerit satisfactum ; « si vero de fructibus ipsis satisfieri nequiverit creditoribus » memoratis, vendendi de bonis mobilibus ipsius ecclesie, » et, si nec ista suffecerint, de immobilibus minus utilibus,

» eisdem preposito et conventui » licentiam tribuant; ita dumtaxat ut eorum pretium per manus ipsius abbatis Sancti Benigni ejusque collegae in solutionem illorum debitorum, de conscientia praedictorum praepositi et conventus de Ripalta, integre convertatur. — (Reg. 19, f. 106 [100] r°; ann. XIII, c. 6.)

« .. *abbati Sancti Benigni Fructuariensis et .. preposito ecclesie Vettolan[e], Yporiensis et Vercellensis diocesum.* Ex parte dilectorum —. Dat. Laterani, XI kalendas aprilis, anno tertiodecimo. »

4799 Latran, 5 avril 1239.

Magistro et fratribus hospitalis de Alto Passu (= Altopascio), Lucanae dioecesis, significat se eis regulam fratrum hospitalis Sancti Johannis Hierosolymitani concedere, et statuere ut eadem regula in eorum hospitali de Alto Passu et in universis domibus ei subjectis perpetuo observetur, privilegiis eidem ipsorum hospitali ab Apostolica Sede concessis in suo robore duraturis; addit se nolle magistrum et fratres hospitalis Hierosolymitani praedicti in ipsos fratres de Alto Passu nec non in eorum hospitale ac domus jus aut jurisdictionem aliquam sibi vindicare. — (Reg. 19, f. 106 [100] r°; ann. XIII, c. 7; — J. Delaville Le Roulx, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 566, n° 2225.)

« .. *magistro et fratribus hospitalis de Alto Passu, Lucane diocesis.* Solet annuere etc. —. Dat. Laterani, nonis aprilis, anno tertiodecimo. »

4800 Latran, 8 avril 1239.

Archiepiscopo Cusentino et episcopo Cassanensi significat capitulum ecclesiae Rossanensis, pastore destitutae, abbatem Sancti Salvatoris de Burdunario in archiepiscopum suum unanimiter postulasse, et, ejusdem postulationis processu ad apostolicam praesentiam transmisso, eam ab ipso papa admitti petivisse; verum, quia de eadem postulatione non potuerat ipsi papae constare, eis negotium illud committit et mandat quatenus, « de forma postulationis predicte ac pos» tulati meritis et studiis postulantium sollicite inqui» rentes », si eam invenerint de persona idonea canonice celebratam, ipsam admittant et eidem postulato consecrationem impendant, recepturi ab eo, Romanae Ecclesiae nomine, fidelitatis juramentum, juxta formam eis transmissam; formam autem juramenti quod ipse praestiterit, de verbo ad verbum ad ipsum papam per ejusdem postulati patentes litteras, ejus sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius destinent; alioquin, ea rite repulsa, faciant ecclesiae supradictae infra certum tempus ab ipsis praefigendum, per electionem canonicam de persona idonea provideri. — (Reg. 19, f. 106 [100] r°; ann. XIII, c. 8.)

« .. *archiepiscopo Cusentino et .. episcopo Cassanensi.* Nuper, Rossanensi ecclesia —. Dat. Laterani, VI idus aprilis, anno tertiodecimo. »

4801 Latran, 4 avril 1239.

Sacristae, archidiacono et praecentori Nemausensibus inquisitionem committit faciendam in causa inter abbatem conventumque monasterii Francarum Vallium, Cisterciensis ordinis, ex una parte, et Magalonensem episcopum, ex altera, exorta super manso de Pinu et quibusdam aliis ad comitatum Melgorii et Montis Ferrandi pertinentibus, quas possessiones praedicti abbas et conventus in Romanae Ecclesiae et praedicti episcopi praejudicium detinere dicebantur; quae invenerint, ipsi papae rescribant. — (Reg. 19, f. 106 [100] v°; ann. XIII, c. 9; — Moreau 1192, f. 292.)

« .. *sacriste, .. archidiacono et .. precentori Neumasensibus.* Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Francarum Vallium, Cisterciensis ordinis, sua nobis petitione monstrarunt quod dudum[1] venerabilis frater noster .. Magalonensis episcopus, asserens quod quondam R[aimundus], comes Tolosanus, qui comitatum Melgorii et Montis Ferrandi tunc temporis detinebat, mansum de Pinu et quedam alia ad eundem pertinentia comitatum, alienare sine assensu Sedis Apostolice presumpsisset, nec non quod dicti abbas et conventus eadem in Ecclesie Romane ac ipsius episcopi prejudicium detinerent, ad vos nostras impetravit litteras, continentes ut, inquisita super hiis de plano et sine strepitu judicii veritate, si rem inveniretis taliter se habere, ipsos ad restitutionem debitam predictorum, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, cogeretis, non obstantibus litteris confirmationum vel aliis super hiis a Sede Apostolica impetratis, plenam de dictis litteris non facientibus mentionem. Et licet dicti abbas et conventus ad citationem vestram comparuerint coram vobis, nichilominus tamen, vestro pendente judicio, dictus episcopus, eisdem usum molendinorum in eodem manso existentium interdicens, fecit per bajulum proprium per vicos voce preconia et in vicinis ecclesiis inhiberi, ne quis illuc accederet ad molendum; alias eis super premissis gravis et injuriosus plurimum existendo. Quare memo-

1. *Ms.* : quod cum dudum. — *Cum* est évidemment de trop et ne répond à rien de ce qui suit.

ratus abbas, nostram coactus adire presentiam, pro se ac conventu predicto nobis humiliter supplicavit ut, cum ipsi predictum mansum et quasdam possessiones, ab eis justo emptionis et donationis titulo, accedente consensu dicti comitis, acquisitos, per triginta annos et amplius pacifice possedissent, ac pro ipsis possessionibus et manso, in quo grangiam, non absque magnis expensis et laboribus, construxerunt, dictus episcopus, postquam idem comitatus nomine Ecclesie Romane pervenit ad eum, censum annuum receperit ab eisdem, eis super hoc paterna subvenire providentia curaremus. Nos igitur, sic jura comitatus ejusdem servare volentes, quod aliorum justitia, et precipue divine laudi vacantium, non ledatur, mandamus quatenus, si est ita, inhibitiones hujusmodi revocantes, et dictum episcopum ac ejus bajulos auctoritate nostra ut ab eorum super hiis desistant injuriis, compescentes, de plano et sine strepitu judicii que sunt que alienata dicuntur, et de circumstantiis universis alienationem hujusmodi contingentibus, inquirentes plenius veritatem, que inveneritis, nobis fideliter rescribatis, prefigentes dictis abbati et conventui terminum peremptorium competentem, quo per procuratorem idoneum compareant coram nobis, ut super hoc quod expedire viderimus, disponamus. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani. II nonas aprilis, anno tertiodecimo. »

4802 Latran, 6 avril 1239.

Priori de Monte Acuto, Cluniacensis ordinis, Claromontensis dioecesis, significat se episcopo Aniciensi iterum mandasse quatenus, non obstantibus quibusdam exceptionibus ex parte decani et capituli ecclesiae Aniciensis oppositis, personatum qui vulgariter vocabatur *abbatia Secureti*, in ecclesia Aniciensi, magistro Beraudo, ipsius papae subdiacono, praecentoriam Lugdunensem resignanti, conferret, et irritum et inane decernere quicquid de eodem personatu contra mandatum apostolicum fuerit attentatum ; ei mandat quatenus, si dictus Aniciensis episcopus mandatum apostolicum neglexerit adimplere, ipse illud exsequi non omittat. — (Reg. 19, f. 106 [100] vº ; ann. XIII, c. 10 ; — cf. *supra*, nº 4636.)

« .. *priori de Monte Acuto, Cluniacensis ordinis, Claromontensis diocesis.* Sua nobis magister Beraudus, canonicus Aniciensis, subdiaconus noster, petitione monstravit quod, cum olim ei, archidiaconatum Claromontensem in manibus nostris libere resignanti, precentoriam Lugdunensem de gratia contulerimus speciali : quia in ecclesia Lugdunensi, propter graves inimicitias quas habet ibidem, timebat residentiam facere personalem, venerabili fratri nostro .. Aniciensi episcopo nostris dedimus litteris in mandatis, ut personatum qui vulgariter *abbatia Secureti* vocatur, in ecclesia Aniciensi vacantem, eidem, predictam precentoriam resignanti, conferret. Verum ex parte [..] decani et capituli Aniciensium coram eodem episcopo fuit excipiendo propositum quod, cum littere ille de prebenda Claromontensi, quam post resignationem dicti archidiaconatus retinuit, nullam facerent mentionem, et[1] licet Bertrandus[2], qui dictum personatum obtinuit, fuerit in episcopum Vivariensem electus et etiam confirmatus, quia tamen munus consecrationis adhuc non potuit obtinere, nequaquam personatus ipse vacabat : per litteras ipsas super hoc procedere de jure non poterat nec debebat ; propter quod eidem negotio dictus episcopus supersedere curavit. Quare idem magister nobis humiliter supplicavit ut super hoc sibi providere — curaremus —. Dat. Laterani, VIII idus aprilis, anno tertiodecimo[3]. »

4803 Latran, 9 avril 1239.

Archidiacono de Derham (= Dereham), Norwicensis dioecesis, mandat quatenus Thomam clericum, ejusdem dioecesis, — qui, causa inter ipsum et Hugonem de Bilne (= Bilney) clericum super ecclesia de Kimburle (= Kimberley) pendente, in termino partibus praefixo, per tres menses exspectatus, comparere non curaverat, — in expensis legitimis eidem Hugoni condemnet et ad solutionem earundem per censuram ecclesiasticam compellat, praedicto Hugoni licentia ad propria revertendi concessa. — (Reg. 19, f. 107 [101] rº ; ann. XIII, c. 11.)

« .. *archidiacono de Derham, Norwicensis diocesis.* Dilectus filius Hugo de Biln[e] clericus sua nobis petitione monstravit quod, cum causam que inter ipsum et Thomam clericum, Norwicensis diocesis, super ecclesia de Kimburl[e] vertitur, per appellationem ipsius H[ugonis] ad nos delatam, .. priori tui monasterii ejusque college sub ea forma duxerimus committendam, ut ipsam infra octo menses post susceptionem litterarum nostrarum ad nos remitterent, prefigentes partibus ter-

1. La phrase : « et licet ... ipse vacabat », ne se rapporte pas grammaticalement à ce qui précède et pourrait être mise entre parenthèses.

2. On ne rencontre pas de personnage du nom de *Bertrandus*, parmi les évêques de Viviers, à cette époque, mais seulement *Bermundus*, appelé aussi Bernoinus, qui siégeait en 1222 et encore en 1242. Cf. *Gallia christiana*, t. XVI (1865), col. 562-564.

3. *Ms.* : duodecimo.

minum peremptorium competentem, quo se nostro conspectui presentarent : iidem judices eis octavas beati Andree proximo preteritas pro hujusmodi termino prefixerunt. Cumque dictus H[ugo], in ipso ad nostram presentiam accedens, per tres menses et amplius expectarit, eodem Th[oma] comparere per se vel per procuratorem aliquem non curante, supplicavit sibi super hoc paterna providentia subveniri —. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno tertiodecimo. »

4804 Latran, 8 avril 1239.

Episcopo Sedunensi, decano de Valeria et cantori Sedunensi committit examinandam et terminandam causam quae inter Gerardum, rectorem ecclesiae de Muret (= Morat), ex una parte, et Lausanensem episcopum, ex altera, vertebatur, quem rectorem praedictus episcopus ab administratione ejusdem ecclesiae amoverat, excommunicationis sententia in ipsum promulgata. — (Reg. 19, f. 107 [101] r° ; ann. XIII, c. 12 ; — Moreau 1192, f. 309 ; — J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 137, n° 201.)

« .. *episcopo, .. decano de Valeria et .. cantori Seduneni[sibus]*. Sua nobis Gerardus, rector ecclesie de Muret, petitione monstravit quod, cum venerabilis frater noster .. Lausanensis episcopus, diocesanus suus, asserens ipsum natalium pati defectum, eum cogeret ut ipsam ecclesiam resignaret : pro eodem fuit excipiendo propositum coram eo, quod, cum idem episcopus secum super hujusmodi defectu quem, genitus ex soluto et soluta, contraxit, auctoritate apostolica dispensarit, eique postmodum, in subdiaconum et diaconum promoto per ipsum, dictam ecclesiam contulisset, ad resignationem illius, dicti occasione defectus, non erat aliquatenus compellendus. Et quia dictus episcopus eum super hoc audire contra justitiam denegavit, idem rector, sentiens indebite se gravari, ad nos vocem appellationis emisit ; at ille, legitima ejus appellatione contempta, ipsum amovit ab amministratione ipsius ecclesie ac promulgavit excommunicationis sententiam in eundem ; quare petiit a nobis ut ei ecclesiam eandem restitui et relaxari dictam excommunicationis sententiam faceremus. Cum autem impetrate super hoc littere legerentur, dictus episcopus, per procuratorem suum eis in communi audientia contradicens, coram venerabili fratre nostro .. Tusculano episcopo, partibus auditore concesso, proposuit ex adverso quod, cum idem olim cum dicto G[erardo] super defectu natalium quem patitur, de soluto genitus et soluta, auctoritate apostolica dispensasset, et postmodum in subdiaconum et diaconum promovisset eundem, ac prefatam ecclesiam, ad quam presentatus fuerat, quoad temporalia, quia idoneus sibi minime videbatur ad animarum regimen, commisisset, data sibi spe quod, si ad hoc se dignum redderet, ipsum in presbiterum ordinaret : injunxit eidem ut per aliquod tempus studiis insisteret litterarum. Ceterum, cum idem postea, non solum scolasticis non insisteret disciplinis, verum etiam tabernas pro sue voluntatis arbitrio frequentaret ac ludis intenderet taxillorum, vitam ducens alias inhonestam, idem episcopus, monitionibus non proficiens apud ipsum, ei perceptionem bonorum ecclesie supradicte penitus interdixit, in ipsum, si secus presumeret, excommunicationis sententiam promulgando. Sed idem, hujusmodi sententiam vilipendens, a perceptione proventuum ipsius ecclesie non cessavit ; propter quod prefatam excommunicationis sententiam noscitur incurrisse. Adjecit insuper idem episcopus, cum instantia postulando, ut, cum a Sede Apostolica sit statutum quod nullus filius vel nepos patris supradicti G[erardi] ad beneficium vel officium ecclesiasticum admittatur, pro eo quod in ipsum episcopum et nonnullos presbiteros manus injecit temere violentas, et alias lesit graviter ecclesiam Lausanensem, statutum hujusmodi contra eundem G[erardum] et prescriptam excommunicationis sententiam faceremus firmiter observari. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, par[tibus] con[vocatis] etc., facientes etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, VI idus aprilis, anno tertiodecimo. »

4805 Latran, 14 avril 1239.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, — accepto ex litteris fide dignorum Matthaeum de Cantilupo (= Cantelupe) clericum, Eboracensis dioecesis, fratrem episcopi Wigorniensis, genere nobilem, se moribus et scientia dignum reddere gratia apostolica, — mandat quatenus cum eodem Matthaeo, si eum repperit idoneum, dispenset ut, praeter unicum beneficium quod tunc obtinebat, curam animarum habens annexam, aliud cum cura simili recipere et cum priori retinere valeat, « ita tamen » quod in uno personaliter resideat et in altero faciat per vi- » carium idoneum deserviri ». — (Reg. 19, f. 107 [101] r° ; ann. XIII, c. 13.)

« *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato*. Sicut ex litteris —. Dat. Laterani, XVIII kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4806 Latran, 15 avril 1239.

Magistro et fratribus hospitalis Sanctae Mariae Dovariae, Cantuariensis dioecesis, qui, « pro crucifixi gloria vanitatem » seculi postponentes », religionis habitum crucis signo insignitum susceperant, regulam beati Augustini, sub qua elegerant Domino famulari, concedit, statuens ut eadem regula ab ipsis et ipsorum successoribus in perpetuum observetur. — (Reg. 19, f. 107 [101] v° ; ann. XIII, c. 14.)

« .. *magistro et fratribus hospitalis Sancte Marie Dovarie, Cantuariensis diocesis.* Que honorem Conditoris —. Dat. Laterani, XVII kalendas maii. anno tertiodecimo. »

4807 Latran, 22 mars 1239.

Archidiaconis de Trivinaio et de Lara, nec non magistro Johanni Matthaei, canonico Burgensi, mandat quatenus decanum et quosdam canonicos ecclesiae Legionensis, — qui magistrum Petrum, ipsorum concanonicum, familiarem magistri Johannis Hispani, ipsius papae capellani, vexabant super possessione canoniae et praestimoniorum quae ipse papa eidem duxerat in praedicta ecclesia Legionensi conferenda, — cogant ut a praedicti magistri Petri molestatione desistant. — (Reg. 19, f. 107 [101] v° ; ann. XIII, c. 15.)

« .. *de Trivinaio et .. de Lara archidiaconis, et magistro Johanni Mathei, canonico Burgensi.* Sua nobis dilectus filius magister Petrus, Legionensis canonicus, familiaris dilecti filii magistri Johannis Ispani, capellani nostri, petitione monstravit quod, cum sibi canoniam et prestimonia que quondam M. Lupi, Legionensis canonicus, in ecclesia Legionensi obtinuit, duxerimus conferenda, capitulo ejusdem ecclesie, tunc pastore vacantis, nostris dantes litteris in mandatis ut eum reciperent in canonicum et in fratrem, venerabili fratre nostro .. episcopo et dilectis filiis .. decano et .. thesaurario Astoricensibus sibi executoribus deputatis : tandem idem P[etrus], in socium et in fratrem a capitulo prefato receptus, ipsis exhibuit hujusmodi juramentum, quod videlicet prosecutioni hujusmodi gratie supersedere curaret, donec ipsi ecclesie esset de pastore provisum. Cumque postmodum dicto capitulo mandassemus ut venerabili fratri nostro .. episcopo Oxomensi, qui ab ipso capitulo in suum episcopum concorditer postulatus et a vinculo quo tenebatur Oxomensi ecclesie, fuerat absolutus a nobis. tanquam episcopo, patri et pastori animarum suarum intenderent, ac sibi obedientiam et reverentiam debitam exhiberent[1] : idem P[etrus], videns ipsi ecclesie taliter esse provisum, ad executores recursum habuit antedictos, ut mandatum apostolicum exequi procurarent juxta traditam eis formam ; quorum unus, committentibus sibi reliquis vices suas, ipsum in possessionem predictorum canonie et prestimoniorum, juxta directarum ad eos continentiam litterarum, induxit. Verum, quia nos postmodum eundem episcopum, cui necessitatem non imposuimus se ad Legionensem ecclesiam tra[n]sferendi, ad instantiam karissimi in Christo filii nostri .. Castelle et Legionis regis illustris, permisimus in dicta Oxomensi ecclesia remanere[1], .. decanus et quidam alii ejusdem ecclesie, ex eo quod dicebant ipsi ecclesie non esse cum effectu provisum, famam ejus denigrare volentes, et falso asserentes ipsum ex hoc reatum perjurii incurrisse, eundem super predictis canonia et prestimoniis aggravant et molestant. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, decanum et alios predictos quod ab ipsius P[etri] — molestatione desistant —, cogatis, facientes ipsum predictorum canonie et prestimoniorum pacifica possessione gaudere —. Dat. Laterani, XI kalendas aprilis, anno tertiodecimo. »

1. Cf. *supra*, n. 3591 et 3592.

4808 Latran, 15 avril 1239.

Episcopo Sorano, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus Adhemarum de Pictavia, Valentinae dioecesis, uxoremque ejus nec non heredem filii ejus, — qui castra de Stella, de Pontays et de Vouta, olim ab ipsis Adhemaro ejusque uxore nec non a quondam filio ejusdem, pro satisfactione damnorum quae ecclesiae Valentinae intulerant, sub quadam condicione Bertrando[2], tituli Sanctorum Johannis et Pauli presbytero cardinali, Apostolicae Sedis legato, assignata, contra juramentum praestitum occupabant, — compellat ut eadem castra Ecclesiae Romanae restituant et jamdictae ecclesiae Valentinae de damnis praefatis satisfaciant. — (Reg. 19, f. 107 [101] v° ; ann. XIII, c. 16 ; — cf. *supra*, n° 2518.)

« .. *episcopo Sorano, Apostolice Sedis legato*[3]. Dilectus filius .. procurator ecclesie Valentin[e] sua nobis insinuatione monstravit quod, cum olim nobilis vir A[dhemarus] de Pictavia. Valentin[e] diocesis, pro violatione pacis, indebita pedagiorum exactione ac pluribus dampnis ecclesie predicte illatis, fuisset diutius excommunicationis vinculo innodatus, et terra ejus ecclesiastico supposita interdicto : tandem, ut ab-

1. Cf. *supra*, n° 3967.
2. Bertrandus Savelli; cf. *supra*, t. II, col. 1068, note 1.
3. Pas de traces de remaniements dans cette bulle, contrairement à ce que nous avons remarqué plus haut, dans la plupart des lettres adressées à l'évêque de Sora.

solutionis beneficium mereretur, idem A., .. uxor et quondam .. filius ejus in manibus bone memorie B[ertrandi], tituli Sanctorum Johannis et Pauli presbiteri cardinalis, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legati, de stando super hoc mandatis suis vel cujuslibet alterius in hoc Sedis Apostolice delegati, prestiterunt corporaliter juramentum, pro satisfactione dampnorum hujusmodi de Stella, de Pontays et de Vouta castra ea conditione cardinali assignantes eidem, ut, si eorum aliquis veniret contra mandata facta sibi a legato Sedis Apostolice vel etiam delegato, in jus Romane Ecclesie cederent ipsa castra; expresso nichilominus in juramento predicto quod, quamdiu castra eadem a Romana Ecclesia tenerentur, non occuparent ea nec permitterent occupari. Sed ipsi, contra juramentum prestitum temere venientes, nulla satisfactione prestita de premissis, dicta castra temeritate propria occuparunt. Ideoque mandamus quatenus, si res ita se habet, dictos A., uxorem ac heredem filii ejus ad restituendum ipsa castra Ecclesie Romane, cui cessisse noscuntur, et ad satisfactionem debitam impendendam de predictis dampnis prefate ecclesie Valentin[e] — compellas, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4809 Latran, 15 avril 1239.

Episcopo Sec[c]ow[i]ensi, abbati de Walrebac (= Walderbach), Cisterciensis ordinis, Ratisbonensis dioecesis, et priori fratrum Praedicatorum de Frisaco (= Friesach), Salzburgensis dioecesis, causam ducis Bawariae contra episcopum Frisingensem, qui in eum excommunicationis et in ejus terram interdicti sententias auctoritate ordinaria contra justitiam protulerat, judicio vel concordia terminandam committit; praedictis abbate et priore episcopo Chimensi et abbati de Agmunde (= Admont in Stiria), eodem duce petente, in eadem causa subrogatis. — (Reg. 19, f. 108 [102] r°; ann. XIII, c. 17; — Potthast 10730; — Rodenberg 743.)

« .. *episcopo Secowensi, .. abbati de Walrebac*[1], *Cisterciensis ordinis, et .. priori ordinis fratrum Predicatorum de Frisaco, Ratisponensis et Salzburgensis diocesum.* Nobilis vir .. dux —. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4810 Latran, 23 mars 1239.

Decano, archidiacono et cantori Atheniensibus mandat quatenus episcopo Mothonensi, — quem nonnulli super possessionibus, redditibus et aliis bonis suis multipliciter molestabant, et qui, « in remotis partibus constitutus », non poterat « pro singulis querelis ad Apostolicam Sedem habere recur- » sum », — contra praedones, raptores et invasores efficaciter assistant; « non obstante constitutione de duabus dietis » edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quar- » tam aliqui extra suam diocesim auctoritate presentium ad » judicium non trahantur ». — (Reg. 19, f. 108 [102] r°; ann. XIII, c. 18.)

« .. *decano, .. archidiacono et .. cantori Atheniensibus.* Querelam venerabilis fratris —. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno tertiodecimo. »

4811 Latran, 23 mars 1239.

Episcopum Coronensem monet et rogat quatenus, occasione unionis ecclesiae de Christiana, cum ejus possessionibus, Coronensi et Mothonensi ecclesiis, episcopum et ecclesiam Mothonenses super casali de Scarmingis ulterius non molestet. — (Reg. 19, f. 108 [102] r°; ann. XIII, c. 19.)

« .. *episcopo Coronensi.* Venerabilis frater noster .. episcopus Mothonensis in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum dilectus filius noster J[ohannes], tituli Sancte Praxedis presbiter cardinalis, dum in partibus Romanie legationis officio fungeretur, ecclesiam de Christiana, cum possessionibus suis, Coronensi et Mothonensi ecclesiis duxerit uniendam, ut eedem possessiones, que tunc possidebantur a laicis, facilius recuperari possent de manibus eorundem : tu, occasione unionis hujusmodi, eundem episcopum super parte casalis de Scarmingis, quod Mothonensis ecclesia, tempore unionis ejusdem et longe ante[a], pacifice possederat et quiete, indebite aggravas et molestas. Cum igitur, sicut predicti cardinalis affirmat assertio, sue intentionis non fuerit, sicut nec esse debuit, quod casale predictum et alia que tunc Mothonensis ecclesia possidebat, venirent in hujusmodi unionem, fraternitatem tuam monemus, rogamus et hortamur attente, firmiter precipiendo mandantes quatenus, occasione unionis predicte, prefatum episcopum et ecclesiam ejus super eodem casali molestare ulterius non presumas, maxime cum ecclesiam suam ex eadem unione alias multipliciter asserat esse lesam; alioquin dilectis filiis .. decano, .. archidiacono et .. cantori Atheniensibus nostris damus litteris in mandatis, ut te ab hujusmodi molestatione cessare — compellant —. Dat. ut supra. »

1. *Sic*; — Potthast : Walterbac; Rodenberg : Waltebac.

4812 Latran, 22 mars 1239.

Magistro Bernardo, subdiacono suo, canonico Patracensi [1], mandat quatenus Coronensem episcopum, qui de quibusdam casalibus quae tenebat in dioecesi Mothonensi, decimas Mothonensi ecclesiae subtrahebat, et Mothonensis dioecesis decimas, abbatias et redditus usurpaverat, moneat ut ab episcopi et ecclesiae Mothonensis injuriis conquiescat. — (Reg. 19, f. 108 [102] r° ; ann. XIII, c. 20.)

« *Magistro Bernardo, subdiacono nostro, canonico Patracensi.* Porrecta nobis venerabilis fratris nostri .. Mothonensis episcopi petitio continebat quod, cum bone memorie H[onorius] tertius papa, predecessor noster, provide statuisset ut in partibus illis decime integre solverentur, et tam bone memorie .. episcopus Albanensis quam dilectus filius noster J[ohannes], tituli Sancte Praxedis presbiter cardinalis, dum in eisdem partibus legationis officio fungerentur, excommunicari [mandavissent] decimarum illicitos detentores, prout in ipsorum constitutionibus plenius dicitur contineri, et venerabilis frater noster .. archiepiscopus Patracensis in detentores hujusmodi faciat in provincia sua excommunicationis sententiam promulgari : venerabilis frater noster .. Coronensis episcopus, nullum habens ad premissa respectum, de quibusdam casalibus que tenet in diocesi Mothonensi, decimas Mothonensi ecclesie subtrahere non veretur, ac, propter hoc excommunicationis sententia innodatus, divina celebrare presumit, in anime sue periculum et scandalum plurimorum. Preterea, quorundam Francorum favore suffultus, ipsius diocesis finem invadens, decimas, abbatias quasdam et alios redditus ejus contra justitiam usurpavit et reddere contradicit, alias super possessionibus et rebus aliis dampna sibi gravia et injurias irrogando. Verum, cum prefatus Coronensis adeo in partibus illis potens existat, quod Mothonensis ipse, sicut accepimus, ibi contendere nequeat cum eodem, nos, eundem nolentes juris sui dispendium sustinere, mandamus quatenus Coronensem predictum, quod ab ipsius episcopi Mothonensis et ecclesie sue molestiis et injuriis conquiescat et debitam satisfactionem exhibeat de premissis, efficaciter moneas et inducas. Quod si monitioni tue parere contempserit, prefigas ei terminum peremptorium competentem, quo per se vel per procuratorem idoneum nostro se conspectui representet, facturus super hiis et recepturus quod postulaverit ordo juris. Non obstante constitutione etc., ut supra. Dat. Laterani, XI kalendas aprilis, anno tertiodecimo. »

1. Sans doute le même « magister Bernardus » qui figure plus haut (n° 4711) non avec le titre de « canonicus Patracensis », mais avec celui de « clericus... Johannis, tituli Sancte Praxedis presbiteri cardinalis ».

4813 Latran, 9 avril 1239.

Abbati et conventui monasterii Sancti Sebastiani de Urbe, Cisterciensis ordinis, significat se « cambium quod de quibus- » dam possessionibus » suis, minus utilibus, in loco qui Vallis de Caja (= Valle Caia) dicebatur, positis, pro possessionibus magis utilibus, in loco qui Marran[a] dicebatur, sitis, cum nobili viro P. Pantaleon[is] de Urbe fecerant, confirmare. — (Reg. 19, f. 108 [102] v° ; ann. XIII, c. 21.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancti Sebastiani de Urbe, Cisterciensis ordinis.* Cum a nobis —. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno tertiodecimo. »

4814 Latran, 9 avril 1239.

Magistro Gaufrido, subdiacono, rectori ecclesiae de Silars (= Sillars), Pictavensis dioecesis, quem « litterarum scien- » tia » reddebat gratia dignum, scribit : « Comitis Marchie » et Engolisme, devoti nostri, cujus clericus diceris, preci- » bus inclinati, ut quamdiu in servitio ejusdem comitis » fueris, ad majores ordines promoveri et in dicta ecclesia » [de Silars] personaliter residere minime tenearis, auctori- » tate tibi presentium indulgemus, dummodo eidem ecclesie » per vicarium idoneum serviatur. » — (Reg. 19, f. 108 [102] v° ; ann. XIII, c. 22.)

« *Magistro Gaufrido, subdiacono, rectori ecclesie de Silars, Pictavensis diocesis.* Tue probitatis merita —. Dat. ut supra. »

4815 Latran, 22 avril 1239.

Episcopo Oloreusi, magistro Johanni de Arron[a], canonico Toletano, et Willelmo Vitalis, officiali archiepiscopi Terraconensis, diversa mandata dat pertinentia ad ordinationem ecclesiae Valentinae et ejus provisionem de pastore, super qua ordinatione Toletanus et Terraconensis archiepiscopi insimul contendebant. — (Reg. 19, f. 108 [102] v° ; ann. XIII, c. 23.)

« .. *episcopo Olorensi, magistro Johanni de Arron[a], canonico Toletano, et Willelmo Vital[is], officiali venerabilis fratris nostri .. [archi]episcopi Terraconensis.* Ex parte venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Toletani fuit propositum coram nobis quod ordinatio eccle-

sie Valentin[e] ad ipsum pertinet de jure communi et etiam speciali : de communi quidem, quod ipsa sita est in provincia Toletana; de speciali vero, quia pie memorie Alex[ander] papa, predecessor noster, sicut in ejus privilegio perspeximus contineri, illarum civitatum dioceses, que, Sarracenis invadentibus, metropolitanos proprios ammiserunt, eo tenore jurisdictioni archiepiscopi Toletani subjecit, ut sibi quousque sine propriis metropolitanis extiterint, tanquam proprio debeant subjacere; ita quidem quod episcopos in sedibus episcopalibus, in castellis vero et villis instituendi et ordinandi presbiteros auctoritate apostolica liberam habeat facultatem, scilicet tam in hiis episcopatibus qui esse dinoscuntur de antiquis ecclesie sue terminis, quam in illis qui metropolitanum proprium non haberent. Pro parte vero venerabilis fratris nostri .. Terraconensis archiepiscopi fuit propositum ex adverso quod, cum civitas Valentie sit infra terminos sue provincie constituta, ipsius ecclesie ordinatio pertinet ad eundem. Quia vero nobis non constitit de premissis, de utriusque partis procuratorum assensu, mandamus quatenus, inspectis privilegiis et aliis rationibus dictorum archiepiscoporum, illi ordinationem ipsius adjudicetis ecclesie, de quo per summariam cognitionem, infra duos menses post vestre citationis edictum, vobis constiterit quod jus ordinationis habeat in eadem. Si vero infra idem spatium de hoc liquere non poterit, vos extunc eidem ecclesie, ne per vacationem diutinam novella in partibus illis patris eterni plantatio[1], exquisitis colenda studiis, aliquibus, quod absit! reddatur obnoxia detrimentis, auctoritate nostra provideatis de persona idonea in pastorem, utriusque partis in posterum per omnia salvo jure; cui tandem a subditis obedientiam et reverentiam exhiberi, ac munus faciatis consecrationis impendi; contradictores [etc., usque :] compescendo; recepturi ab eo postmodum, pro nobis et Ecclesia Romana, fidelitatis solite juramentum, juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam; formam autem juramenti quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per ejus patentes litteras, suo sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius destinetis. Post factam vero provisionem hujusmodi, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, causam, si de partium voluntate processerit, fine canonico terminetis, facientes etc.; alioquin eam remittatis ad nos sufficienter instructam, prefi[gendo] par[tibus] ter[minum] perempto[rium] com[petentem], quo per procu[ratores] ido-

1. Cf. Ps. CXLIII, 12; Matt. XV, 13.

n[eos] com[pareant] coram nobis, ju[stam], dante Domino, sententiam recepture. Testes etc. Ceterum karissimum in Christo filium nostrum .. illustrem regem Aragonum, secundum datam vobis a Deo prudentiam, efficaciter moneatis ut — futuro episcopo, et cathedrali ac aliis ecclesiis civitatis predicte, dotes ita congruentes assignet, ut, sicut olim, sic et in posterum munificam in prosperis divine sentiat dexteram majestatis —. Dat. Laterani, X kalendas maii, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

4816 Latran, 22 avril 1239.

Episcopo Lincolniensi, qui dudum mandatum apostolicum receperat, ut contra subditos suos parochiales ecclesias et ecclesiasticas dignitates quibus sit annexa cura animarum, sine apostolica dispensatione retinentes, secundum statuta generalis concilii procederet, mandat quatenus contra archidiaconum de Bukingham, Lincolniensis dioecesis, — qui, plura beneficia, hujusmodi curam habentia, sine dispensatione detinens, asserto etiam, ut ipsius episcopi correctionem effugeret, quod idem episcopus ipsum indebitis exactionibus aggravaret, contra eundem episcopum litteras apostolicas ad decanum Norwicensem et archidiaconum Subyriae (= Sudbury), Norwicensis dioecesis, impetraverat, et denique, proponens eundem episcopum, qui ipsum ad praesentiam suam fecerat evocari, esse suum adversarium, appellationem interjecerat, ne super hoc contra ipsum idem episcopus aliquid attentaret, — appellatione illa non obstante, mandatum apostolicum super detentione beneficiorum illicita exsequatur. — (Reg. 19, f. 109 [103] r°; ann. XIII, c. 24.)

« .. *episcopo Lincolniensi.* Exhibita nobis tua —. Dat. Laterani, X kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4817 Latran, 15 avril 1239.

Gaufrido, thesaurario Turonensi, indulget ut thesaurariam in ecclesia Turonensi una cum cantoria in ecclesia Andegavensi retinere possit. — (Reg. 19, f. 109 [103] r°; ann. XIII, c. 25; — Moreau 1192, f. 314; — *Gallia christiana*, t. XIV (1856), col. 147, *fragm., omisso initio*; — *omisit* Potthast.)

« *Gaufrido, thesaurario Turonensi.* Apostolice Sedis benignitas —. Attendentes siquidem olim donum scientie, honestatem morum et nobilitatem generis quibus ad obtinendam specialem Apostolice Sedis gratiam dinosceris adjuvari, tecum duximus dispensandum ut decanatum quem in Turonensi ecclesia obtinebas, posses libere retinere una cum cantoria quam in Andegavensi ecclesia fueras assecutus. Ceterum, quia, ut as-

seris, dicto decanatu, pro eo quod cura erat illi animarum annexa, dimisso, thesaurariam in prefata ecclesia Turonensi ex concessione venerabilis fratris nostri .. Turonensis archiepiscopi es canonice assecutus, quia gratia datur ex gratia, nos, meritis tue probitatis inducti, auctoritate tibi presentium indulgemus ut thesaurariam ipsam una cum cantoria predicta libere valeas retinere, constitutione generalis concilii non obstante, ita quod in una predictarum ecclesiarum personaliter resideas et in altera facias in dignitatis officio quam ibidem obtines, per idoneum vicarium deserviri —. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4818 Latran, 23 avril 1239.

Abbati et conventui monasterii Casaemarii, Cisterciensis ordinis, concedit ut episcopus Marsicanus, nomine procurationis, nihil ab ipsorum ecclesia Sancti Nicolai de Capell[is], Marsicanae dioecesis, nisi quartam decimarum et mortuariorum ac decem solidos, et nihil a tribus aliis ipsorum ecclesiis, in bulla nominatis, ejusdem dioecesis, nisi sex solidos annuatim possit exigere. — (Reg. 19, f. 109 [103] r°; ann. XIII, c. 26; — cf. *supra*, n. 3185 et 3186.)

« .. *abbati et conventui monasterii Casemarii, Cisterciensis ordinis*. Dum religionis fervorem —. Licet igitur venerabilis frater noster .. episcopus Marsicanus olim vos super juribus episcopalibus Sancti Nicolai de Capel[lis], Sancti Rufini de Archipreta[1], Sancti Manni[2] et Sancti Nicolai de Castulis ecclesiarum, quas monasterium ipsum habere dinoscitur in diocesi Marsicana, coram dilecto filio nostro O[ttone], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, super hoc a nobis auditore concesso, traxisset in causam, et, contra vos per eundem cardinalem diffinitiva sententia promulgata, coram dilecto filio nostro S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, quem super hoc auditorem concessimus, vobis et eidem monasterio contra sententiam ipsam per beneficium restitutionis in integrum petieritis subveniri : vestris tamen supplicationibus inclinati, sic vobis facere gratiam intendentes, quod Marsicane ecclesie justitia non tollatur omnino, presentium vobis auctoritate concedimus ut, quarta decimarum et mortuariorum ac decem solidis in predicta Sancti Nicolai, et sex in aliis ecclesiis supradictis, nomine procurationis eisdem episcopo et ecclesie annis singulis reservatis, nichil amplius episcopus et ecclesia Marsican[i] possint a prescriptis ecclesiis exigere vel etiam extorquere —. Dat. Laterani, VIIII kalendas maii, anno tertiodecimo. »

1. *Sic*, ici, comme dans la pièce 3186 ; plus loin, n° 4856 : « Archipetra. »

2. *Sic* ; plus loin, n° 4856, de même que dans la pièce 3186 : « Sancti Magni. »

4819 Latran, 23 avril 1239.

« In eundem fere modum .. *episcopo Alatrino*. [Ei mandat quatenus dictos abbatem et conventum super praemissis non permittat molestari.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 109 [103] v°.)

4820 Latran, 21 avril 1239.

Uberto Dalesmannin[i], civi Paduano, significat se, propter ejus erga Romanam Ecclesiam affectum, ejus personam, cum omnibus bonis, sub beati Petri et sua protectione suscipere. — (Reg. 19, f. 109 [103] v° ; ann. XIII, c. 27.)

« *Nobili viro Uberto Dalesmannin[i], civi Paduano*. Devotionis affectum quem —. Dat. Laterani, XI kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4821. — In eundem modum *nobili viro Henrico de Forzant, civi Paduano*.

4822 Latran, 16 avril 1239.

Priori et archidiacono Roffensibus, ac priori Sancti Augustini Cantuariensis mandat quatenus excommunicationis in abbatem et nonnullos de conventu Westmonasterii Londoniensis, et interdicti in ecclesiam de Aiswelle (= Ashwell), Lincolniensis dioecesis, in qua praedicti abbas et conventus jus patronatus obtinebant, sententias a Lincolniensi episcopo latas denuntient esse nullas, et collationem ab eodem episcopo factam Nicolao clerico de dicta ecclesia non valere; eosdem abbatem et conventum in possessionem ejusdem ecclesiae inducant. — (Reg. 19, f. 109 [103] v°; ann. XIII, [c. 27 *bis*[1].])

« .. *Roffensi et .. Sancti Augustini Cantuariensis prioribus, et .. archidiacono Roffensi*. Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus Westmonasterii Londoniensis, ordinis sancti Benedicti, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, petitione mon[strarunt] quod,

1. Cette pièce ne porte pas de numéro dans le corps du *Registre*; dans la table des rubriques de la XIII[e] année, elle est cotée XXVIII.

cum eis a Sede Apostolica sit indultum ut ecclesiam de Aiswelle, in qua jus obtinent patronatus, sitam in Lincolniensi diocesi, ad sustentationem fratrum et hospitum supervenientium ac pauperum libere possint, cum eam vacare contingeret, deputare, assignata vicarie congrua, de ipsius ecclesie bonis et facultatibus, portione, quibus vicarius honeste valeat sustentari, et omnia tam diocesani quam archidiaconi et officialium suorum ac alia onera supportare, ita quod extunc nemini liceat ecclesiam ipsam a tali usu temeritate qualibet removere, cum alia etiam Apostolice Sedis indulgentia sint muniti, ne videlicet in aliqua ecclesiarum in quibus jus patronatus obtinere noscuntur, possit alicui per apostolicas litteras provideri, que non dirigerentur eisdem et de indulgentia hujusmodi expressam non facerent mentionem : nuper, ipsius ecclesie de Aiswelle rectore viam universe carnis ingresso, dicti abbas et conventus, predicto usui deputantes eandem, a venerabili fratre nostro .. episcopo Lincolniensi, loci diocesano, se induci in possessionem ipsius ecclesie postularunt, ad ejus vicariam sibi personam idoneam presentando; et ne prefatam ecclesiam conferret alicui in prejudicium eorundem, vel aliquid aliud contra prescriptas indulgentias, coram eo ab ipsis exhibitas, attemptaret, nostram audientiam appellarunt. Sed idem episcopus, indulgentiis et appellatione hujusmodi vilipensis, asserens se super provisione Nicolai clerici, sue diocesis, mandatum apostolicum recepisse, in quo de dictis abbate et conventu mentio non fiebat, eam ipsi Nicolao de facto, cum de jure non posset, conferre presumpsit, in ipsum abbatem et quosdam monachos ac servientes eisdem, ea occasione quod, ad tuitionem sui juris ecclesie memorate possessionem intrantes, se super hoc opponebant eidem, excommunicationis et in supradictam ecclesiam interdicti sententias promulgando. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, dictas excommunicationis et interdicti sententias denuntiantes penitus esse nullas, et collationem ab eodem episcopo factam de predicta ecclesia non valere, amoto exinde quolibet illicito detentore, prenominatos abbatem et conventum in possessionem ejusdem ecclesie inducatis et defendatis inductos —. Dat. Laterani, XVI kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4823 Latran, 16 avril 1239.

Abbati et conventui de Salleia (= Sawley), Cisterciensis ordinis, Eboracensis dioecesis, indulget supplicantibus ut ecclesiam de Tatecastra (= Tadcaster), ejusdem dioecesis, in qua jus patronatus ex concessione Mattildis, comitissae de Warewic (= Warwick), et Willelmi de Perty, tunc ejusdem ecclesiae patronorum, canonice, ut asserebant, obtinebant, possint ad perpetuos ipsorum monasterii usus, pro sustentatione videlicet ipsorum, ac pauperum et hospitum supervenientium, cedente vel decedente ipsius ecclesiae rectore, deputare, nec non « ejus possessionem intrare ac ipsam libere » retinere, assignata vicarie congrua, de ipsius bonis et facul- » tatibus, portione, quibus vicarius honeste valeat sustentari, » et omnia tam diocesani quam archidiaconi et officialium » suorum ac alia onera supportare ». — (Reg. 19, f. 109 [103] v° : ann. XIII, c. 28.)

« .. *abbati et conventui de Salleia, Cisterciensis ordinis, Eboracensis diocesis.* Imminet nobis ex —. Dat. ut supra. »

4824 Latran, 22 avril 1239.

Urracam viduam, sororem regis Castellae, cum omnibus bonis ejus, sub Apostolicae Sedis et sua protectione recipit. — (Reg. 19, f. 110 [104] r° ; ann. XIII, c. 29.)

« *Nobili mulieri Urrace vidue, sorori karissimi in Christo filii nostri .. regis Castelle illustris.* Nobilitatis tue et —. Dat. Laterani, X kalendas maii, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

4825 Latran, 22 avril 1239.

« In eundem modum .. *decano Burgensi.* [Ei mandat quatenus praedictam Urracam non permittat contra apostolicae protectionis tenorem molestari; praesentibus post triennium non valituris.] Dat. Laterani, ut supra. » — (Reg. 19, f. 110 [104] r°.)

4826 Latran, 28 avril 1239.

Archiepiscopis, episcopis ecclesiarumque praelatis, nec non et nobilibus viris aliisque Christi fidelibus per regnum Franciae constitutis mandat quatenus Senensibus, qui nuper Ecclesiam offenderant, de debitis suis sine speciali apostolico mandato satisfactionem nullatenus impendant. — (Reg. 19, f. 110 [104] r° ; ann. XIII, c. 30 ; — Moreau 1192, f. 320 ; *ibid.*, f. 326[1] ; — Rodenberg 744.)

« *Archiepiscopis et episcopis et ecclesiarum prelatis, ac nobilibus viris et aliis Christi fidelibus per regnum Francie*

1. Au feuillet 326, on lit : *Epistola 31*, au lieu de : *Epistola 30*.

constitutis. Maledictionis filii populus —. Dat. Laterani, IIII kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4827. — In eundem modum *eisdem*, per Alamanniam constitutis.

4828. — In eundem modum *eisdem*, per regnum Anglie constitutis.

4829 Latran, 22 avril 1239.

Abbati Sancti Syri Januensis significat se indulgere ut mitra et anulo, — quorum usus in diebus sollemnibus ipsi abbati et ipsius successoribus a Sede Apostolica, sicut idem abbas asserebat, fuerat concessus, — ipse et iidem ipsius successores in exsequiis mortuorum uti possint. — (Reg. 19, f. 110 [104] r°; ann. XIII, c. 31.)

« .. *abbati Sancti Syri Januensis*. Sincere devotionis affectus —. Dat. Laterani, X kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4830 Latran, 12 avril 1239.

Jacobo de Rocca, familiari R[iccardi], Sancti Angeli diaconi cardinalis, significat se concessionem quam, de ipsius papae mandato, St[ephanus], ipsius papae capellanus, tunc Campaniae Maritimaeque rector, ei de quodam casalino « Romane Ecclesie, [sito] juxta ecclesiam Sancte Marie de » Piperno, Terracinensis diocesis, sub annuo censu duorum » denariorum senatus », fecerat, ei petenti et ejus heredibus confirmare. — (Reg. 19, f. 110 [104] r°; ann. XIII, [c. 31 *bis*[1].])

« *Jacobo de Rocca, familiari dilecti filii nostri R*[*iccardi*], *Sancti Angeli diaconi cardinalis*. Dignum est ut —. Dat. Laterani, II idus aprilis, anno tertiodecimo. »

4831 Latran, 7 avril 1239.

Bovalo, archidiacono Cauriensi (= de Coria), concedit petenti ut, cum archidiaconatu Cauriensi, canonicatum et praebendam ecclesiae Salamantinae, quae se proponebat esse canonice adeptum, retinere valeat, ita tamen quod in eadem ecclesia Salamantina faciat per vicarium idoneum deserviri. — (Reg. 19, f. 110 [104] r°; ann. XIII, c. 32.)

« *Bovalo, archidiacono Cauriensi*. Eo libentius tibi —. Dat. Laterani, VII idus aprilis, anno tertiodecimo. »

1. Cette pièce ne porte pas de numéro dans le corps du *Registre*; dans la table des rubriques de la XIII[e] année, elle est cotée XXXIII. (Cf. *supra*, n° 4822.)

4832 Latran, 28 avril 1239.

Potestati, consiliariis et communi Januensibus, qui, propter guerrarum discrimina quae Lombardiae provinciae imminebant, non poterant absque personarum et rerum periculo civitatem Januensem ejusque districtum exire, indulget ut per litteras apostolicas quae de praesenti indulgentia non fecerint mentionem, nequeant extra ejusdem civitatis districtum trahi ad judicium. — (Reg. 19, f. 110 [104] r°; ann. XIII, c. 33; — Potthast 10739[1]; — Rodenberg 745.)

« .. *potestati, consiliariis et communi Januensibus*. Sincere devotionis affectus —. Dat. Laterani, IIII kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4833 Latran, 27 avril 1239.

Archiepiscopos, episcopos et alios ecclesiarum praelatos monet et hortatur, eisque mandat quatenus in posterum non prohibeant ne subditi abbatis et conventus monasterii Cluniacensis persolvant eisdem abbati et conventui redditus, decimas et alia in quibus eis teneantur; ab illorum injuriis desistant, et illis de damnis quae hac occasione incurrerint, satisfactionem congruam impendant. — (Reg. 19, f. 110 [104] v°; ann. XIII, c. 34.)

« *Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatis*. Non sine ratione —. Cum enim dilectis filiis .. abbati et conventui Cluniacensis monasterii a Sede Apostolica sit concessum, et vobis nichilominus interdictum, ut nulli omnino liceat in eorum monachos, ac molentes in molendinis et coquentes in furnis ipsorum, vel alias communicantes eisdem, excommunicationis sententiam promulgare: vos et officiales vestri, sicut eorundem abbatis et conventus recepimus questionem, quia evacuare non valetis exemptionis privilegia quibus idem monasterium est munitum, ad aliam vos viam gravaminis convertentes, eorum subditis prohibetis ne persolvant sibi redditus, decimas et alia in quibus tenentur eisdem, ac facitis occupari et detineri bona ipsorum, donec vestre voluntati fuerit satisfactum, in eos qui contra fecerint, excommunicationis sententiam proferendo — Dat. Laterani, V kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4834 Latran, 26 avril 1239.

Abbati Sancti Petri Dervensis sub comminatione suspen-

1. Avec la date *VII idus maii* (= 9 mai), d'après le *Liber jurium reipublicae Genuensis* (Histor. patr. monum., I, 979, n° 748.

sionis districte praecipit ut ab episcopo Metensi noviter electo faciat mercatoribus Romanis satisfieri de summis pecuniae eis ab ecclesia Metensi debitis, quae satisfactio, post diversas litteras apostolicas et multos processus, non obstante quod, Thoma, Sanctae Sabinae presbytero cardinali, faciente, ad amicabilem compositionem partes devenerant, nondum poterat obtineri ; diversis mandatis idem negotium contingentibus adjectis. — (Reg. 19, f. 110 [104] v°; ann. XIII, c. 35 ; — Moreau 1192, f. 316 ; — cf. *supra*, n. 3714, 3721, 3877 et 4311.)

« .. *abbati Sancti Petri Dervensis, Cathalaunensis diocesis.* Totiens pro negotio mercatorum Romanorum contra bone memorie [..] episcopum, predecessorem dilecti filii .. electi, et ecclesiam Metenses nos oportuit litteras litteris inculcare, et tot, auctoritate litterarum ipsarum, habiti sunt processus, ut vix questionis hujusmodi, non minus inveterate quam veteris, audire possimus fieri mentionem. Sicut enim mercatores ipsi nobis lacrimabiliter sunt conquesti, cum olim, post diversas litteras a nobis ad judices diversos obtentas et processus habitos per easdem, post labores multiplices et expensas, tandem eisdem episcopo et mercatoribus apud Sedem Apostolicam constitutis dilectum filium nostrum T[homam], Sancte Sabine presbiterum cardinalem, concesserimus auditorem, ipso mediante, ad compositionem amicabilem, non tamen absque ipsorum mercatorum gravamine, devenerunt ; in qua inter cetera continetur ut infra sex annos a tempore compositionis ejusdem, de fructibus et proventibus ac subsidiis episcopatus Metensis esset eis plenarie satisfactum, solutione hujusmodi debiti proportionaliter in nundinis Sancti Remigii Trecensis apud Trecas annis singulis facienda, te et .. Sancti Vincentii[1] abbate fructuum, proventuum et subsidiorum ipsorum collectoribus deputatis. Et licet a tempore compositionis ipsius duo termini sint elapsi, prefato episcopo sublato de medio, et apud te ac eundem abbatem opportune institerint, ac etiam importune, quamquam tibi et eidem abbati sub pena excommunicationis districte duxerimus injungendum ut intenderetis ad executionem mandati nostri, dilatione ac excusatione cessantibus, diligenter, in nullo tamen prorsus satisfactum fuit mercatoribus memoratis ; quare dampna gravia et expensas non modicas incurrerunt, prout nobis de compositione predicta, quam nos ratam habemus, tam per auditorem eundem quam per publica instrumenta liquet, et de solutione non facta nobis per tuas et abbatis predicti litteras destinatas. Cum igitur succedat in onere qui substituitur in honore, prefato electo nostris damus litteris districtius in preceptis, ut vel eisdem mercatoribus seu procuratoribus ipsorum apud Trecas de tertia parte totius debiti comprehensi in compositione jamdicta, proportionaliter, prout quemque contingit, pro rata temporis jam elapsi, juxta tenorem compositionis ejusdem, infra sex menses a receptione litterarum ipsarum, cum justis et moderatis expensis et congrua restauratione dampnorum, satisfacere non postponat ; vel, infra eundem terminum nostro se conspectui personaliter representans[1], si ad commonitionem tuam infra prescriptum tempus non impleverit alterum predictorum, tu extunc infra mensem postquam super hoc a latore presentium fueris requisitus, excommunicationis in eum non differas sententiam promulgare, ac facias eam, appellatione remota, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Si vero, quod non credimus, executus non fueris que mandamus, cum alienam culpam tuam videaris efficere per consensum, volumus et districte tibi precipimus ut suspensus personaliter ad nostram accedas presentiam, meritorum stipendia recepturus. Ceterum, quia nemo cogitur propriis stipendiis militare, expensas quas in hujusmodi prosecutione negotii necessario contigerit te subire, facias tibi de bonis episcopatus Metensis integre ministrari —, nobis quicquid feceris de omnibus supradictis, per nuntium mercatorum ipsorum fideliter rescripturus. Constitutione de duabus dietis edita in generali concilio non obstante, et quod in compositione predicta non exprimitur certa quantitas annis singulis exolvenda. Dat. Laterani, VI kalendas maii, anno tertiodecimo. »

1. Il faut entendre : *Sancti Vincentii Metensis* ; cf. *supra*, t. II, col. 671, 674, 769 et 1011.

4835 Latran, 29 avril 1239.

Archiepiscopo Toletano et episcopo Palentino mandat quatenus, dilatione et excusatione cessantibus, ecclesiae Ulixbonensi, pastore destitutae, in episcopum de persona idonea provideant, et faciant eidem a praedictae ecclesiae subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi. — (Reg. 19, f. 111 [105] r°; ann. XIII, c. 36.)

« .. *archiepiscopo Toletano et .. episcopo Palentino.* Ecclesia Ulixbonensi destituta —. Dat. Laterani, III kalendas maii, anno tertiodecimo. »

1. Le membre de phrase : « infra eundem ... representans », ne se rapporte pas grammaticalement à ce qui suit ; ou la phrase est mal construite, ou il y a une lacune dans le texte.

4836 Latran, 20 avril 1239.

Johanni de Vercell[is], subdiacono suo, canonico Lincolniensi, significat se sententiam qua Thomas, tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis, eidem Johanni et archidiacono de Bukingham, super ecclesia de Bukingham, Lincolniensis dioecesis, litigantibus, concessus ab ipso papa auditor, eundem archidiaconum ipsi Johanni ad restitutionem ejusdem ecclesiae de Bukingham nec non ad solutionem centum marcarum sterlinguorum pro fructibus inde perceptis, condemnaverat, confirmare; inserto sub sua bulla ejusdem cardinalis sententiae tenore. — (Reg. 19, f. 111 [105] r°; ann. XIII, c. 37; — cf. *supra*, n° 2918.)

« *Johanni de Vercell[is], subdiacono nostro, canonico Lincolniensi.* Justis petentium etc. —. Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno tertiodecimo. »

[4837]

[Sententiae vero praedicti Thomae cardinalis tenor talis est[1] :]

« Th[omas], miseratione divina tituli Sancte Sabine » presbiter cardinalis, dilecto in Christo Johanni de » Vercel[lis], domini pape subdiacono, canonico Lin» colniensi, in supremi examine judicis sententie sa» lutaris effectum. Si justitia in judicium convertatur, » injuria confusa succumbit, ratio gloriosa triumphat, » lex libera reddit juri litigantium quod debetur. Sane » causam que inter te, ex parte una, et .. archidiaco» num de Bukingham, super ecclesia loci ejusdem, Lin» colniensis diocesis, ex altera, vertitur, post plures » litteras ad judices diversos obtentas, dominus papa » venerabili patri magistro Egidio, Sanctorum Cosme » et Damiani diacono cardinali, presentibus procurato» ribus partium, audiendam commisit. Sed, post com» missionem hujusmodi et negotium ad Sedem Apos» tolicam revocatum, .. abbas de Tham[2] et sui conju» dices, ad quos pars archidiaconi, pretextu appellationis » cujusdam, in communi forma litteras impetrarat, » jamdictum archidiaconum in possessionem ejusdem » ecclesie quasi ex secundo decreto, ut suis verbis uta» mur, et decreverunt et fecerunt induci. Porro coram » cardinali jamdicto fuit facta litis contestatio in hunc » modum :

1. Reg. 19, f. 111 [105] r°.
2. *Ms.* : Thain. — Plus loin, le *ms.* porte bien « Tham »; cf. *infra*, col. 31 et 32.

[4838]

[Tenor libelli a Johanne, procuratore praedicti Johannis de Vercellis, in eadem causa porrecti coram Aegidio, Sanctorum Cosmae et Damiani diacono cardinali, primum partibus auditore concesso[1] :]

« Proponit Johannes, procurator Johannis de Ver« cel[lis], domini pape subdiaconi, canonici Lincol« niensis, contra magistrum Laurentium, procuratorem « archidiaconi de Bukingham, nomine ipsius archidia« coni, et petit restitui sibi, nomine dicti subdiaconi, « possessionem ecclesie de Bukingham, qua dicit dic« tum subdiaconum spoliatum esse per dictum archi« diaconum de Bukingham post partes citatas ad Cu« riam, post auditores in Curia partium procuratoribus « datos.

« Item petit restitutionem proventuum dicte ecclesie, « quos percepit dictus archidiaconus de oblationibus, « terris, decimis, et de duobus molendinis ipsius eccle« sie : que omnia extimat octoginta marcas sterlinguo« rum.

« Item petit dictus procurator, dicti subdiaconi no« mine, ecclesiam de Bukingham, cum omnibus perti« nentiis suis et fructibus inde perceptis, sibi restitui, « quam dicit ad ipsum subdiaconum pertinere ratione « prebende de Walton, quam habet in ecclesia Lin« colniensi, pertinere, inquit, de auctoritate, ordina« tione et assensu capituli Lincolniensis, et voluntate « et assensu beati Hugoni[s], episcopi Lincolniensis.

« Item petit expensas factas et faciendas in negotio : « factas extimat trecentas marcas sterlinguorum ; fruc« tus extimat octoginta marcas sterlinguorum.

« Hec omnia petit salvo jure addendi, .R.[2], salvo jure « reconveniendi, et salvis omnibus legitimis exceptio« nibus et defensionibus tam contra personam quam « contra intentionem adversarii sui, archidiaconi de « Buk[ingham], competentibus, et salvis omnibus aliis « amminiculis juris. »

« Magister Laurentius, procurator ejusdem archidia» coni, litem contestando negat ea que narrantur in » libello adversarii sui, ut narrantur, esse vera, et » dicit petita fieri non debere. Post hec vero, testibus » productis in Anglia, et missis attestationibus ad pre» dicti auditoris examen, fuit in ejus presentia discus» sum negotium et in eo diutius disputatum. Deinde,

1. Reg. 19, f. 111 [105] r°.
2. Peut-être faut-il entendre : *addendi responsionem* ; peut-être encore : [*salvo jure*] *respondendi*.

» procuratore archidiaconi, qui litem fuerat contestatus, reverso ad propria. Sadoch procurator est constitutus ad sententiam audiendam. Demum, propter supradicti cardinalis absentiam, idem negotium a domino papa fuit audientie nostre commissum. Te igitur et S[adoch] jamdicto in nostra presentia constitutis, et acta judicii diligenter discussimus, et plene audivimus que fuerunt hinc inde proposita coram nobis. Quibus domino pape ac fratribus suis fideliter recitatis, nos, de ipsius mandato et fratrum suorum consilio, causa super petitorio, que, propter quedam probationum amminiculo indigentia, tractum futuri temporis requirebat, in suo statu partibus reservata, ad decisionem possessorii, de quo claris liquet probationibus, accedentes, suprascripto processu judicum de Tham irrito nuntiato, archidiaconum memoratum et procuratorem suum tibi et procuratori tuo ad sepedicte restitutionem ecclesie, ac solutionem centum marcarum sterlinguorum pro fructibus tam ante litem contestatam quam post inde perceptis de oblationibus, terris, decimis et molendinis ipsius ecclesie, sententialiter condempnamus. Questionem vero super expensis, cum de facili distingui non possit que in possessionis et que in proprietatis prosecutione sint facte, usque ad finem petitorii duximus suspendendam. Ceterum, ne sententie late deesset vel scripture sollempnitas vel cautela memorie, fecimus ipsam et publica manu conscribi et sigilli nostri appensione muniri. »

4839 Latran, 20 avril 1239.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictam Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis, sententiam exsecutioni mandet. — (Reg. 19, f. 111 [105] v°; ann. XIII, c. 38.)

« *O[ttoni]. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali. Apostolice Sedis legato.* Inter dil[ectos] fil[ios] Johannem de Vercell[is], subdiaconum nostrum, canonicum Lincolniensem, et .. archidiaconum de Bukingham super ecclesia loci ejusdem, Lincolniensis diocesis, questione suborta, post diversas litteras ad diversos judices a Sede Apostolica impetratas, sub examine dilecti filii nostri E[gidii], Sanctorum Cosme et Damiani diaconi cardinalis, quem procuratoribus partium concessimus auditorem, fuit aliquamdiu litigatum, possessorio et petitorio intentatis. Deinde, propter absentiam cardinalis ejusdem, causam ipsam dilecto filio nostro T[home], tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, commisimus audiendam. Qui, actis judicii diligenter inspectis, et auditis que fuerunt hinc inde proposita coram eo, ac in nostra et fratrum nostrorum presentia fideliter recitatis, causa[1] super petitorio, que, propter quedam probationum etc., ut supra, usque : probationibus, prout ratio suadebat, accedens, processu abbatis de Tham et suorum conjudicum, qui dictum archidiaconum in possessionem ejusdem ecclesie quasi ex secundo decreto, ut suis verbis utamur, pretextu quarumdam litterarum nostrarum in communi forma obtentarum, perperam decreverunt et fecerunt induci, irrito nuntiato, archidiaconum memoratum et procuratorem suum prefato Johanni et procuratori suo ad predicte restitutionem ecclesie, ac solutionem centum marcarum sterlinguorum pro fructibus tam ante litem contestatam quam post de oblationibus, terris, decimis et molendinis ecclesie sepedicte [inde[2]] perceptis, de mandato nostro ac fratrum nostrorum consilio, sententialiter condempnavit, questionem super expensis, cum de facili distingui non posset que in possessionis et que in proprietatis prosecutione sint facte, usque ad finem petitorii suspendendo. Quia vero sententie lingua non sufficit, si manus executio non sequatur, mandamus quatenus ipsam executioni mandare procures. Contradictores etc. Dat. ut supra. »

4840 Latran, 10 mai 1239.

Decano, cantori et magistro Jacobo de Bethunia, canonico Cameracensibus, significat se Robertum, comitem Atrebatensem, fratrem regis Francorum, monere ut abbatem et conventum monasterii Sancti Vedasti Atrebatensis contra injuriatores suos, super theloneo eidem monasterio ab omnibus qui in civitate Atrebatensi merces emebant vel vendebant, debito, in foro ecclesiastico permittat experiri, eisque de nonnullis aliis damnis injuriisque irrogatis satisfaciat ; quod si dictus comes mandatum apostolicum neglexerit adimplere, super praemissis inquirant, et quae invenerint, ipsi papae intiment. — (Reg. 19, f. 111 [105] v°; ann. XIII, c. 39.)

« *.. decano, .. cantori et magistro Jacobo de Bethunia, canonico Cameracen[sibus].* Ut secularem potentiam dilecto filio nobili viro R[oberto], comiti Atrebatensi, germano carissimi in Christo filii nostri .. Francie

1. *Ms.* : causam. — Dans la pièce précédente : « causa. »
2. *Ms.* : et. — Le mot « inde » est restitué ici d'après la pièce précédente.

regis illustris, traditam a Domino seculorum recognoscere videatur, debet ipsam in ejus beneplacitis exercere, diligendo justitiam, que diligentes se diligit[1], et sectando, que valet ad omnia, pietatem. Ad quod etiam recolende memorie progenitorum suorum exempla eum debent fortius animare, quibus, hujusmodi virtutibus insignitis, divina munificentia condigna premia recompensans, non solum terreni regni solium confirmavit[2] eisdem, sed etiam, post temporalis vite compendium, ipsos ad eterne felicitatis gaudia creditur perduxisse. Miramur autem quod, hec, sicut accepimus, non attendens, contra monasterium Sancti Vedasti Atrebatensis, quod ad Romanam Ecclesiam, ut dicitur, nullo pertinet mediante, aliorum, ut credimus, consilio ductus, extendit illicite manum suam. Cum enim eidem monasterio ab omnibus qui merces emunt vel vendunt in civitate Atrebatensi, exceptis quibusdam privilegiatis personis, theloneum debeatur, quod est potissimum et fructuosius inter alios ipsius monasterii redditus et proventus, idem dilectis filiis .. abbati et conventui dicti monasterii quominus, secundum antiquam et approbatam consuetudinem, adversus homines ipsius, hujusmodi thelonei debitores, jus suum in foro ecclesiastico prosequantur, indebite se opponit, minis interpositis prohibendo ne alibi quam in curia sua contra illos audeant experiri. Unde contingit quod etiam illi qui theloneum ipsum prius sine difficultate solvebant, facti sunt in ejus solutione difficiles et rebelles, et exinde dampnificatum est graviter monasterium antedictum. Dirui quoque fecit quosdam muros porte monasterii predicti contiguos, et cujusdam domus eorum, et per .. balivum suum Atrebatensem occupari curtes et quendam locum ipsorum, qui vulgariter Riparia nuncupatur, et eos spoliari temporali jurisdictione terre ipsius monasterii que infra bannileugam Atrebaten[sem] consistit ; ac feudales sibi constituit quasdam possessiones ipsius monasterii censuales ; alias eis dampna gravia et injurias inferendo, que tediosum esset per singula recenseri. Cum igitur eum sinceritatis brachiis amplexemur et prosecuti fuerimus prerogativa gratie specialis, et tam saluti sue quam indempnitati ejusdem monasterii providere ex debito pastoralis officii teneamur, cupientes ut retrahatur a noxiis et ad salutaria dirigatur, et monasterium ipsum, cui tanto magis in jure suo tenemur adesse, quanto specialius, ut dicitur, ad nostram dinoscitur spectare tutelam, servetur illesum : no[bilitatem] suam ro[gamus], mo[nemus] et hortamur attente, nostris sibi dantes litteris in mandatis ut, si est ita, considerato prudenter quod Dominus honoratur et spernitur in ministris, predictos abbatem et conventum contra quoslibet injuriatores suos super ipso theloneo libere permittat in foro ecclesiastico experiri, ac, ab eorum molestia conquiescens, taliter eis satisfaciat de dampnis et injuriis irrogatis, quod non tam divitias temporales quam justitiam diligere comprobetur, quoniam ista liberabit a morte, ille vero in die non proderunt ultionis. Ceterum, quantumcumque ipsum sincera diligamus in Domino caritate et suo deferre velimus honori, quia tamen saluti sue non expedit ut ei contra Dominum deferatur, mandamus quatenus, si dictus comes mandatum nostrum neglexerit adimplere, vos, inquisita diligenter super premissis de plano et sine strepitu judicii veritate, que inveneritis, nobis per vestras litteras fideliter intimetis, ut, per vos plene instructi, super hiis disponamus sicut viderimus expedire. Interim vero non permittatis contra monasterium ipsum aliquid temere innovari. Contradictores etc. Proviso ne in terram ipsius comitis etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, VI idus maii, anno tertiodecimo. »

1. Cf. Prov. VIII, 17 ; Matt. V, 46 ; Luc. VI, 32.
2. Cf. I Para. xxii, 10.

4841 Latran, 4 mai 1239.

Abbati monasterii Rosacensis (= de Rosazzo), ordinis sancti Benedicti, Aquilegensis dioecesis, significat se indulgere ut ipse et ipsius successores, « quibus baculi pastoralis » et vestimentorum pontificalium usus a Sede Apostolica », ut ipse abbas asserebat, fuerat concessus, « sandaliis et cyro- » thecis in missarum sollempnibus » uti possint. — (Reg. 19, f. 112 [106] r°; ann. XIII, c. 40.)

« .. *abbati monasterii Rosacensis, ordinis sancti Benedicti, Aquilegensis diocesis.* Tue probitatis merita —. Dat. Laterani, IIII nonas maii, anno tertiodecimo. »

4842 Latran, 10 mai 1239.

Electo Coloniensi « conferendi unam prebendam in qualibet » conventuali ecclesia » Coloniensis « civitatis et diocesis, et » in eisdem civitate ac diocesi tres dignitates quas ibi vacare » contigerit, personis litteratis et idoneis », facultatem concedit. — (Reg. 19, f. 112 [106] r°; ann. XIII, c. 41.)

« .. *electo Coloniensi.* Ut eo subditis —. Dat. Laterani, VI idus maii, anno tertiodecimo. »

4843 Latran, 22 avril 1239.

Abbati et conventui Trenorchiensibus, Cabilonensis dioecesis, scribit : « Inhibemus ne quis, hospitalitatis pretextu, » quam, sicut accepimus, in monasterio et prioratibus vestris » liberaliter exhibetis, procurationem quasi ex debito sibi » presumat in eis aliquatenus vendicare. » — (Reg. 19, f. 112 [106] v° ; ann. XIII, c. 42.)

« .. *abbati et conventui Trenorchiensibus, Cabilonensis diocesis.* Cum indignum sit —. Dat. Laterani, X kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4844 Latran, 22 avril 1239.

Berardo, abbati Trenorchiensi, usum anuli et pontificalium indumentorum, ac potestatem benedicendi pallas altarium, et vestimenta tam levitica quam sacerdotalia, indulget. — (Reg. 19, f. 112 [106] v°; ann. XIII, c. 43 ; — Potthast 10733.)

« *Berardo*[1], *abbati Trenorchiensi.* Ad ecclesiastici decoris —. Cum igitur monasterium Trenorchiense Romanam Ecclesiam nullo respiciat mediante, ac te et predecessores tuos mitra et cyrothecis usos esse proponas, volentes monasterium ipsum majoris dignitatis privilegio decorare, usum anuli et pontificalium indumentorum, ac potestatem benedicendi pallas altarium, et tam levitica quam sacerdotalia vestimenta, qua te ac predecessores tuos asseris a tempore cujus non estat memoria, esse usos, tibi et successoribus tuis de benignitate Sedis Apostolice indulgemus —. Dat. ut supra. »

4845 Latran, 30 avril 1239.

Willelmo [de Sabaudia], procuratori ecclesiae Valentinae, significat se ei ejusque successoribus medietatem quarumdam decimarum quas recuperaverit a laicis, concedere, « ecclesiis » quibus debentur, medietatem reliquam recepturis ». — (Reg. 19, f. 112 [106] v°; ann. XIII, c. 44.)

« *Willelmo, procuratori ecclesie Valentine.* In nostra proposuisti presentia constitutus, quod nonnulli laici civitatis et diocesis Valentin[e] — decimas — ecclesiis debitas non persolvunt. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum episcopales proventus provenientes ex spiritualibus sint adeo tenues et exiles, quod viginti marcarum valentiam non excedant, et tu proponas detentores hujusmodi decimarum compellere ad solutionem debitam earumdem[1], medietatem decimarum ipsarum tibi et successoribus tuis concedere curaremus —. Dat. Laterani, II kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4846 Latran, 30 avril 1239.

« In eundem fere modum .. *cantori*, .. *archidiacono et* .. *sacriste Viennensibus.* [Eis mandat quatenus eundem procuratorem et ejus successores non permittant super his molestari.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 112 [106] v°.)

4847 Latran, 14 mai 1239.

Viennensi et Ebredunensi archiepiscopis mandat quatenus de necessitate et utilitate unionis Valentinae ac Diensis ecclesiarum inquirant, et, si utrique ecclesiae viderint expedire, illas uniant. — (Reg. 19, f. 112 [106] v°; ann. XIII, c. 45 ; — Moreau 1192, f. 331 ; — Potthast 10740.)

« .. *Viennensi et* .. *Ebredunensi archiepiscopis.* Singularis prerogative privilegium —. Cum igitur, sicut nostro fuit apostolatui reseratum, Valentine et Diensis ecclesiarum nobilium et populorum subjectorum sibi malitia adeo ebullierit, ut non erubuerint insurgere in parentes[2], in patres videlicet multotiens exilium, quasi geminata rabie, diversis temporibus, et in matres excidium multiplex operata, alias easdem ecclesias tot afflictionum generibus affligendo, que longum est per singula recenseri : nobis fuit humiliter supplicatum ut, cum adhuc furiosorum ipsorum furia non quiescat, quamquam, pene formidine, quedam[3] habeat aliquando intervalla, easdem ecclesias, que contigue uni archiepiscopo sunt subjecte, ut, in unum collectis viribus utriusque, vigor ecclesiasticus contra illorum insolentiam fortius invalescat, cum neutra ad defensionem sufficiat per se ipsam, et ve soli ! Salomone dicente, quia non habebit, si ceciderit, sublevantem[4], unire auctoritate apostolica curaremus, ut, cedente altero ecclesiarum ipsarum presule vel etiam decedente, reliquus episcopus remaneat utriusque. Quia vero non est in tanto negotio nisi gravitate debita pro-

1. *Ms. :* Bernardo. — Cette même forme se retrouve dans la table des rubriques; la rubricelle, où peut-être se lisait la forme correcte, *Berardo*, est tombée sous le couteau du relieur.

1. *Ms. :* eorumdem.
2. Cf. Matt. X, 21.
3. *Ms. :* formidine quedam quedam.
4. Cf. Eccls. IV, 10.

cedendum, fraternitati vestre mandamus quatenus, de necessitate ac utilitate predictis sollicite inquirentes, si utrique ecclesie videritis expedire, ipsas auctoritate apostolica uniatis —. Dat. Laterani, II idus maii, anno tertiodecimo. »

4848 Latran, 20 mai 1239.

Judicibus, scabinis et communi civitatis Coloniensis concedit ut per litteras apostolicas contra ipsos impetratas inviti ad loca suspecta, ad quae, propter viarum discrimina et inimicitias capitales, secure accedere non valeant, citari nequeant. — (Reg. 19, f. 113 [107] r°; ann. XIII, c. 46; — Potthast 10744; — Rodenberg 746.)

« *Judicibus, scabinis et communi civitatis Coloniensis.* Filialis et singularis —. Dat. Laterani, XIII kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4849 Latran, 10 mai 1239.

Electo Coloniensi significat se ei supplicanti ejusque ecclesiae concedere ut, — cum nonnulli tam dioecesis quam provinciae Coloniensis ab ecclesia Coloniensi tenerent feuda quae ipse electus timebat « post decessum ipsorum devolvi » ad eorum sobolem, de incestu seu nuptiis dampnatis sus- » ceptam », — « decedentibus ipsis, feuda eadem ad sobolem » hujusmodi non perveniant, sed ad dictam ecclesiam libere » revertantur »; contradictores ipse electus poterit « censura » ecclesiastica coercere ». — (Reg. 19, f. 113 [107] r°; ann. XIII, c. 47.)

« .. *electo Coloniensi.* In nostra constitutus —. Dat. Laterani, VI idus maii, anno tertiodecimo. »

4850 Latran, 9 mai 1239.

Praeposito, decano et capitulo Coloniensibus significat se electionem quam nuper de Conrado, praeposito Sanctae Mariae ad Gradus [Coloniensis], ipsorum ecclesiae canonico, in suum archiepiscopum celebraverant, ab eis ipsi papae praesentatam, fecisse examinari, et, quia illam invenerat de persona idonea canonice celebratam, confirmasse; eundem Conradum ad ipsorum ecclesiam remittit, eisque mandat quatenus ei humiliter intendant et debitam obedientiam et reverentiam exhibeant. — (Reg. 19, f. 113 [107] r°; ann. XIII, c. 48.)

« .. *preposito,* .. *decano et capitulo Coloniensibus.* Presentatam nobis electionem —. Dat. Laterani, VII idus maii, anno tertiodecimo. »

4851 Latran, 9 mai 1239.

Electo Coloniensi concedit ut quosdam subditorum suorum, qui persecutoribus ecclesiae Coloniensis auxilium ferebant, possit ad impendendam eidem ecclesiae satisfactionem congruam de commissis, per censuram ecclesiasticam coercere. — (Reg. 19, f. 113 [107] r°; ann. XIII, c. 49.)

« .. *electo Coloniensi.* Cum, sicut te —. Dat. Laterani, VII idus maii, anno tertiodecimo. »

4852 Latran, 21 mai 1239.

Eidem concedit ut contra nonnullos qui bona ecclesiae Coloniensis et ecclesiarum ipsi electo subjectarum violenter invadebant, diripiebant et praedabantur, possit, etsi ordinaria jurisdictio in hoc ipsi electo sufficere videretur, censuram ecclesiasticam exercere. — (Reg. 19, f. 113 [107] r°; ann. XIII, c. 50.)

« *Eidem.* Quoniam, refrigescente caritate —. Dat. Laterani, VIII kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4853 Latran, 21 mai 1239.

Archidiacono Redonensi, sede Redonensi vacante, mandat quatenus nobili viro Andreae, domino de Vitreio (= Vitré), concedat ut, cum Johanna, secunda filia sua, quae primogenito filiorum T[heobaldi ?] de Mathafellone promissa fuerat, interiisset, unam de filiabus suis superstitibus eidem primogenito ejusdem T. dare possit in uxorem. — (Reg. 19, f. 113 [107] v°; ann. XIII, c. 51; — Moreau 1192, f. 338; — cf. *supra*, n° 4646.)

« .. *archidiacono Redonensi.* Ex parte nobilis viri A[ndree], domini de Vitreio, Redonensis diocesis, nostris extitit auribus intimatum quod olim ipse et bone memorie T. de Mathafellone invicem juraverunt quod, postquam filii dicti T. et filie ipsius A[ndree], qui nondum sextum annum compleverant, ad annos nubiles pervenirent, idem A[ndreas] filiam suam, que secunda nativitatis ordine, nubilis etatis tempore, inter ipsius filias haberetur, filio dicti T. qui, eodem tempore, inter ejus filios primogenitus esset, traderet in uxorem. Quare dictus A[ndreas] nobis humiliter supplicavit ut, cum, licet nullius nomen expressum fuerit, Johanna filia sua, que, tempore contractus hujusmodi, erat secundo genita, decennio non completo viam sit universe carnis ingressa, sibi quod unam de filiabus suis superstitibus primogenito filiorum dicti T. dare in uxorem valeat, concedere curaremus. Verum, cum, sicut dicitur, ec-

clesia Redonensis vacet ad presens, discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, si est ita, concedas dicto nobili postulata. Dat. ut supra. »

4854 Latran, 17 mai 1239.

Osnaburgensi electo indulget ut, — pro exoneratione debitorum quibus Osnaburgensis ecclesia adeo premebatur, ut, nisi ei celeri remedio succurreretur, verendum esset ne absorberetur usuris, ad quarum usurarum solutionem universi ejusdem ecclesiae redditus et proventus vix sufficere dicebantur, — ei liceat proventus et beneficia ecclesiastica quae electionis suae tempore obtinebat, libere usque ad ipsius papae beneplacitum retinere. — (Reg. 19, f. 113 [107] v°; ann. XIII, c. 52.)

« .. *Osnaburgensi electo.* Cum, sicut in —. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4855 Latran, 18 mai 1239.

Willelmo, canonico Sancti Johannis Maguntini, filio quondam magistri B. Judaei, facultatem concedit ecclesiam vacantem in Wach, Maguntinae dioecesis, et habentem curam animarum annexam, quam Fuldensis monasterii abbas, ad cujus donationem spectabat, ipsi Willelmo contulerat, retinendi cum ecclesia de Tribur (= Trebur), quam se idem Willelmus proponebat canonice assecutum, non obstante quod eidem ecclesiae de Tribur similis cura erat annexa. — (Reg. 19, f. 113 [107] v°; ann. XIII, c. 53; — cf. *supra*, n° 2711.)

« *Willelmo, canonico Sancti Johannis Maguntini, nato quondam magistri B. Judei.* Cum, sicut asseris —. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4856 Latran, 27 mai 1239.

Archiepiscopo Messanensi scribit se, causa inter episcopum Marsicanum et monasterium Casaemarii super juribus episcopalibus quarumdam ecclesiarum decisa, praedicto episcopo Marsicano quartam decimarum et mortuariorum ac decem solidos Proveniensium in ecclesia Sancti Nicolai de Capellis, Marsicanae dioecesis, et sex solidos in tribus aliis ecclesiis, in bulla nominatis, ejusdem dioecesis, pro annua procuratione concessisse, eique mandat quatenus sententiam excommunicationis ab episcopo Alatrino, provisionis illius exsecutore deputato, in clericos ejusdem ecclesiae Sancti Nicolai de Capellis, contra mandatum ejusdem episcopi Alatrini rebelles, promulgatam, faciat singulis diebus dominicis et festivis publicari et usque ad satisfactionem condignam observari; eosdem clericos super eo quod, praedicta excommunicatione ligati, divina celebraverant, poena canonica puniat, « invocato ad eorum insolentiam reprimendam, si » opus fuerit, auxilio brachii secularis ». — (Reg. 19, f. 113 [107] v°; ann. XIII, c. 54; — cf. *supra*, n. 3185, 3186, 4818 et 4819.)

« .. *archiepiscopo Messanensi.* Cum olim venerabilis frater noster .. Marsicanus episcopus dilectos filios [..] abbatem et conventum monasterii Casemar[ii], Cisterciensis ordinis, super juribus episcopalibus ecclesiarum Sancti Nicolai de Capell[is], Sancti Rufini de Archipetra, Sancti Magni et Sancti Nicolai de Castul[is], Marsicane diocesis, coram dilecto filio nostro O[ttone], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, a nobis auditore concesso, traxisset in causam : tandem, contra ipsos super dictis juribus per eundem cardinalem diffinitiva sententia promulgata, iidem provideri sibi super hoc per beneficium restitutionis in integrum contra prefatam sententiam petierunt. Cumque, dilecto filio nostro S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, super hiis a nobis auditore concesso, demum, de fratrum nostrorum consilio facientes ipsi monasterio gratiam specialem, in predicta ecclesia Sancti Nicolai de Capell[is] quartam decimarum et mortuariorum ac decem sol[i]dos Proveniensium, et sex in aliis pro annua procuratione jamdicto episcopo duxerimus concedenda, nichil amplius in ipsis ecclesiis eidem episcopo et Marsicane ecclesie reservando, venerabili fratre nostro .. Alatrino episcopo executore provisionis hujusmodi deputato : idem episcopus, sicut eisdem abbate ac conventu nobis innotuit intimantibus, personaliter accedens ad ecclesias supradictas, et provisionem ipsam executioni demandans, in contradictores et rebelles excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgavit. Sed ecclesie memorate Sancti Nicolai de Capell[is] clerici, spiritu rebellionis assumpto, contra episcopi predicti mandatum claves et alia bona ipsius ecclesie detinent et reddere contradicunt, ac, hujusmodi excommunicatione ligati, divina officia celebrare, immo verius, quantum in eis est, prophanare presumunt —. Dat. Laterani, VI kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4857 Latran, 17 mai 1239.

Abbati Sancti Lupi Trecensis et magistro Stephano de Senonis, canonico Trecensi, significat se archiepiscopis Lugdunensi et Narbonensi eorumque suffraganeis, nec non episcopis Lectorensi, Convenarum, Petragoricensi, Agennensi,

Mimatensi, Aniciensi, Ruthenensi, [Albiensi[1],] Lemovicensi[2] et Caturcensi mandare ut, juxta taxationem quam ipse papa fieri fecerat, summam octo milium librarum Turonensium, in qua ecclesia Valentina quibusdam mercatoribus Senensibus tenebatur, eisdem mercatoribus apud Latiniacum in proximis nundinis Latiniaci persolvant; eis mandat quatenus, si jamdicti archiepiscopi et episcopi vel eorum aliqui mandatum apostolicum neglexerint adimplere, ipsi excommunicationem a Stephano, tituli Sanctae Mariae Transtiberim presbytero cardinali, de speciali ipsius papae mandato latam in singulos praedictorum qui, juxta quantitatem quae contingat eosdem, in termino et loco praedictis hujusmodi subsidium non duxerint impendendum, faciant usque ad plenam solutionem illius summae publicari. — (Reg. 19, f. 114 [108] r°; ann. XIII, c. 55; — cf. J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 138, n° 205; — cf. *supra*, n. 841, 3301 et 4446.)

« .. *abbati Sancti Lupi et magistro Stephano de Senon*[*is*], *canonico Trecen*[*sibus*]. Olim, ecclesie Valentine, tanto depresse onere debitorum que pro tuenda libertate contraxerat, quod vix resurgere poterat per se ipsam, paterno compatientes affectu, in Viennensi provincia per quinquennium, in Lugdunensi vero et terra commissa legationi venerabilis fratris nostri .. episcopi Tornacensis, Apostolice Sedis legati, per annum decimam ecclesiasticorum proventuum pro subventione sua eidem ecclesie mandavimus assignari. Et licet ecclesia ipsa fere nullum commodum fuerit exinde assecuta, ne tamen omnino deficeret sub sarcina debitorum, in provinciis et terra predictis moderatum ei subsidium, videlicet decem milium librarum Turonensium, providimus postmodum faciendum, venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Viennensi, tunc Apostolice Sedis legato, super hoc executore concesso. Idem vero archiepiscopus, juxta mandatum nostrum pensatis facultatibus singularum diocesum diligenter, onus subventionis hujusmodi, taxatione prehabita, imposuit unicuique, prout magis vel minus vidit unamquamque diocesim in suis facultatibus habundare, precipiens archiepiscopis et episcopis earumdem ut taxationem ipsam dividerent inter se ac subjectas sibi ecclesias, secundum proprias facultates. A cujus precepto venerabiles fratres nostri .. archiepiscopus Narbonensis, pro se et quibusdam suffraganeis suis, et .. Magalonensis[1], .. Eduensis, .. Lingonensis, .. Albiensis et .. Ruthenensis episcopi, pro se ac eorum subditis, ad nostram audientiam appellarunt. Quorum appellationi, utpote contra mandatum nostrum objecte, executor ipse non deferens, in eos excommunicationis sententiam promulgavit. Tandem, procuratoribus parcium[2] apud Sedem Apostolicam constitutis, sic duximus providendum ut, premissa per dilectum filium .. abbatem Cluniacensem ad cautelam juxta formam Ecclesie relaxata, de predictis decem milibus librarum remitterentur duo milia universis, dummodo sponte solverent octo milia, et hii qui non appellaverunt, vel appellantes appellationem prosequi non curarunt, plene satisfacerent appellationem suam prosequentibus de expensis quas, occasione appellationis hujusmodi, subierunt; alioquin nullum de remissione prefata commodum reportarent, sed eis tantum proportionaliter fieret illa remissio, qui appellationem emissam fuerant prosecuti; reliquis octo milibus librarum inter ecclesias supradictas per eundem abbatem, pensatis diligenter facultatibus singularum, fideliter dividendis, et solvendis infra triennium a receptione litterarum nostrarum, ecclesie Valentine, ita ut pecunia ipsa per manus dicti abbatis in solutionem converteretur integre debitorum. Verum, quia, sicut dilectus filius .. procurator ipsius ecclesie Valentine in nostra proposuit presentia constitutus, occasione subventionis hujusmodi dampna incurrit gravia et expensas, nos, eidem ecclesie paterna compatientes in Domino caritate, que sub debitorum onere pene perit, utpote cujus proventus vix sufficiunt voragini usurarum, omnino volumus sibi secundum taxationem quam fieri fecimus, prout, diligenter ecclesiarum facultatibus inquisitis, expedire visum est, subveniri; lata per dilectum filium nostrum S[tephanum], tituli Sancte Marie Transtiberim presbiterum cardinalem, de speciali mandato nostro ac fratrum nostrorum consilio, excommunicationis sententia in singulos predictorum qui, juxta quantitatem que contingit eosdem, in proximis nundinis Latiniaci[3], apud Latiniacum, hujusmodi subsidium non duxeri[n]t impendendum. Quia vero per taxationem eandem, quam vobis sub bulla nostra duximus transmittendam[4], venerabiles fratres nostros .. Lugdunen-

1. *Albiensi* est rétabli ici par conjecture; cf. plus loin, col. 43, note 1.

2. C'est sans doute par suite d'une négligence de rédaction que le texte porte (col. 43) : « *Lemovicensem* et Caturcensem *episcopos* »; il n'y avait pas alors d'*episcopus Lemovicensis*, mais un *electus Lemovicensis*. Cf. *supra*, n° 4030, et *infra*, n. 4859 et XIV, 156.

1. L'un des suffragants de l'archevêque de Narbonne; il était déjà mentionné expressément dans la pièce 4446 t. II, col. 1087).

2. *Sic.*

3. *Ms.* : Latiniati.

4. N° 4859.

sem et [..] Narbonensem archiepiscopos ac eorum suffraganeos, nec non [..] Lectorensem, .. Convennarum, .. Petragoricensem, .. Agennensem, .. Mimatensem, .. Aniciensem, .. Ruthenensem [1], .. Lemovicensem et .. Caturcensem episcopos octo milium librarum Turonensium summa contingit, quam Leonardo Jordani, Guastellon[i] Johannis, Bonencuntro Rogeri[i], Guidon[i] Sarracen[i], Rainerio Raoli, Willelmo Willelmi et Deutesalvi Guadagnoli, pro se et eorum sociis, mercatoribus Senensibus, quibus ecclesia Valentina tenetur, ab ipsis ac ab ecclesiis suarum diocesum, tam exemptis quam non exemptis, Cisterciensibus, Hospitalariis, Templariis, Cartusiensibus et abbatia Cluniacensi dumtaxat exceptis, volumus sine difficultate persolvi : singulis eorumdem in virtute obedientie districte nostris damus litteris in preceptis ut, summam que juxta dictam taxationem unumquemque contingit, inter se ac ipsas ecclesias, consideratis diligenter earum facultatibus, fideliter dividentes, et ad solutionem pro portione que ipsas contingit, compellentes easdem, ipsam integre prefatis mercatoribus vel eorum procuratori, per manus vestras vel alterius quem ad hoc duxerint deputandum, in termino et loco predictis, omni appellatione, excusatione, exceptione ac occasione prorsus cessantibus, sine qualibet difficultate persolvant ; non obstantibus concessione aliqua vel privilegio, seu indulgentia vel litteris ad eundem abbatem Cluniacensem et quoslibet alios a Sede Apostolica impetratis. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta, in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus, si jamdicti archiepiscopi et episcopi vel eorum aliqui mandatum nostrum neglexerint adimplere, vos extunc, predictam excommunicationis sententiam sollempniter publicantes, eam usque ad plenam solutionem ipsius summe que unumquemque contingit, cum dampnis et expensis que, ob defectum solutionis, dictos mercatores subire contigerit, usuris omnino cessantibus, faciatis, appellatione remota, inviolabiliter observari. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4858 Latran, 17 mai 1239.

Abbati Sanctae Genovefae Parisiensis similiter scribit se Arelatensi archiepiscopo ejusque suffraganeis mandare ut, juxta taxationem quam ipse papa fieri fecerat, summam sexcentarum librarum Turonensium, in qua ecclesia Valentina quibusdam civibus Romanis tenebatur, eisdem civibus apud Latiniacum in proximis nundinis Latiniaci persolvant; simili mandato adjuncto de excommunicatione contra rebelles publicanda. — (Reg. 19, f. 114 [108] v°; ann. XIII, c. 56.)

« .. *abbati Sancte Genovefe Parisiensis*. Olim, ecclesie Valentine etc., usque : impendendum. Quia vero per taxationem eandem, quam tibi sub bulla nostra duximus transmittendam [1], venerabilem fratrem nostrum .. Arelatensem archiepiscopum et ejus suffraganeos sexcentarum librarum Turonensium summa contingit, quam Jacobo Sagattarii [et] Bonagure, pro se et eorum sociis, Romanis civibus, quibus ecclesia Valentina tenetur, ab ipsis ac ab ecclesiis [suarum diocesum [2]], tam exemptis quam non exemptis, Cisterciensibus, Hospitalariis, Templariis et Cartusiensibus dumtaxat exceptis etc., usque : procuratori, per manus tuas in termino et loco predictis etc., usque : mandamus quatenus, si dicti archiepiscopus et ejus suffraganei vel ipsorum aliqui etc., usque : observari. Dat. ut supra. »

4859 Latran, 25 mai 1239.

Abbati Sancti Lupi Trecensis et magistro Stephano de Senonis, canonico Trecensi, transmittit taxationem juxta quam vult ut per Lugdunensem et Narbonensem archiepiscopos, nec non et per episcopos eorumque subditos Lugdunensis et Narbonensis provinciarum, nec non per episcopos Lectorensem, Convenarum, Petragoricensem, Agennensem, Mimatensem, Aniciensem, Ruthenensem, Albiensem et Caturcensem episcopos et per electum Lemovicensem eorumque subditos, Valentinae ecclesiae, pro exoneratione debitorum quibus tenebatur quibusdam mercatoribus Senensibus, [usque ad summam octo milium librarum Turonensium] subveniatur. — (Reg. 19, f. 114 [108] v°; ann. XIII, c. 57; — Moreau 1192, f. 339; — cf. *supra*, n° 4857.)

« .. *abbati Sancti Lupi et magistro Stephano de Senonis, canonico Trecen*[*sibus*]. Volentes omnino per archiepiscopos et episcopos subscriptos inferius et eorum subditos, juxta taxationem quam fieri fecimus, de fratrum nostrorum consilio, Valentine ecclesie, pro exoneratione debitorum quibus tenetur Leonardo Jordani, Guastellon[i] Johannis, Bonencuntro Rogerii, Guidoni Sarracen[i], Rainerio Raoli, Willelmo Willelmi [et] Deutesalvi

1. On ne voit pas figurer dans cette liste, après l'évêque de Rodez, l'évêque d'Albi, comme dans la pièce 4859; il faut sans doute n'attribuer cette omission qu'à l'inadvertance d'un copiste.

1. N° 4861.

2. Les deux mots : « suarum diocesum », sont rétablis ici par conjecture, d'après le texte de la pièce 4857.

Guadagnoli, pro se ac eorum sociis, mercatoribus Senensibus, subveniri, taxationem eandem vobis de verbo ad verbum duximus transmittendam. Que talis est : .. archiepiscopus Lugdunensis, pro se et ecclesiis sue diocesis, solvat octingentas libras Turonensium : .. episcopus Eduensis, nongentas libras ; .. episcopus Lingonensis, mille ducentas libras ; .. episcopus Matisconensis, centum libras ; .. episcopus Cabilonensis, centum libras ; .. archiepiscopus Narbonensis, mille libras ; .. episcopus Neumasensis, centum quinquaginta libras ; .. episcopus Uticensis, centum libras ; .. episcopus Magalonensis, centum viginti libras ; .. episcopus Lodovensis, sexaginta libras ; .. episcopus Agathensis, centum viginti libras ; .. episcopus Biterrensis, centum quinquaginta libras ; .. episcopus Carcasonensis, centum quinquaginta libras ; .. episcopus Elnensis, quinquaginta libras ; .. episcopus Tolosanus, mille libras ; .. episcopus Lectorensis, viginti libras ; .. episcopus Convennarum, sexaginta libras ; .. episcopus Petragoricensis, centum quadraginta libras ; .. episcopus Agennensis, centum quadraginta libras ; .. episcopus Mimatensis, octoginta libras ; .. episcopus Aniciensis, centum XXX^ta^ libras ; .. episcopus Ruthenensis, centum XXX^ta^ libras ; .. episcopus Albiensis, centum quinquaginta libras ; .. episcopus Caturcensis, centum quinquaginta libras ; .. electus Lemovicensis, mille libras[1]. Dat. Laterani, VIII kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4860 Latran, 18 mai 1239.

Archiepiscopo Tarantasiensi, similiter scribens, transmittit taxationem juxta quam vult ut per Viennensem et Aquensem archiepiscopos, nec non et per episcopos eorumque subditos Viennensis et Aquensis provinciarum, eidem Valentinae ecclesiae, pro exoneratione debitorum quibus tenebatur Aymoni Katen. [et] Gaufrido Bauduini, Viennensibus civibus, et Umberto de Varei, Lugdunensi civi, [usque ad summam mille trecentarum et quinquaginta librarum Turonensium] subveniatur. — (Reg. 19, f. 114 [108] v° ; ann. XIII, c. 58 ; — Moreau 1192, f. 340 ; — Potthast 10743 ; — J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 139, n° 206.)

« .. *archiepiscopo Tarantasiensi*. Volentes etc., usque : quibus tenetur Aymoni Katen., Gaufrido Bauduini, Viennen[sibus], et Umberto de Varei, Lugdunen[si] civibus, subveniri, taxationem eandem etc., usque : transmittendam. Que talis est : .. archiepiscopus Viennensis, pro se et ecclesiis sue diocesis, solvat CCC libras Turonensium ; .. episcopus Gebennensis, CC libras ; .. episcopus Maurianensis, L libras ; .. episcopus Gratianopolitanus[1], CC libras ; episcopatus Valentinus, L libras ; [..] episcopus Diensis, octoginta libras : .. episcopus Vivariensis, CXX^ti^ libras ; .. archiepiscopus Aquensis, C libras ; .. episcopus Vapincensis, C libras ; .. episcopus Sistaricensis, L libras ; .. episcopus Aptensis, L libras ; .. episcopus Forojuliensis[2], L libras[3]. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4861 Latran, 17 mai 1239.

Abbati Sanctae Genovefae Parisiensis, similiter scribens, transmittit taxationem juxta quam vult ut per Arelatensem archiepiscopum, nec non et per episcopos eorumque subditos Arelatensis provinciae, eidem Valentinae ecclesiae, pro exoneratione debitorum quibus tenebatur quibusdam civibus Romanis, [usque ad summam sexcentarum librarum Turonensium] subveniatur. — (Reg. 19, f. 114 [108] v° ; ann. XIII, c. 59 ; — Moreau 1192, f. 341 ; — cf. *supra*, n° 4858.)

« . *abbati Sancte Genovefe Parisiensis*. Volentes omnino per archiepiscopum et episcopos etc., usque : tenetur Jacobo Sagat[t]arii, Bonagure ac eorum sociis, Romanis civibus, subveniri, taxationem etc., usque : talis est : .. archiepiscopus Arelatensis, pro se ac ecclesiis sue diocesis, solvat C libras Turonensium ; .. episcopus Tolonensis, XXX^a^ libras ; .. episcopus Massiliensis, LXX^a^ libras ; .. episcopus Avinionensis, CC libras ; .. episcopus Tricastrinus, XL libras ; .. episcopus Vasionensis, XL libras ; .. episcopus Carpentoratensis, LX libras ; .. episcopus Cavallicensis, XX^ti^V libras ; .. episcopus Aurasicensis, XXX^a^V libras[4]. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4862 Latran, 31 mai 1239.

Episcopo Fesulano et archidiacono Senensi mandat quatenus abbati et conventui monasterii Marturensis, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam, ut dicebatur, nullo medio pertinentis, licentiam concedant, si eidem monasterio viderint expedire, « quasdam possessiones, viles et » modicas », quas iidem abbas et conventus in Florentina et

1. Total : 8.000 livres.

1. *Ms.* : Grationopolitanus.
2. *Ms.* : Foroliviensis.
3. Total : 1.350 livres.
4. Total : 600 livres.

Vulterana dioecesibus habebant, et de quibus, « propter lo- » corum distantiam et malitias hominum », fructum nullum vel modicum consequebantur, vendendi seu in meliores et magis utiles commutandi; iidem episcopus et archidiaconus pretium ipsarum possessionum, si praedicti abbas et conventus eas vendiderint, ad manus suas recipiant, in emendas alias possessiones eidem monasterio magis utiles similiter per manus suas convertendum. — (Reg. 19, f. 115 [109] r°; ann. XIII, c. 60.)

« .. *episcopo Fesulano et .. archidiacono Senensi.* Ex parte dilectorum —. Dat. Laterani, II kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4863 Latran, 29 mai 1239.

Capitulo Leodiensi significat se electionem a quibusdam ex ipsis de [Ottone][1], Aquensi praeposito, in Leodiensem episcopum celebratam, cassavisse, et Willelmum de Sabaudia, ecclesiae Valentinae procuratorem, a quibusdam aliis ejusdem capituli similiter electum, ecclesiae Leodiensi providisse in episcopum et pastorem; eis mandat quatenus eundem Willelmum devote recipiant ejusque monitis et mandatis humiliter intendant. — (Reg. 19, f. 115 [109] r°; ann. XIII, c. 61; — J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte*, t. III (1889), p. 191, n° 4; — cf. *supra*, n. 587, 4612, 4643 et 4710.)

« *Capitulo Leodiensi.* Suscepti cura regiminis —. Sane dudum, ecclesia vestra pastoris solacio destituta et votis vestris in diversa divisis, quibusdam ex vobis dilectum filium W[illelmum de Sabaudia], procuratorem ecclesie Valentine, aliis vero .. Aquensem prepositum sibi eligentibus in pastorem, cum ad nostram fuisset audientiam appellatum, nos venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Remensi et .. episcopo Cameracensi causam duximus committendam, dantes eis nostris litteris in mandatis ut, vocatis qui forent evocandi, et inquisita super electionis negotio sollicite veritate, causam eandem ad nos remitterent sufficienter instructam, prefigentes tam electoribus quam electis terminum peremptorium, quo idem prepositus personaliter ac reliqui per procuratores sufficientes et idoneos nostro se conspectui presentarent. Ipsis itaque, juxta mandati nostri tenorem inquisitione habita diligenti, quod invenerunt, nobis fideliter suis litteris referentibus, et dicto preposito tandem personaliter in nostra presentia comparente, venerabili fratri .. Portuensi episcopo et dilectis filiis nostris J[ohanni], tituli Sancte Praxedis presbitero, et R[oberto], Sancti Eustachii diacono cardinalibus, personam commisimus examinandam ipsius. Qui, merita sua in consistorio rationis primo discutiens, cognito quod, si judicii exterioris examine librarentur, tanti non forent ut digne sibi presulatus officium vendicarent, cum, requisito pectoris scrinio, thesauros non inveniret scientie, quos offerret, aut virtutum munera, que donaret, de Curia contumaciter, licentia non obtenta nec etiam postulata, recessit. Unde, cum ex absentia hujusmodi sue insufficientie ipse idem testis extiterit, et certum sit eum de suo jure diffidere, qui judicii examen evitat, quia etiam nobis liquido constitit quod, cum sua fuisset electio in discordia celebrata, et ad Sedem fuerit Apostolicam appellatum, idem, appellationi ad nos non deferens interjecte, recepit regalia, confirmationis beneficio non obtento, et, licet postmodum dilectus filius [..] Coloniensis electus, qui nondum fuerat tunc confirmationis gratiam assecutus, electionem ipsius nisus fuerit confirmare, minime tamen attendens quod in discordia fuerat electus, et per appellationem propter hoc ad Sedem Apostolicam interpositam, totum ad nos extitit electionis negotium devolutum, amministrationi spiritualium et temporalium ecclesie vestre se impudenter ingessit : nos, de fratrum nostrorum consilio ejus electione, justitia exigente, cassata, ipsi ecclesie providere volentes, ne per vacationem diutinam enormem incurreret lesionem, prefatum W[illelmum], ecclesie Valentine procuratorem, virum litteratum, probate vite ac conversationis honeste, eidem providimus in episcopum et pastorem, sperantes firmiter — quod — ecclesiam sibi traditam, que in spiritualibus et temporalibus est collapsa, in utrisque sua industria relevabit ac ampliabit continuis incrementis. Quocirca universitati vestre districte precipiendo mandamus quatenus, tanquam pastorem animarum vestrarum devote recipientes eundem, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis. Alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, actore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Laterani, IIII kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4864 Latran, 28 mai 1239.

Decano Majoris Ecclesiae, thesaurario Sanctorum Apostolorum et scholastico Sancti Georgii in Colonia mandat, petente electo Coloniensi, quatenus de proventibus ecclesiarum et monasteriorum civitatis et dioecesis Coloniensis octo

1. Le nom de ce personnage est donné dans les pièces 4587 et 4870.

milia marcarum per spatium sex annorum percipiant, et hanc pecuniam in debita ecclesiae Coloniensis solvenda convertant. — (REG. 19, f. 115 [109] v°; ann. XIII, c. 62; — RODENBERG 748.)

« .. *decano Majoris Ecclesie, .. thesaurario Sanctorum Apostolorum et .. scolastico Sancti Georgii Coloniensi*[*bus*]. Sortitur genitrix discrimina —. Dat. Laterani, V kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4865 Latran, 2 juin 1239.

Episcopo Tornacensi et praeposito ecclesiae Sicliniensis significat se W[illelmum de Sabaudia], procuratorem ecclesiae Valentinae, Leodiensi ecclesiae providisse in pastorem, eisque mandat quatenus contra [Ottonem][1], praepositum Aquensem, cujus electio in Leodiensem episcopum ab ipso papa cassata fuerat, et contra alios qui se praedictae apostolicae provisioni opposuerint, si clerici, per officiorum et beneficiorum privationem, si laici, per censuram ecclesiasticam procedant. — (REG. 19, f. 115 [109] v°; ann. XIII, c. 63; — MOREAU 1192, f. 343; — J. P. KIRSCH, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte*, t. III (1889), p. 195, n° 6; — cf. *supra*, n° 4863.)

« .. *episcopo Tornacensi,* [*et*] .. *preposito ecclesie Sicliniensis, Tornacensis diocesis.* Cassata electione que —. Dat. Laterani, IIII nonas junii, anno tertiodecimo. »

4866 Latran, 2 juin 1239.

Eisdem mandat quatenus Leodiensem ecclesiam et W[illelmum de Sabaudia], procuratorem ecclesiae Valentinae, quem ipse papa praedictae Leodiensi ecclesiae providerat in pastorem, ad solutionem debitorum quae [Otto], praepositus Aquensis, dudum pro electo Leodiensi se gerens, contraxerat, denuntient non teneri, et, si qua ejusdem ecclesiae Leodiensis bona per supradictum praepositum invenerint obligata, ea praefato W[illelmo], Leodiensi electo, restitui faciant. — (REG. 19, f. 115 [109] v°; ann. XIII, c. 64; — MOREAU 1192, f. 343 v°; — J. P. KIRSCH, *Das Lütticher Schisma...*, p. 195, n° 7; — cf. *supra*, n. 4863 et 4865.)

« *Eisdem.* Cum, sicut accepimus —. Dat. ut supra. »

4867 Latran, 17 mai 1239.

Archidiacono et cantori Calaguritanis, nec non archidiacono Soriensi, Oxomensis dioecesis, mandat quatenus, — cum ecclesia Segobricensis, « capta dudum ab hostibus » crucis Christi et adhuc in captivitate detenta », non haberet « super limitibus sue diocesis legitima munimenta », — eandem dioecesim, « vocatis propter hoc evocandis, et in» quisita tam per testes et famam quam per libros antiquos » et alia amminicula que ad negotium videbuntur facere, » veritate », studeant limitare, episcopo Segobricensi juxta ipsorum limitationem suam dioecesim assignando. — (REG. 19, f. 115 [109] v°; ann. XIII, c. 65.)

« .. *Calagurritano et .. Soriensi, Oxomensis diocesis, archidiaconis, et .. cantori Calagurritano.* Quanto Segobricensis ecclesia —. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, anno tertiodecimo. »

4868 Latran, 4 juin 1239.

Episcopo Tornacensi et praeposito ecclesiae Sicliniensis mandat quatenus quicquid [Otto], Aquensis praepositus, a quibusdam capituli Leodiensis in Leodiensem episcopum electus, fecerit, dum se ejusdem ecclesiae Leodiensis administrationi ingesserat, suspensionis et excommunicationis sententias proferendo, et beneficia praebendasque conferendo, in irritum revocent, illosque a quibus homagia et juramenta idem praepositus receperit, ad observationem eorum denuntient non teneri; castra denique, munitiones et alia quae ille detineat de bonis ejusdem ecclesiae, Willelmo de Sabaudia, procuratori ecclesiae Valentinae, quem ipse papa eidem ecclesiae Leodiensi in episcopum providerat, restitui faciant. — (REG. 19, f. 116 [110] r°; ann. XIII, c. 66; — MOREAU 1192, f. 345; — J. P. KIRSCH, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Römische Quartalschrift...*, t. III (1889), p. 197, n° 9.)

« .. *episcopo Tornacensi et .. preposito ecclesie Sicliniensis, Tornacensis diocesis.* Ecclesia Leodiensi vacante, et eligentium votis in diversa divisis, quibusdam ex ipsis dilectum filium W[illelmum de Sabaudia], procuratorem ecclesie Valentine, aliis vero [..] Aquensem prepositum sibi eligentibus in pastorem, licet propter hoc ad nostram fuisset audientiam appellatum, idem tamen prepositus, appellationi non deferens interjecte, recepit regalia [etc., ut supra, paucis mutatis, in epistola sub numero 4863 notata, usque :] ingessit, castra quedam ipsius et munitiones alias occupando, recipiendo a laicis homagia et a clericis juramenta, conferendo beneficia et prebendas, ac proferendo suspensionis et excommunicationis sententias in quosdam clericos et laicos sue nolentes acquiescere voluntati. Cum igitur, ejusdem prepositi electione, justitia exigente, cassata, predictum W[illelmum] eidem ecclesie in episcopum

1. Cf. *supra*, t. III, col. 47, note 1.

providerimus et pastorem, firmiter precipiendo mandamus quatenus, premissas sententias, collationes prebendarum et beneficiorum ipsorum nuntiantes penitus nullas esse, ac illos a quibus homagia et juramenta prepositus ipse recepit, ad observationem eorum aliquatenus non teneri, castra, munitiones et alia que detinet de bonis ecclesie supradicte, cum proventibus perceptis ex eis, memorato W[illelmo] restitui faciatis. Contradictores etc. ; invocato, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis —. Dat. Laterani, II nonas junii, anno tertiodecimo. »

4869 Latran, 3 juin 1239.

Electo Coloniensi significat se electionem quae de [Ottone], praeposito Aquensi, in Leodiensi ecclesia facta fuerat, cassavisse, et W[illelmum de Sabaudia], procuratorem ecclesiae Valentinae, eidem ecclesiae Leodiensi providisse in pastorem ; ei mandat quatenus, ad ecclesiam praedictam accedens, ibidem provisionem eandem apostolicam publicet, capitulo ipsius ecclesiae nec non et clero populoque civitatis et dioecesis Leodiensis injungendo ut eundem W[illelmum] devote recipiant eique debitam obedientiam impendant ; ipse autem electus eidem Leodiensi electo potenter assistat, consilium, auxilium et favorem ei praestando. — (Reg. 19, f. 116 [110] r° ; ann. XIII, c. 67 ; — J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma...*, p. 196, n° 8.)

« .. *electo Coloniensi.* Electione que de —. Dat. Laterani, III nonas junii, anno tertiodecimo. »

4870 Latran, 1er juin 1239.

Comiti Registetensi significat se electionem quae de Ottone, Aquensi praeposito, in ecclesia Leodiensi celebrata fuerat, cassavisse, et W[illelmum de Sabaudia], procuratorem ecclesiae Valentinae, providisse eidem Leodiensi ecclesiae in episcopum ; eum monet et hortatur quatenus eundem W[illelmum] filiali devotione recipiat, ei pro his quae ipse comes ab eadem Leodiensi ecclesia teneat, praestet fidelitatis juramentum, ejusque monitis et mandatis intendat. — (Reg. 19, f. 116 [110] r° ; ann. XIII, c. 68 ; — J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma...*, p. 193, n° 5.)

« *Nobili viro .. comiti Registetensi.* Suscepti cura regiminis —. Dat. Laterani, kalendis junii, anno tertiodecimo. »

4871 Latran, 1er juin 1239.

Capitulo Valentino scribit : « Licet dilectum filium W[illelmum de Sabaudia], procuratorem ecclesie vestre, Leodiensi
» ecclesie providerimus in pastorem, quia tamen nolumus ut
» predicta ecclesia vestra tali gubernatore destituatur ad
» presens, eidem procurationem ipsius, plenam sibi am-
» ministrationem in spiritualibus et temporalibus conce-
» dendo, quemadmodum prius habuerat, de fratrum nostro-
» rum consilio, usque ad beneplacitum nostrum duximus
» committendam. Quocirca universitati vestre mandamus
» quatenus ei sicut ante in omnibus intendatis ; alioquin
» sententiam quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habe-
» bimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactio-
» nem condignam inviolabiliter observari. » — (Reg. 19, f. 116 [110] v° ; ann. XIII, c. 69 ; — J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma...*, p. 198, n° 11.)

« *Capitulo Valentino.* Licet dilectum filium —. Dat. ut supra. »

4872 Latran, 6 juin 1239.

Archiepiscopo Cantuariensi, qui ab ipso papa licentiam postulaverat instituendi collegium canonicorum saecularium ac dignitates ecclesiasticas in aliqua ecclesiarum Cantuariensis dioecesis ad ipsum archiepiscopum pleno jure spectantium, eamque de beneficiis ad ipsum archiepiscopum simili modo spectantibus, nec non de proventibus archiepiscopalibus dotandi, — ad quam institutionem ipse archiepiscopus ostenderat locum qui dicebatur Hakinton (= Hackington), ad id satis habilem, et manerium suum de Maidenstan (= Maidstone), cujus manerii situm Otto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolicae Sedis legatus, reputabat aptiorem, — significat se decernere non debere impediri quominus indulgentia petita, non obstantibus variis objectionibus ex parte prioris conventusque ecclesiae Cantuariensis oppositis, effectum suum obtineat. — (Reg. 19, f. 116 [110] v° ; ann. XIII, c. 70 ; — cf. *supra*, n. 4345 et 4757.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Olim, ad Apostolicam Sedem accedens, duxisti a nobis humiliter postulandum ut instituendi collegium canonicorum secularium ac dignitates ecclesiasticas in aliqua ecclesiarum tue diocesis qua malles, ad te pertinentium pleno jure, ac ipsam de beneficiis ad te simili modo spectantibus, nec non de proventibus archiepiscopalibus, juxta quantitatem sacris canonibus prefinitam dotandi, tibi licentiam largiremur. Procuratores autem Cantuariensis ecclesie, e contrario asserentes tuam non debere petitionem admitti, arbitrium quoddam per Sedem Apostolicam confirmatum, indulgentias et privilegia Romanorum Pontificum opponebant, se in Anglia habere munimenta alia proponentes. Propter quod, ne quid de contingen-

tibus videretur omitti, certum terminum peremptorium utrique parti, quo cum munimentis et rationibus suis coram nobis, subiture judicium vel apostolicam recepture providentiam, comparerent, prefiximus; dilecto filio nostro O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato, nostris dantes litteris in mandatis, ut interim locum quem ad premissa eligeres, inspiceret, quid et quantum et de quibus bonis in dotem dicto loco conferre, et quot canonicos instituere ibidem intenderes, et alias circumstantias plena circumspectione pensaret, nobisque rescriberet quicquid super premissis omnibus inveniret. Qui, mandatis nostris diligentius obsequens, ad nos suas remisit litteras, continentes quod tu sibi ostenderas locum qui dicitur Hakinton., ad id satis habilem, et manerium tuum de Maiedenstan, cujus situm ad hoc idem legatus reputat aptiorem. Insuper, asserens quod quadraginta prebendas, quarum quelibet quinquaginta marcas valeret, de ecclesiis ad te pleno jure spectantibus, in prefata ecclesia ordinare proponeres, nichilominus promisisti quod eidem ecclesie redditus du[or]um milium marcarum de predictis assignares ecclesiis, et ei de proventibus archiepiscopalibus portionem sacris prefixam canonibus exhiberes. Tuo igitur et .. prioris ac conventus Cantuariensis ecclesie procuratoribus ob hoc prefixo termino in nostra presentia constitutis, pro parte fuit allegatum adversa quod, cum tibi, prout in judicio ad quod dicti prior et conventus se petebant admitti, erant docere parati, collegium instituendi predictum jus nequaquam competeret, sed id in grande Cantuariensis ecclesie prejudicium redundaret, tibi ante institutum et finitum judicium postulatam indulgere licentiam, ne per hoc principale perimeretur negotium, minime debebamus, quia nec rem minorem in judicio deduci convenit, per quam questioni majoris rei prejudicari contingit; judex enim super libertate ex testamento petita audientiam denegat, donec de ipso testamento, cui ex hujusmodi prejudicatur petitione, cognoscat, et ei cui novum opus nuntiatum extitit, nuntiatore de suo jure docere parato, ne edificet, interdicitur, quamvis de destruendo opere, si necesse fuerit, cautio offeratur. Ceterum, cum olim a bone memorie .. Eliensi episcopo et ejus collegis, in quos bone memorie .. predecessor tuus et dicti prior et conventus compromiserant, arbitrium ut Cantuarien[ses] archiepiscopi, assensu ipsius conventus, aut majoris et sanioris partis, non habito, congregationem secularium clericorum nequaquam instituerent et de bonis Cantuariensis ecclesie non dotarent, latum et ab utraque parte acceptatum extiterit, et illud felicis recordationis Innocentius papa, predecessor noster[1], perpetuum silentium partibus et earum successoribus super questionibus in eo terminatis, imponens, de certa scientia confirmarit, ac dicti arbitri, Cantuariensibus archiepiscopis reservantes quod dumtaxat in ecclesia de Lame, si vellent, certum numerum regularium personarum instituere, eique possent certos redditus assignare, prohibentes expresse[2], ne aliqua congregatio secularium canonicorum ab ipsis fieret, per quos jura et dignitates Cantuariensis ecclesie minui, et in ea sancte valeret contemplationis otium perturbari, duxerint inhibendum : hujusmodi questio ex concessione resuscitari non debebat apostolica, cum fuerit sub longi temporis dispendio et expensis sollempni deliberatione sopita. Item, cum Cantuarienses archiepiscopi qui fuerunt pro tempore, tot de bonis ecclesie Cantuariensis piis locis contulerint, quod quantitatem prefixam canonibus jam excedant, ipsaque ecclesia tot debitorum, pensionum et aliis opprimatur oneribus, adeo etiam bonis propriis sit exhausta, quod vix jam ad sustentationem Domino servientium in eadem, hospitalitatem et alia sufficiat onera supportanda, tibi prefatum instituendi collegium et dotandi de predictis proventibus et beneficiis, quod sine grandi ipsorum non poterat prejudicio fieri, non debebat aliquatenus licentia indulgeri; quia, si singuli successores tui hoc ad consequentiam traherent, infra breve tempus ipsi ecclesie pauca vel modica remanerent. Ex predicta etiam assignatione beneficiorum atque proventuum, grave inferri asserebant Cantuariensi ecclesie detrimentum, a qua sine ipsorum assensu, seu majoris et sanioris partis, alienari et alteri ecclesie applicari non poterant. Et in hoc archiepiscopalem dignitatem non modicum ledi dicebant, quod, si eadem beneficia collegio predicto assignari contigerit, Cantuariensis archiepiscopus qui fuerit pro tempore, disponendi de ipsis beneficiis, dumtaxat illius ecclesie canonicis conferendis, facultatem liberam, more solito, non habebit. Ideoque, cum ipsorum interesset ut illesa sua servaretur ecclesia, eorum erat in hoc contradictio admittenda; nam[3], si hoc propositum pretendat honestatis ymaginem, quia tamen, collegio ipso in numero prebendarum et dignitatum successive crescente, et volente Cantuariensi conventui adequari,

1. Innocent III.

2. Il faut entendre : « et prohibentes expresse [ne] possent eidem ecclesie certos redditus assignare. »

3. On ne voit pas à quoi se rapporte « nam »; le rédacteur de la pièce paraît s'être embrouillé dans la série des incidentes de cette longue phrase.

ac, ex eo quod Cantuariensis archiepiscopus, exclusis monachis, sua negotia communicaret eisdem, jura sibi et honores usurpante ecclesie cathedralis, exinde gravis suboriri poterit periculi scandalum; pro quo vitando erat ab hujusmodi proposito, quod sine mortali potest intermitti peccato, cessandum; quia, etsi, pro vitando scandalo, nichil committi vel omitti in interitum salutis eterne convenit, illa tamen jure dimittimus, in quibus nullum anime periculum intercedit; illud insuper in sue intentionis adjutorium proponentes, quod, cum in jure ne quis episcopus absque sui consensu capituli parrochialem ecclesiam seu monasterium, et multo fortius ecclesiam secularem ditare, aut alia de bonis ecclesie sue in eam transferre valeat, doceatur inhibitum, nec non a felicis recordationis Alex[andro], Urbano et Innocentio, Romanis Pontificibus[1], dictis priori et conventui, ut nullus in fundo ecclesie Cantuariensis, preter archiepiscopi et eorum assensum, capellam vel oratorium de novo edificet, sit indultum : te ab hac petitione, per quam, archiepiscopalibus proventibus aliorum usibus applicatis, multo fortius quam ex capelle vel oratorii constructione Cantuariensis ecclesia lederetur, per nos arceri instantissime postulabant; et, affirmantes quod non deberemus in grave partis sue dispendium tuam supplicationem admittere, qui non consuevimus in alterius prejudicium cuiquam beneficium indulgere, ac immemores quod nunc actoris nunc rei intentionem perimit sententie gladius, se ad dubium judicii admitti certamen, tuamque repelli petitionem, frequenti principii repetitione rogabant. Ex adverso vero pro parte tua propositum extitit quod, pro eo quia non juri communi, sed soli gratie nostre, que nondum habebat effectum, inniteris, super hoc cum eis, quibus super hiis nondum actio nata erat, subire judicium minime tenebaris; nec verum erat in hoc ecclesie Cantuarien[si] prejudicium irrogari, quia, cum bona tua a bonis dictorum prioris et conventus sint omnino divisa, et ob hoc ipsorum bona deteriorari seu minui non contingat, nec non et Cantuarienses archiepiscopi, qui omnimodam dictorum proventuum et beneficiorum dispositionem obtinent, sint eandem, post ordinationem hujusmodi, potestatem quam preteritis obtinuerunt temporibus, in predictis ecclesiis habituri, eorum vel Cantuariensis ecclesie dignitas in nullo leditur, sed ipsius in eo potius honor et commodum procuratur, quod ecclesie que interdum personis conferebantur extraneis, et in usus cedebant absentium, ex hoc in meliorem statum assumpte, usibus ascribentur presentium, divinus ampliabitur cultus et numerus servitorum; ideoque id alienationem dici non convenit, ex quo retinetur preterita dignitas, et grandior ac novus honor accrescit. Arbitrium quoque predictum ex eo procurator tuus asserebat non debere parti alteri suffragari, quod compromissum ex quo vires capit arbitrium, nequaquam apparet ut[1] super ecclesia de Lamee, super qua tantum questio vertebatur, latum extiterit, [et quod] constructionem nove ecclesie non debet nec potest aliquatenus impedire, et arbitri in quos super questione tunc mota dumtaxat compromissum fuisse debet intelligi, super aliis non potuerunt arbitrari. Confirmationem etiam apostolicam eidem arbitrio, sicut provide latum esset, adjectam, et tui predecessoris assensum, nullius hujusmodi arbitrio adicere roboris firmamentum, procurator tuus vehementius asserebat, quia Romanus Pontifex sola ea que rite aguntur, approbare intelligitur; nec ex assensu ejusdem predecessoris tui tibi prejudicium irrogatur, quominus illa tibi revocare sit licitum, que in dignitatis tue vergere noveris detrimentum. Nec obstat quod super omnibus capitulis ab arbitris determinatis eisdem, dicto predecessori tuo et successoribus ejus I[nnocentius[2]], predecessor noster, perpetuum dicitur imposuisse silentium, cum de compromisso non constet a quo sumit determinatio firmamentum. Preterea, in hoc ipsorum contradictio tibi non debet officere, nec eorum scandalum sibi aliqua potest ratione prodesse, cum pietatis concepte propositum ex apostolica intendas gratia prosequi, et ipsorum, quibus, omnia jura sua retinentibus in statu preterito, in nullo prejudicatur omnino, scandalum a radice invidie videatur oriri. Quod autem per privilegia Romanorum Pontificum inhibetur ne in diocesi Cantuariensi sine consensu dictorum archiepiscopi et conventus, ecclesia vel oratorium construatur, non videtur obstare, cum hoc facultas faciendi per oraculum apostolicum indulgetur. Quare a parte tua a nobis humiliter petebatur ut, cum principem in beneficiis crescere, non concessa deceat beneficia revocare, concessas tibi super petita indulgentia litteras, que longa dictorum prioris et conventus fuerant contradictione suspense, expediri paterna providentia mandaremus. Nos igitur, hiis et aliis que partes voluerunt coram nobis proponere, diligentius intellectis, de fratrum nostrorum consilio decernimus eandem indulgentiam non debere quominus suum effectum obtineat, impediri. Nulli ergo nostre diffinitionis etc.

1. Probablement Alexandre III, Urbain III et Innocent III.

1. *Ms.* : et.
2. Innocent III.

Si quis autem etc. Dat. Laterani, VIII idus junii, anno tertiodecimo. »

4873 Latran, 4 mai 1239.

Abbati et conventui de Marmossolo, Cisterciensis ordinis, Velletrensis dioecesis, significat se confirmare concessionem ab ipsis factam, Ostiensis episcopi accedente consensu, de quibusdam possessionibus positis in via plagaria, in territorio Nimphano, archipresbyteris et clericis ecclesiarum Sancti Salvatoris et Sancti Petri de Nimpha, ejusdem dioecesis, pro decimis ab ipsis abbate et conventu de Marmossolo eisdem Nimphanis subtractis vel solvendis in posterum de quibusdam possessionibus ipsorum abbatis et conventus post generale concilium acquisitis. — (Reg. 19, f. 117 [111] v°; ann. XIII, c. 71.)

« .. *abbati et conventui de Marmossolo, Cisterciensis ordinis, Velletrensis diocesis.* Ea que judicio —. Dat. Laterani, IIII nonas maii, anno tertiodecimo. »

4874 Latran, 8 juin 1239.

Willelmo de Sabaudia, Leodiensi electo, sinceram ejus et ejus familiae[1] devotionem erga ipsum papam et Romanam Ecclesiam attendens, concedit ut redditus suos ecclesiasticos, quos cum ad Leodiensem ecclesiam assumptus fuit, habuerit, valeat retinere. — (Reg. 19, f. 118 [112] r°; ann. XIII, c. 72; — J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma* ...., p. 198, n° 10.)

« *W[illelmo de Sabaudia], Leodiensi electo.* Hiis Apostolice Sedis —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno tertiodecimo. »

4875 Latran, 9 juin 1239.

Episcopum Ambianensem rogat quatenus magistro Riccardo [de Furnivalle], canonico Ambianensi, capellano Roberti [de Somercotes], Sancti Eustachii diaconi cardinalis, et ipsius episcopi fratri, quo facilius cultui sacrae paginae se dicare possit, in uno de melioribus personatibus Ambianensis ecclesiae, non obstante quod jam canonicus erat Rothomagensis, provideat. — (Reg. 19, f. 118 [112] r°; ann. XIII, c. 73; — Moreau 1192, f. 347.)

« .. *episcopo Ambianensi.* In tuis haberi —. De dilecto siquidem filio magistro Ricc[ardo], canonico Ambianensi, capellano dilecti filii nostri R[oberti], Sancti Eustachii diaconi cardinalis, tibi, sue probitatis obtinenti notitiam, non expedit exponi litteris qualiter a longis temporibus, cultui desudando scientie, se gratiosum studuerit exhibere. Cum igitur, et propter hoc et quia idem tuus frater existit, tibi acceptum esse debeat ut ipsum specialis dono gratie prosequaris, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus eidem, ut asserit, thesaurum sacre pagine sibi adicere cupienti, quem eo facilius adepturus creditur, quo plene in aliis profecisse videtur, non obstante quod ipse canonicus Rothomagensis existit, in uno de melioribus personatibus Ambianensis ecclesie, si vacat ad presens, vel quam cito se facultas [obtulerit], pro nostra et Apostolice Sedis reverentia providere procures —; alioquin dilectis filiis .. archidiacono et .. preposito Atrebatensibus nostris damus litteris in mandatis ut ipsi super hoc mandatum apostolicum exequantur. Contradictores etc. Nos enim nichilominus irritum et inane decernimus, si quid de hujusmodi personatu preter mandatum nostrum fuerit attemptatum. Dat. Laterani, V idus junii, anno tertiodecimo. »

4876 Latran, 11 juin 1239.

Magistros et fratres domus Sanctae Mariae Theutonicorum reprehendit quod adversario Ecclesiae favorem impendant, eisque mandat quatenus ab his se cohibeant; alioquin noverint se et ipsorum domum privilegiis et indulgentiis concessis privandos esse. — (Reg. 19, f. 118 [112] r°; ann. XIII, c. 74; — Moreau 1192, f. 354; — Rodenberg 749.)

« *Universis magistris et fratribus domus Sancte Marie Teutonicorum.* Non injuste miramur —. Dat. Laterani, III idus junii, anno tertiodecimo. »

4877 Latran, 10 mai 1239.

Archidiacono Rothomagensi mandat quatenus Johannem, comitem Britanniae, per censuram ecclesiasticam compellat ut quosdam nobiles comitatus Britanniae, — qui, multos excessus contra episcopum et ecclesiam Macloviensés committentes, inter cetera facinora, villam Sancti Maclovii de Bedano (= Saint-Malo-de-Beignon), ad eundem episcopum spectantem, invaserant, — cogat ut eisdem episcopo et ecclesiae ablata restituant et de irrogatis damnis et injuriis satisfaciant. — (Reg. 19, f. 118 [112] r°; ann. XIII, c. 75; — Moreau 1192, f. 327.)

« .. *archidiacono Rothomagensi.* Haberi debet dilectus

1. Le texte porte : « Sinceram... tuam et tuorum devotionem... »

filius nobilis vir J[ohannes], comes Britannie, eorum impatiens et ultor sollicitus, que offensam Deo pariunt, sibi fame dispendium et ministris Domini detrimentum. Sane, venerabili fratre nostro .. Macloviensi episcopo accepimus conquerente, quod Paganus et Herveus de Loehac, Egidius, senescallus loci ejusdem, Th. de Anast., Willelmus, primogenitus ejus, milites, G. de Guignen et quidam complices eorumdem, sub ejusdem comitis dominio constituti, quorum aliqui crucis signaculum receperunt, Macloviensis et Redonensis diocesum, villam Sancti Maclovii de Bedano, ad eundem episcopum pleno jure spectantem, hostiliter invadentes, exinde suis balivis ejectis, et ab omnibus suis loci ejusdem juramento fidelitatis extorto, domum suam bonis inventis ibidem nequiter spoliarunt; et tandem, quasi tantum excessum pro modico reputarent, irruentes in ecclesias in quibus idem episcopus et alii plures sua bona posuerant, non solum ipsa diripere, sed, in presbiteros ecclesiarum ipsarum manus temerarias extendentes, ipsos ad redemptionem sui compellere et quasi sub tributo ponere presumpserunt, decimas ad eundem episcopum pertinentes per violentiam rapientes. Quorum exemplo Guillelmus de Capsa, Macloviensis diocesis, ad opera perditionis accensus, favente sibi domino suo nobili viro J[ohanne], domino Montis Fortis, subjecto eidem comiti, ejusdem episcopi occupare decimas non expavit; quodam ex complicibus ipsis ad tantam insaniam prorumpente, quod, cathedram pontificalem ascendens, et derisorie se confingens episcopum, ac lapsum carnis nichil esse predicans, denuntiavit peccatum committentes hujusmodi absolutos. Quare predictus episcopus, monitione premissa, in personas excommunicationis et in terras eorum interdicti sententias, auctoritate ordinaria, exigente justitia, promulgavit; quas ipsi per annum et amplius contempnentes, nedum quod ab hujusmodi perversitate destiterint, immo in ecclesia interdicto supposita per excommunicatum presbiterum divina faciunt temere celebrari. Et quanquam idem episcopus ad predictum comitem, sub cujus ipsi jurisdictione consistunt, et per quem a tantis excessibus cohiberi poterant, duxerit recurrendum, nullum tamen apud eum super hiis per suarum precum instantiam potuit auxilium consequi vel favorem. Quid ad ista? nonne, cum idem comes sit vir catholicus et devotionis debitor Conditori omnium constitutus, turbari debet quod libertas ecclesiastica sic a subditis sibi deprimitur et Christo in membris ejus tanta contumelia irrogatur? Sepedictum itaque comitem per litteras nostras rogamus et obsecramus in Domino ut, prudenter advertens quod ecclesiarum prelatis non irrogatur injuria, quin inferatur et nobis, curam, disponente Domino, gerentibus Ecclesie generalis, predictos sacrilegos ut ab ipsius episcopi et suorum molestatione desistant, et eis taliter ablata restituant, ac de irrogatis dampnis et injuriis satisfactionem exhibeant congruentem, pro divina et nostra reverentia, tradita sibi coerceat potestate —. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus, cum dicto episcopo nulla super hiis pateat via consilii, nisi quod idem comes sepedictis corrigendis excessibus diligentia invigilet efficaci, inquisita super premissis, de plano et sine strepitu judicii, veritate, si reppereris quod tam enormia presumantur, eodem comite illa, cum possit, corrigere non curante, ut ad restitutionem hujusmodi sublatorum et alia jamdicta cogat eosdem sacrilegos, ipsum, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellas. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, sive quod dicto comiti est a nobis indultum, ne quis excommunicationis in personam et in terram suam interdicti sententias promulgare presumat absque mandato Sedis Apostolice speciali, et quod extra suam diocesim, aut nisi coram certis judicibus, non possit per litteras apostolicas conveniri. Dat. Laterani, VI idus maii, anno tertiodecimo. »

4878 Latran, 27 avril 1239.

Decano et magistro scholarum Cenomanensibus mandat quatenus Petrum, olim comitem Britanniae, et Johannem, ejus in Britanniae comitatu successorem, inducant ut quamdam provisionem quae a Sede Apostolica emanaverat in gravi causa inter fere omnes Britanniae episcopos, ex una parte, et praedictum Petrum, ex altera, exorta, — quam provisionem praedictus Johannes exspirasse reputabat, — observent; eis insuper significat se velle praedictam provisionem ad episcopum Nannetensem extendi. — (Reg. 19, f. 118 [112] v° ; ann. XIII, c. 76 ; — Moreau 1192, f. 321 ; cf. *ibid.*, f. 325, ex Raynaldo, *non integra* ; — Potthast 10736 ; — cf. *supra*, n. 3387, 3988 et 4047.)

« .. *decano et* [..] *magistro scolarum Cenoman*[*ensibus*]. Olim inter venerabiles fratres nostros .. Redonensem, .. Macloviensem, .. Briocensem, .. Dolensem, .. Venetensem, .. Trecorensem et .. Leonensem episcopos, ex parte una, et dilectum filium nobilem virum P[etrum], tunc Britannie comitem, crucesignatum, ex altera, super diversis articulis exorta gravi materia questionis, multe super ipsa fuerunt a nobis impetrate littere, continentes qualiter in partibus illis per eundem comitem

libertas ecclesiastica enormitate multiplici ledebatur; et tamen super vitandis et compellendis excommunicatis, ac de ipsis ad agendum, testificandum et alios actus legitimos nullatenus admittendis, quamdiu in excommunicatione perdurant, et libertatibus Ecclesie conservandis ab ipso comite, tam super tertia judicii defunctorum quam decimis et legatis tam de terris gentilibus quam servilibus faciendis, secundum terre consuetudinem approbatam, et ecclesiasticarum defensionibus personarum, nec non super usuris, violatione fidei et aliis causis in foro tantum ecclesiastico agitandis, et servanda consuetudine qua in quibusdam locis comitatus ipsius excommunicati cogendi sunt Ecclesie parere mandatis, a nobis certa provisio emanavit; quam nobilis vir J[ohannes], comes Britannie, qui de novo comitatum hujusmodi est adeptus, quia in ea de successoribus mentio non habetur, expirasse reputat et renuit observare. Quare nobis ex parte ipsorum fuit humiliter supplicatum ut eisdem super hiis curaremus de benignitate Sedis Apostolice providere. Cum igitur intentionis nostre fuerit quod hujusmodi provisio robur firmitatis perpetue obtineret, ac justum sit ut eandem, provide factam et a partibus sponte receptam, prefatus P[etrus] ac idem comes observent, cum in onere successerit et honore, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus ipsos ad illius observantiam, quoad predictos articulos universos et singulos, efficaciter inducatis, eos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo. Ceterum, cum venerabilis frater noster .. episcopus Nannetensis, sicut idem proposuit coram nobis, in premissis articulis ab eisdem comitibus pregravetur, et propter hoc sibi dicta provisio, canonicam continens equitatem quam pro libertate ecclesiarum Britannie fecimus, sicut et predictis prelatis digne debeat suffragari, ipsam ad eundem episcopum extendi volumus et mandamus. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, sive si a nobis eisdem nobilibus sit indultum ne quis excommunicationis in personas et in terras eorum interdicti [etc., ut supra, in precedentibus litteris, sub numero 4877 notatis, usque :] non possint per litteras apostolicas conveniri. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, V kalendas maii, anno tertiodecimo. »

4879 Latran, 27 avril 1239.

Eisdem mandat quatenus quaedam statuta a Johanne, comite Britanniae, contra libertatem ecclesiasticam edita, praecipue de tertia parte bonorum decedentium parochiali presbytero non amplius eroganda, irrita nuntient, et eundem comitem compellant ut excommunicatos ad actus legitimos non admittat. — (REG. 19, f. 119 [113] r°; ann. XIII, c. 77; — MOREAU 1192, f. 323.)

« *Eisdem.* Venerabiles fratres nostri .. Nannetensis et .. Macloviensis episcopi, pro se ac aliis episcopis Britannie, .. Corisopitensi excepto, proposuerunt humiliter coram nobis quod, cum in Nannetensi et Macloviensi ac aliis diocesibus Britannie de tertia parte bonorum mobilium decedentis tertia pars parrochiali presbitero per executores testamenti consueverit erogari, et, si forte decedens non habeat liberos vel uxorem, de omnibus bonis suis mobilibus pro ejus anima erogandis idem presbiter partem tertiam consequatur: nobilis vir Johannes, comes Britannie, qui de novo comitatum hujusmodi est adeptus, novis, ut dicitur, super hiis statutis editis ab ipso contra ecclesiasticam libertatem, et quidam ejus barones banniri fecerunt, quod nullus parrochialis sacerdos aliquid de bonis defuncti percipiat, nisi tantummodo quod sibi legatum fuerit ab eodem, et, si ultra petierit, tredecim denarii et duodecim pro benedictione nubentium sibi dentur. Preterea dictus comes excommunicatos, quos de jure quilibet evitare tenetur, in judiciis curie sue ab agendo, testificando et aliis legitimis actibus non excludit; propter quod in partibus illis et Ecclesie vilescit auctoritas et eisdem major datur audacia delinquendi. Cum itaque nulla disponendi de rebus ecclesiasticis sit laicis attributa potestas, nec deceat dictum comitem delinquentium malitiis prestare favorem, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita super hiis de plano et sine strepitu judicii veritate, si constiterit ita esse, statuta hujusmodi irrita nuntietis, ac prefatos comitem et barones ut dicta banna debanniri faciant, nec non quod idem comes excommunicatos ad aliquos actus legitimos non admittat —, compellatis. Non obstante constitutione [etc., ut supra, in litteris sub numero 4877 notatis, usque :] generali, sive quod a nobis eidem est indultum, ut dicitur, ne quis [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] conveniri. Quod si non ambo etc. Dat. ut supra. »

4880 Latran, 11 juin 1239.

Stephano et Henrico, archidiaconis Carnotensibus, et magistro Barth[olomaeo] de Montiaco, canonico Carnotensi, mandat quatenus sententias excommunicationis et interdicti ab archiepiscopo Remensi in cives Remenses rebelles pro-

mulgatas, faciant, non obstante frustratoria appellatione ad Apostolicam Sedem a praedictis civibus interjecta, per Remensem et vicinas dioeceses publicari ; quod si nec sic praedicti cives ad mandatum ejusdem archiepiscopi redierint, faciant eorum redditus, debita et alia bona, quamdiu in excommunicatione perstiterint, detineri. — (Reg. 19, f. 119 [113] v°; ann. XIII, c. 78; — Moreau 1192, f. 350; *ibid.*, f. 349, *non integra*, ex Raynaldo; — Potthast 10762, *omisso initio*; — cf. *supra*, n. 2604, 2811, 2907, 2949, 2958 et 3540.)

« *Stephano et Henrico, archidiaconis, et magistro Barth[olomeo] de Montiaco, canonico Carnoten[sibus]*. Humane salutis emulo, ut creditur, instigante, sicut ex querela venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Remensis nobis innotuit, cives Remenses, qui deberent esse ipsius archiepiscopi filii et fideles, cum non solum pater eorum spiritualis existat, sed etiam civitatis Remensis dominus temporalis, non contenti gravibus et atrocibus injuriis atque dampnis que olim sibi et Remensi ecclesie temere irrogarunt, pro quibus idem tulit in eos excommunicationis sententiam, que de mandato nostro fuit per vicinas civitates et alia loca sollempniter publicata, licet postmodum, satisfacto sibi utcumque et beneficio absolutionis obtento, ad mandatum ejus redierint non ex corde, cum aliquandiu visi fuerint a sua perfidia cessavisse : demum, virus quod gerebant in corde apertius effundentes, contra balivos, servientes et homines ejus insurgere, eosque cum armis et clamoribus insequi, et occupare bona ipsorum, ac etiam, clausis portis civitatis, ne possent exire, quosdam eorum vulnerare letaliter presumpserunt. Ad hec, civitatis Remensis dominium ei subtrahere molientes, certas ibidem posuerunt personas, que causas audiant et determinent ad temporalem jurisdictionem ipsius archiepiscopi pertinentes; et cum porte civitatis Remensis sui dominii et jurisdictionis existant, ipsi per quosdam armatos eas claudi fecerunt ac etiam custodiri, tam clericis quam aliis libero exitu denegato, et ab hujusmodi custodia et clausura portarum, moniti et requisiti ex parte sua, desistere noluerunt; nec hiis contenti, quasi non sufficerent ad offensam, barbacanas et licias et currum, pro ducendo quodam ponte ligneo ad impugnationem cujusdam domus sue, que Porta Martis dicitur, et alia edificia lignea que domum superabant eandem, facere attemptarunt, balistis, quatrellis et aliis armorum generibus ad ipsius archiepiscopi dispendium et injuriam preparatis, et congregatis in eadem civitate octoginta balistariis, quorum vexilla in foro Remensi erexerunt publice ad fenestras. Ceterum, cum ipse quosdam suos subditos, culpis eorum exigentibus, per preconem suum publice banniri fecisset, dicti cives bannitos ipsos in civitate Remensi receptare ac eis prestare morandi licentiam minime formidarunt, in ipsius gravem injuriam et contemptum; et, ut nequitiam nequitie cumularent, tam in caminis quam aliis viis archiepiscopi supradicti spoliarunt ausu diabolico transeuntes; et in ipsius injuriam, per civitatem Remensem, contra fideles et servientes ejusdem *à la hart! à la hart!* quod dici consuevit latronibus, cum ad suspendium pertrahuntur, publice proclamarunt; et, positis circa domum supradictam custodibus, tam diurno tempore quam nocturno, plures ex servientibus suis verbis et verberibus affecerunt, ad ipsam domum sibi et suis accessu libero impedito. Preterea, contra fidelitatis juramentum ab ipsis prestitum, de honore, vita, membris et juribus ejusdem archiepiscopi et balivorum suorum servandis illesis, temere venientes, de non obediendo sibi et balivis ejus et minuendis suis juribus conspiratione facta, sese ad invicem fidei vinculo vel potius perjurio colligarunt. Super quibus omnibus cum idem archiepiscopus eos moneri fecisset, ut que manifeste contra eum et ecclesiam suam presumpserant, infra certum terminum emendarent, et purgarent se de dubiis super quibus erat vehemens presumptio contra ipsos, iidem id efficere non curarunt, ad sue perversitatis subsidium in vocem appellationis frustratorie prorumpendo. Cui dictus archiepiscopus non deferens, prout non erat etiam deferendum, in omnes illos malefactores qui in ipsius archiepiscopi banno morantur, excommunicationis, et in eorum uxores et familias, ac ceteros cives Remenses in banno capituli constitutos, interdicti sententias, auctoritate ordinaria, exigente justitia, promulgavit, universas ecclesias civitatis predicte supponens ecclesiastico interdicto. Ne igitur presumptores hujusmodi de sua malitia glorientur, si debite correctionis non senserint disciplinam, et exinde detur eis major audacia delinquendi, cupientes ut ipsi retrahantur a noxiis et memoratus archiepiscopus debitam satisfactionem habeat de premissis, mandamus quatenus, si est ita, appellatione non obstante predicta, cum appellationis remedium non in favorem malignantium, sed in oppressorum subsidium sit inventum, premissas sententias rationabiliter promulgatas singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, sollempniter publicetis et faciatis per Remensem et vicinas dioeceses, ac alia loca in quibus expedire videritis, publicari. Quod si nec sic dicti cives ad mandatum ipsius archiepiscopi curaverint prona mente redire, faciatis redditus ac debita et alia bona ipsorum in nundinis et ubicumque reperta fuerint, quamdiu in

excommunicatione persistiterint, ut ipsis intellectum vexatio tribuat[1], detineri; juramento seu interpositione fidei, si qua forte debitores pro debitis solvendis teneantur, aliquatenus non obstante; invocantes ad eorum pertinaciam reprimendam, si opus fuerit, auxilium brachii secularis. Contradictores —. Quod si non omnes —. Constitutione de duabus dietis etc., non obstante, dummodo ultra tertiam vel quartam pars altera ultra suam diocesim ad judicium non trahatur. Dat. Laterani, III idus junii, anno tertiodecimo. »

4881 Latran, 17 juin 1239.

Glasguensi, Moraviensi et Cathanensi episcopis mandat quatenus, si electionem abbatis de Aberbredoc (= Arbroath), dioecesis Sancti Andreae, in episcopum Aberdonensem canonice celebratam invenerint, eam confirment et electo munus consecrationis impendant. — (Reg. 19, f. 120 [111] r°; ann. XIII, c. 79; — Potthast 10765.)

« .. *Glasguensi*, .. *Moraviensi et* .. *Cath*[*an*]*ensi episcopis*. Dilecti filii Stephanus —. Dat. Laterani, XV kalendas julii, anno tertiodecimo. »

4882 Latran, 19 mai 1239.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, late scribit de quaestione mota super ecclesia de Heyneforth (= Eynesford), quam abbas de Boxleya magistro Roberto de Gloucestria auctoritate apostolica contulerat, et de qua archiepiscopus Cantuariensis magistrum Willelmum de Carneya investiverat; ei significat Thomam, Sanctae Sabinae presbyterum cardinalem, processum praedicti archiepiscopi irritavisse, eique mandat quatenus, memorato Willelmo, si fuerit de eadem ecclesia post collationem praedicto Roberto factam investitus, ab ea amoto, ipsam eidem Roberto conferat; quod si aliquis jus habuerit in eadem ecclesia antequam praedictus abbas de Boxleya processerit, eidem Roberto in beneficio ad minus aequivalenti provideat. — (Reg. 19, f. 120 [111] r°; ann. XIII, c. 80; — cf. *supra*, n° 3419.)

« O[*ttoni*], *Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato*. In recti statera —. Sane dilectis filiis magistris Roberto de Gloucestria, et Berardo, venerabilis fratris nostri .. Cantuariensis archiepiscopi, ac Reginaldo, magistri Willelmi de Carneya, Roffensis diocesis, procuratoribus, apud Sedem Apostolicam constitutis dilectum filium nostrum Th[omam, tituli] Sancte Sabine presbiterum cardinalem, dedimus auditorem. Porro dictus magister R[obertus] in ejusdem presentia proposuit auditoris quod, cum ecclesia de Heyneforth fuerit ei per .. abbatem de Boxleya Sedis Apostolice auctoritate collata, et in ea fuisset canonice institutus, memoratus archiepiscopus eandem prescripto W[illelmo] contra justitiam contulit et de ipsa investivit eundem, in ipsius prejudicium et gravamen. Unde petebat processum hujusmodi, quatenus[1] sic investitum et investientem contingere poterat, revocari, et[2] ad restitutionem tam ecclesie supradicte quam fructuum perceptorum ex ipsa, nec non dampnorum satisfactionem legitimam condempnari; super hiis autem procuratores oppositi litem contestati sunt per responsionem legitimam coram eo. Deinde, productis testibus et attestationibus publicatis, procurator predicti W[illelmi], reverti volens ad propria, prenominatum B[erardum] constituit ad cause residuum et specialiter ad sententiam audiendam. Demum vero, post allegationes multiplices, post discussionem non modicam, dictus auditor que fuerunt hinc inde proposita coram [eo], nobis et fratribus nostris fideliter recitavit. Nos igitur, rationibus partium diligenter auditis et plenius intellectis ac diligenti examinatione discussis, nostre deliberationis examen prolationi cardinalis prefati duximus committendum. Qui, de speciali mandato nostro et fratrum nostrorum consilio, processum archiepiscopi supradictum, et quod ex eo secutum est vel ob ipsum, sententialiter irritavit, utpote post collationem per delegatum Apostolice Sedis factam sepedicto magistro R[oberto] et non irritatam de jure, cum per ordinarium, qui super hoc minor erat procul dubio delegato, irritari nequiverit, attemptatum; verum, cum abbas predictus minus caute processerit, et ejus collatio inveniatur justitie viribus destituta, super restitutione fructuum et expensarum ac satisfactione dampnorum ab impetitione ipsius magistri R[oberti], urgente justitie debito, partem absolvit adversam. Ceterum, cum pro ipso magistro, sicut a pluribus fide dignis asseritur, meritum vite peroret, litterature suffragium interpellet —, mandamus quatenus, memorato Willelmo, si possidet, vel quolibet alio detentore post suprascripti collationem abbatis, ab ecclesia nominata remoto, ipsam cum suis pertinentiis

1. Cf. Isa. XXVIII, 19.

1. *Sic*, en toutes lettres. — Il a été remarqué plus haut (t. II, col. 1207, note 2) que la forme *quatinus* se rencontre dans les pièces 2294, 4222 et 4709.

2. Il faut suppléer ici un mot tel que : « detentorem. »

auctoritate nostra sepefato magistro Roberto, sublato more dispendio, conferas, eumque facias[1] pacifica possessione gaudere, nullis[2] litteris vel aliqua indulgentia quoad ecclesiam memoratam obstantibus a Sede Apostolica impetratis. Quod si forsan aliquis alius antequam abbas processerit, jus habuisse probetur in illa, ne jamdictum magistrum, attritum laboribus et attenuatum expensis, in morum injuriam et contemptum scientie ulterius iteratio itineris atterat et improbitas opprimat paupertatis, presentium tibi auctoritate precipimus ut ad minus in equivalenti beneficio, appellatione cessante, providere procures eidem. Contradictores etc. Testes etc. Illud[3] autem firmiter inhibemus, quod de sepedicta ecclesia, lite pendente, nichil penitus innovetur, decernentes irritum et inane, si quid contra mandati nostri tenorem fuerit attemptatum. Dat. Laterani, XIIII kalendas junii, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

4883 Latran, 1 juin 1239.

Magistro Roberto de Gloucestria clerico, Wigorniensis dioecesis, de eadem re scribens, significat se sententiam a Thoma, Sanctae Sabinae presbytero cardinali, pro ipso Roberto contra magistrum Berardum, Cantuariensis archiepiscopi, et Reginaldum, magistri Willelmi de Cerneya procuratores, in quaestione collationis ecclesiae praedictae de Heyneforth (= Eynesford) promulgatam, confirmare; inserto sub sua bulla ejusdem sententiae tenore. — (Reg. 19, f. 120 [114] v°; ann. XIII, c. 81.)

« *Magistro Roberto de Gloucestria clerico, Wigorniensis diocesis.* Justis petentium etc., usque : assensu. Sententiam quam dilectus filius noster T[homas], tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, quem tibi, et dilectis filiis magistro Berardo, venerabilis fratris nostri .. Cantuariensis archiepiscopi, ac Reginaldo, magistri Willelmi de Cerneya procuratoribus, dedimus auditorem, pro te contra eosdem procuratores super ecclesia de Heyneforth, cognitis cause meritis, promulgavit, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Cujus tenor talis est :

1. Il faut suppléer ici : « ejusdem ecclesie », ou une expression équivalente.

2. Le membre de phrase : « nullis litteris... impetratis », a été ajouté dans la marge de fond.

3. La phrase : « Illud autem... attemptatum », a été ajoutée dans la marge de fond.

[4884] Rome, 9 mai 1239.

[Sententia vero praedicti Thomae cardinalis haec est[1] :]

« Omnibus presentes litteras inspecturis, Thom[as], » miseratione divina tituli Sancte Sabine presbiter » cardinalis, in salutis auctore salutem. Ad notitiam » vestram presentium tenore perferimus nos tulisse » sententiam infrascriptam :

« In nomine Patris, et Filii et Spiritus Sancti. Amen. » In recti statera —. Sane magistro Roberto de Gloucestria, et magistro Berardo, venerabilis patris .. » Cantuariensis archiepiscopi, ac Reginaldo, magistri » Willelmi de Cerneia procuratoribus, apud Sedem » Apostolicam constitutis dedit nos sanctissimus pater » et dominus papa Gregorius auditorem. Porro jamdictus magister R[obertus] in presentia nostra proposuit etc., usque : condempnari : super hiis autem » procuratores oppositi per responsionem idoneam » litem contestati sunt coram nobis. Deinde, productis » testibus etc., usque : post discussionem non modicam, nos domino pape ac fratribus suis fideliter et » studiose retulimus que fuerunt hinc inde proposita » coram nobis; qui, auditis rationibus partium et diligenti examinatione discussis, sue deliberationis examen prolationi nostre, quasi organo sue vocis in » hac parte, commisit. Nos igitur, de ipsius speciali » mandato et fratrum suorum consilio, processum archiepiscopi supradictum, et quod ex eo secutum est » vel ob ipsum, sententialiter irritamus, utpote etc., » usque : absolvimus partem adversam. »

« Ad hoc, ut rei geste memoriam scripture cautela » conservet et fides scripto non desit, sententiam fecimus presenti pagine annotari et sigilli nostri impressione muniri. Actum Rome, VII idus maii, pontificatus domini Gregorii pape noni anno tertiodecimo. »

« Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis autem etc. Dat. Laterani, II nonas junii, anno tertiodecimo. »

4885 [Latran, 1 juin 1239?]

Abbatissae et conventui monialium inclusarum monasterii Sancti Angeli Aesculani, ordinis sancti Damiani, concedit ut a quocumque conveniri per apostolicas litteras nequeant, quae de ipsarum ordine expressam mentionem non fecerint.

1. Reg. 19, f. 120 [114] v°.

— (Reg. 19, f. 121 [115] r°; ann. XIII, c. 82; — Potthast 10751[1].)

« .. *abbatisse et conventui monialium inclusarum monasterii Sancti Angeli Esculani, ordinis sancti Damiani.* Celestia querentibus terrenis —. »

4886 Latran, 12 mai 1239.

G., cantori ecclesiae Beati Martini Turonensis, — cui, propter cantoriam suam, cujus redditus trium marcarum valentiam non excedebant, officii sacerdotalis et alia plura onera incumbebant, licet eadem cantoria curam non haberet animarum, — indulget ut prioratum saecularis ecclesiae Sancti Aniani, Bituricensis dioecesis, cui cura erat annexa, — quem prioratum se proponebat esse canonice assecutum, — una cum cantoria praedicta valeat retinere, ita tamen quod in eodem prioratu faciat per idoneum vicarium deserviri. — (Reg. 19, f. 121 [115] r°; ann. XIII, c. 83.)

« *G., cantori ecclesie Beati Martini Turonensis.* Cum, sicut te —. Dat. Laterani, IIII idus maii, anno tertiodecimo. »

4887 Latran, 12 juin 1239.

F. Alfonsi, archidiacono Ovetensi, quem litterarum scientia dignum gratia reddebat, indulget ut ecclesiam Sancti Petri de Teberga (= Teverga), dioecesis Ovetensis, quam ex concessione Ovetensis episcopi, prout ad ipsum episcopum spectabat, se proponebat esse adeptum, una cum archidiaconatu Ovetensi retinere valeat, ita tamen quod in eadem ecclesia faciat per vicarium idoneum deserviri. — (Reg. 19, f. 121 [115] r°; ann. XIII, c. 84.)

« *F. Alfonsi, archidiacono Ovetensi.* Tue probitatis merita —. Dat. Laterani, II idus junii, anno tertiodecimo. »

4888 Latran, 27 juin 1239.

Romano et Petro, magistri Amati fratribus, fidelibus suis, civibus Romanis, significat se confirmare concessionem eis ab abbate monasterii Sancti Pauli de Urbe, quibusdam condicionibus adjectis, factam de medietate tenimenti quod vulgariter Floranum nuncupabatur, pro mille libris denariorum senatus. — (Reg. 19, f. 121 [115] r°; ann. XIII, c. 85.)

« *Romano et Petro, magistri Amati fratribus, fidelibus nostris, civibus Romanis.* Justis petentium etc., usque: complere. A nobis siquidem vestra devotio postulavit ut, cum dilectus filius .. abbas monasterii Sancti Pauli de Urbe, pro necessitate urgenti et evidenti utilitate ipsius monasterii, de nostra licentia speciali, fratribus nostris presentibus sibi data, medietatem tenimenti quod Floranum vulgariter nuncupatur, vobis, filiis et nepotibus vestris, pro mille libris denariorum senatus duxerit concedendam, tali conditione adjecta, ut usque ad annum a die concessionis ejusdem, nichil a monasterio memorato percipere debeatis, et, si prefatus abbas infra annum eundem redderet vobis ipsas[1], nullam habeat dicta concessio firmitatem, alioquin ipsa extunc in suo robore perseveret, sicut in instrumentis publicis inde confectis noscitur contineri: quod super hoc ab eodem abbate factum extitit, apostolico curaremus munimine roborari —. Dat. Laterani, V kalendas julii, anno tertiodecimo. »

4889 Latran, 19 juin 1239.

Magistro Guidoni, archidiacono Bituricensi, significat se cum eo dispensare ut cum archidiaconatu suo, — cujus redditus, exceptis procurationibus ratione visitationis ipsi archidiacono debitis, centum solidorum Turonensis monetae valentiam annuatim non excedebant, — adhuc unicum beneficium curam habens animarum annexam recipere et retinere valeat. — (Reg. 19, f. 121 [115] r°; ann. XIII, c. 86.)

« *Magistro Guidoni, archidiacono Bituricensi.* Ad gratiam tibi —. Dat. Laterani, XIII kalendas julii, anno tertiodecimo. »

4890 Latran, 10 juin 1239.

Praeposito et capitulo ecclesiae Magalonensis, ordinis sancti Augustini, — quibus « prior et conventus Sancte » Marie Vallis Crose, ordinis sancti Augustini, Magalonensis » diocesis, attendentes quod, bonis [suis] pro magna parte » distractis, adeo erant gravati eris onere alieni, quod nec » regulam quam professi fuerant, observare, nec satisfacere » creditoribus neque sibi poterant in vite necessariis subve- » nire », se ipsos ac sua bona submiserant, accedente consensu Magalonensis episcopi, cui iidem prior et conventus

1. Sans indication de lieu, et avec la date *II nonas junii* (= 4 juin), *pontificatus nostri anno XIII*, d'après Wadding, *Annales Minorum*, III, 409-410, n° 19, et Sbaralea, *Bullarium Francisc.*, I, 268, n° 293. — Aucune date de lieu ni de jour dans le *Registre*.

1. Il faut entendre : « ipsas mille libras denariorum senatus. »

nullo medio subjacebant, — significat se quod a praedictis priore et conventu super hoc factum fuerat, confirmare. — (Reg. 19, f. 121 [115] r°; ann. XIII, c. 87.)

« .. *preposito et capitulo ecclesie Magalonensis, ordinis sancti Augustini.* Cum a nobis —. Dat. Laterani, IIII idus junii, anno tertiodecimo. »

4891 Latran, 21 juin 1239.

Abbatibus de Chesiaco et Vallis Secretae, Suessionensis dioecesis, mandat quatenus quosdam clericos terrae regis Navarrae, comitis Campaniae, in minoribus ordinibus constitutos, uxores habentes et negotiationes saeculares, clericis interdictas, exercentes, denuntient alienos a privilegio immunitatis ecclesiasticae, et compellant ut, onera illius terrae supportantes, eidem regi de juribus suis respondeant. — (Reg. 19, f. 121 [115] v°; ann. XIII, c. 88.)

« .. *de Chesiaco et ..Vallis Secrete abbatibus, Suessionensis diocesis.* Carissimus in Christo filius noster .. illustris rex Navarre, comes Campanie, sua insinuatione monstravit quod nonnulli clerici terre sue, in minoribus ordinibus constituti, licet uxores habeant et passim negotiationes exerceant seculares, clericis interdictas, et lucra etiam usurarum, supportare tamen ipsius terre onera et respondere sibi de suis juribus contradicunt, privilegium immunitatis ecclesiastice pretendendo, in ejus ac dicte terre non modicum detrimentum. Unde, cum tales pro viris ecclesiasticis minime sint habendi, prefatus rex nobis supplicavit instanter ut super hoc providere ipsius justitie curaremus. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, a privilegio immunitatis ejusdem denuntiantes eosdem clericos alienos, ipsos ad predicta onera supportanda, et quod eidem regi de juribus suis respondeant —, compellatis. Dat. Laterani, XI kalendas julii, anno tertiodecimo. »

4892 Latran, 19 juin 1239.

Regi Navarrae, comiti Campaniae, crucesignato, significat se tres ejus familiares, quos praecipue ad custodiam terrae suae duxerit relinquendos, cum eorum bonis, donec de ipsius regis reditu vel obitu certissime cognoscatur, sub Apostolicae Sedis et sua protectione suscipere. — (Reg. 19, f. 121 [115] v°; ann. XIII, c. 89; — Moreau 1192, f. 336.)

« .. *illustri regi Navarre et comiti Campanie, crucesignato.* Cum, signo vivifice —. Dat. Laterani, XIII kalendas julii, anno tertiodecimo. »

4893 Latran, 19 juin 1239.

Eidem, in Terrae Sanctae subsidium proficisci proponenti, significat se ipsius personam, cum familia, regno Navarrae et comitatu Campaniae, aliisque ipsius bonis, sub Apostolicae Sedis et sua protectione, donec de ipsius regis reditu vel obitu certissime cognoscatur, suscipere. — (Reg. 19, f. 121 [115] v°; ann. XIII, c. 90; — Moreau 1192, f. 335; — cf. *supra*, n. 2805 et 3236.)

« *Eidem.* Celestis regis obsequiis —. Dat. ut supra. »

4894 Latran, 29 mai 1239.

Abbati et conventui Fossatensibus, Parisiensis dioecesis, attendens monomachias esse prohibitas, indulget ut eis, contra originarios ecclesiarum [ipsorum], in Gallia *homines de corpore* nuncupatos, qui fugitivi ad alienum dominium migraverint, volentibus experiri, uti liceat, non obstante consuetudine duelli, quolibet legitimo probandi genere quod indulgeatur a jure[1]. — (Reg. 19, f. 121 [115] v°; ann. XIII, c. 91.)

« .. *abbati et conventui Fossatensibus, Parisiensis diocesis.* Abolenda in partibus Gallicanis consuetudo seu corruptela potius, ut asseritis, inolevit, quod, cum originarii ecclesiarum, quos *homines de corpore* patria censuit nuncupandos[2], ad alienum dominium fugitivi migrantes, necessitatem conditionis proprie declinare decertant, ac coram judice competenti pristine conditionis repetuntur objectu, actores, causam originis agitantes, nisi inter cruenta duelli spectacula eorum fundetur intentio, ab actione proposita repelluntur, licet de jure suo per alia documenta legitima sint docere parati. Unde, cum contingat multotiens ex casu simili vos repelli, et ob hoc ecclesia vestra non modicam sustineat in suis juribus lesionem, petistis vobis super hoc per Sedem Apostolicam provideri. Nos igitur, attendentes monomachias esse prohibitas, ut vobis, contra hujusmodi homines volentibus experiri, quolibet legitimo probandi genere quod indulgetur a jure, in casu predicto uti liceat, prefata consuetudine non obstante, devotioni vestre auctoritate presentium indulgemus —. Dat. Laterani, IIII kalendas junii, anno tertiodecimo. »

1. Cf. *infra*, ann. XIV, c. 236.

2. Un court extrait de cette bulle, depuis : « originarii ecclesiarum ... », jusqu'à : « ... censuit nuncupandos », est donné par Du Cange, au mot *Originarii*, « ex Tabulario Fossatensi. »

4895 Latran, 23 juin 1239.

Episcopo Auriensi mandat quatenus pallium Johanni [Ariae][1], Compostellano electo, assignet, insertis sub sua bulla forma dandi pallium et forma juramenti fidelitatis erga Romanam Ecclesiam ab eodem electo praestandi. — (Reg. 19, f. 121 [115] v°; ann. XIII, c. 92; — Moreau 1192, f. 355; — Potthast 10771*, *omisso initio*; — cf. *supra*, n. 1588-1593.)

« .. *episcopo Auriensi*. Cum palleum, insigne videlicet pontificalis officii, ex parte dilecti filii Johannis, Compostellani electi, fuisset a nobis per dil[ectos] f[ilios] A. Velasci, archidiaconum, et J. Petri, canonicum Compostellanos, nuntios ejus, cum ea qua decuit instantia, postulatum: nos, ejus supplicationibus annuentes, illud, de corpore beati Petri sumptum, per eosdem nuntios tibi duximus destinandum. Ideoque mandamus quatenus ipsum assignes eidem juxta formam inferius annotatam, et ab ipso sub forma quam presentibus etiam inseri fecimus, recipias fidelitatis, nostro et Ecclesie Romane nomine, juramentum. Formam autem juramenti quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per ejus patentes litteras, suo sigillo signatas, per proprium nuntium studeas quantocius destinare. Forma autem dandi pallium hec est[2]: « Ad honorem » Dei Omnipotentis, et beate Virginis Marie, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et domini pape » Gregorii, et Romane Ecclesie nec non ecclesie tibi » commisse, tradimus tibi pallium, de corpore beati » Petri sumptum, plenitudinem videlicet pontificalis » officii, ut utaris eo infra ecclesiam tuam certis diebus » qui exprimuntur in privilegiis ab Apostolica ei Sede » concessis. » Forma vero juramenti est talis: « Ego » Johannes, Compostellanus archiepiscopus, ab hac » hora in antea etc., usque in finem. » Dat. Laterani, VIIII kalendas julii, anno tertiodecimo. »

4896 Latran, 28 juin 1239.

Johanni [Ariae], electo Compostellano, significat se pallium per A. Velasci, archidiaconum, et J. Petri, canonicum Compostellanos, ipsius electi nuntios, Auriensi episcopo destinasse, qui illud ipsi electo assignet; eum monet quatenus erga Compostellanam ecclesiam procuret « sollicitudinis » diligentiam adhibere ». — (Reg. 19, f. 122 [116] r°; ann. XIII, c. 93; — Moreau 1192, f. 356.)

« *J[ohanni], electo Compostellano*. Cum pallium[1], insigne —. Dat. Laterani, IIII kalendas julii, anno tertiodecimo »

4897 Latran, 10 juin 1239.

Rogerio, canonico ecclesiae Frequentinae, significat se confirmare sententiam qua Rainerius, Sanctae Mariae in Cosmidin diaconus cardinalis, cassaverat electionem quam capitulum Frequentinum de Johanne, quondam judice Frequentino, in suum episcopum celebraverat, et cui ipse Rogerius se opposuerat; inserto sub sua bulla ejusdem sententiae tenore. — (Reg. 19, f. 122 [116] r°; ann. XIII, c. 94.)

« *Roger[io], canonico ecclesie Frequentine*. Ea que judicio —. Dat. Laterani, IIII idus junii, anno tertiodecimo. »

[4898] Rome, Saint-Clément, 21 mai 1239.

[Sententia vero Rainerii, Sanctae Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, in qua rationes proponuntur, propter quas electio non debebat de praedicto Johanne fieri, haec est[2]:]

« Rainerius, miseratione divina Sancte Marie in » Cosmidin diaconus cardinalis, capitulo Frequentino » salutem in Domino. Ecclesia vestra pastoris solacio » destituta, et electioni quam fecistis de Johanne, » quondam judice Frequentino, se Rog[erio], ecclesie » vestre canonico, opponente, venerabilis in Christo » pater [..] Beneventanus archiepiscopus, ad instan» tiam ipsius Rog[erii], de forma electionis, studiis » eligentium et electi meritis diligenter inquirens, in» quisitionis sue processum ad Sedem dux[it] Aposto» licam transmittendum. Cum autem, partibus apud » Sedem Apostolicam constitutis, nos dominus papa » eis concesserit auditorem, nos inquisitionem ipsam, » presentibus partibus et volentibus, per manum pu» blicam fecimus aperiri. Sed, licet in ea multa contra » eundem Johannem probata invenirentur per testes, » per que videbatur ejus electio juxta sanctiones cano-

1. La forme complète de ce nom est donnée par la pièce 4588; cf. aussi le n° 4177.

2. Cf. une formule différente, reproduite par D. Martène, *De antiquis Ecclesiæ ritibus*, t. II (Anvers, 1736), col. 262 D.

1. Le *Registre* porte bien, à l'*incipit*, *palleum* dans la pièce précédente, et ici *pallium*.

2. Reg. 19, f. 122 [116] r°.

» nicas reprobanda, ne tamen, per longa diffugia » questionum, vestra diutius langueret ecclesia, ex » sua confessione tantummodo conscripta fideliter » censuimus formare sententiam, prout justitia sua- » debat. Expresse quidem per eam collegimus quod, » antequam assumptus esset ad ordinem clericatus, » sicut laicus seculariter vivens, concubinam habuit, » nomine Auristellam, ex qua duas suscipiens filias, » sue incontinentie ostendebat evidens argumentum. » Invenimus etiam, quod videbatur non modicum sacris » canonibus inimicum, quod videlicet idem Johannes, » infra duos menses clericus et subdiaconus factus, in » ecclesie vestre archipresbiterum et demum in epis- » copum est electus. Ipse autem provide non advertit » quod probatus in singulis gradibus per congrua tem- » porum intervalla, non quidem neophitus, debebat ad » summi loci fastigia pervenire: nec consideravit » prudenter quod in magistrum assumi non debeat, » qui formam discipuli non assumpsit. Unde nos » hec omnia que per suam confessionem invenimus, » domino pape ac fratribus ejus exposuimus diligenter; » de cujus speciali mandato electionem de ipso Johanne » factam cassavimus, hac vice vos eligendi potestate » privantes, quia dictum Johannem, quem esse talem, » eo quod de terra vestra oriundus existit ac inter vos » semper fuerat conversatus, ignorare nullatenus po- » teratis, contra precepta canonum elegistis. Nichilo- » minus etiam tam contra vos, juxta Lateranensis » statuta concilii, quam contra eundem Johannem, » super canonicatu et aliis, suo loco et tempore, cum » expedierit, Ecclesia Romana procedet. Ideoque uni- » versitati vestre mandamus, auctoritate qua fungimur » in hac parte, firmiter injungentes quatenus[1], dicto » Johanni de cetero nullatenus intendentes, nullum in » ecclesia vestra presumatis eligere, tanquam eligendi » potestate privati, eo quod provisionem ecclesie vestre » sibi Summus Pontifex reservavit. Dat. Rome, apud » Sanctum Clementem, XII kalendas junii, pontificatus » domini G[regorii] pape noni anno tertiodecimo. »

4899 Montefortino, 9 juillet 1239.

Magistro W. de Cugenho, rectori ecclesiae de Weston., Lincolniensis dioecesis, indulget ut cum eadem ecclesia sua de Weston. alind beneficium recipere et retinere possit. — (Reg. 19, f. 122 [116] v°; ann. XIII, c. 95.)

« *Magistro W. de Cugenho, rectori ecclesie de Weston., Lincolniensis diocesis.* Libenter illum circa —. Cum igitur, sicut laudabili testimonio fide dignorum accepimus, te, genere nobilem, dignum gratie dono constituas meritis honestatis et scientie, cujus cultui adeo desudasse diceris, quod in artibus cathedram magistralem ascendere meruisti, laudabiliter nichilominus proficiens in jure canonico et civili: nos, devotionis tue precibus inclinati, ut cum ecclesia tua de Weston., habente curam animarum annexam, que, sicut asseris, annuam duodecim marcarum argenti valentiam vix excedit, unicum aliud beneficium, similem curam habens, si tibi canonice offeratur, recipere valeas et cum priori libere retinere, non obstante constitutione concilii generalis, tibi auctoritate presentium indulgemus; ita tamen quod in uno ipsorum personaliter deservias et in alio per idoneum vicarium facias deserviri —. Dat. apud Montemfortinum, VII idus julii, anno tertiodecimo. »

4900 Anagni, 15 juillet 1239.

Magistro Martino, magistro scholarum Bracharensi, consideratis ejus meritis, indulget ut unicam ecclesiam, etiam si curam habeat animarum annexam, si ei « canonice conferatur, » recipere, et cum magisterio scolastie quod in Bracharensi » ecclesia » proponebat se esse canonice adeptum, non obstantibus statuto concilii generalis et constitutione quam quondam Sabinensis episcopus, olim in Hispania apostolicus legatus, contra obtinentes plura beneficia ecclesiastica cum cura animarum ediderat, retinere valeat. — (Reg. 19, f. 122 [116] v°; ann. XIII, c. 96.)

« *Magistro Martino, magistro scolarum Bracharensi.* Quamvis ut plures —. Dat. Anagnie, idibus julii, anno tertiodecimo. »

4901 Latran, 4 juin 1239.

Archiepiscopo Bisuntino, — litiganti cum Stephano, qui, pro archidiacono Salinensi se gerens, impediebat, praetextu cujusdam concessionis Anserici, archiepiscopi Bisuntini, quin ipse archiepiscopus archidiaconatum Salinensem vel ipsius ecclesias visitaret ac reformaret, et procurationes perciperet in eisdem, — significat se eundem Stephanum super petitis condempnasse et ei inhibuisse ne archiepiscopum ipsum super jurisdictione episcopali molestaret. — (Reg. 19, f. 122 [116] v°; ann. XIII, c. 97.)

« .. *archiepiscopo Bisuntino.* Inter te ac dilectum

1. *Sic*, en toutes lettres. — Cf. *supra*, t. III, col. 66, note 1.

filium .. archidiaconum Salinensem super juribus episcopalibus que in archidiaconatu Salinensi et ejus ecclesiis exigebas, et quibusdam aliis articulis orta materia questionis, nos tibi et eidem archidiacono dilectum filium nostrum S[tephanum], tituli Sancte Marie Transtiberim presbiterum cardinalem, concessimus auditorem. In cujus presentia proponere curavisti quod, licet jure diocesano predictus archidiaconatus et ejus ecclesie tibi subsint, utpote in tua diocesi existentes, Stephanus tamen, qui pro archidiacono Salinensi se gerit, impedit nec permittit quod tu prefatum archidiaconatum vel ipsius ecclesias visites ac reformes, et procurationes ac alia jura episcopalia libere percipias et exerceas in eisdem: et cum in quasdam ecclesias ejusdem archidiaconatus interdicti sententias duxeris promulgandas, et excommunicaveris omnes illos qui scienter officiarent vel officiari facerent hujusmodi ecclesias interdictas, idem Stephanus non solum easdem sententias non servavit nec permisit etiam observari, immo, quibusdam graviter comminans, si servarent, et penas quibusdam servantibus illas infligens, sententias ipsas, non absque gravi scandalo et animarum periculo, nullas esse in tuam denuntiavit injuriam, nec servandas. Et cum, requisitus a te si officiasset vel officiari fecisset ecclesias antedictas, noluerit respondere, tu in ipsum excommunicationis sententiam promulgasti. Sed dictus Stephanus per quosdam Cabilonenses, quos dicebat judices delegatos a nobis, quibus per litteras ad eos obtentas nulla erat adversus te jurisdictio attributa, perperam et sine cause cognitione premissas sententias revocari obtinuit et nullas penitus nuntiari. Quare petebas eidem Stephano firmiter inhiberi ne per se nec per alios impediat quominus eundem archidiaconatum et ejus ecclesias visites, corrigas et reformes, procurationes in eis recipias, instituas et destituas, ecclesiasticam censuram exerceas, jurisdictionem quoque causarum ad forum ecclesiasticum pertinentium, synodaticum, cathedraticum et alia omnia que sunt episcopalis jurisdictionis et ordinis, habeas in eisdem, et cassari vel cassum ac irritum nuntiari, quicquid a dictis Cabilonensibus vel eorum auctoritate in tuum prejudicium est presumptum, et prescriptas sententias usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Archidiaconus vero Salinensis coram predicto proposuit cardinali quod, cum capitulum Sancti Johannis Bisuntini ipsum coram te traxissent in causam, super eo quod falso dicebant ab ipso archidiacono eis injurias irrogatas, eo quod inhibuerat, ut dicebant, capellanis archidiaconatus Salinensis, ne reciperent nuntios ecclesie Sancti Johannis, portantes[1] litteras tuas ad petendas elemosinas ad fabricam ipsorum ecclesie reparandam, ab ipso archidiacono fuit coram te excipiendo propositum quod, cum te haberet, ex pluribus causis ibidem expressis, suspectum, super quibus probandis instanter petebat, non tenebatur coram te aliquatenus respondere; et quia dare sibi arbitros denegasti, nostram audientiam appellavit. Sed tu, hujusmodi appellatione contempta, in eum excommunicationis sententiam fulminasti: quam sententiam petiit idem archidiaconus revocari. Et quia sententiam ipsam pro ecclesia Sancti Johannis tuleras, ne causam eandem tuam faceres, defendere noluisti. Prefatus etiam archidiaconus, eundem archidiaconatum et ejus ecclesias esse in Bisuntina diocesi recognoscens, et tibi in hiis tantum que sunt ordinis, et non in hiis que sunt jurisdictionis subesse, litem contestando respondit quod ipse, per .. decanum et capitulum Sancti Stephani Bisuntini dictum archidiaconatum adeptus, non faciendo tibi injuriam, sed utendo potius jure suo, impedit nec permittit te predictum archidiaconatum vel ejus ecclesias visitare, reformare [et] procurationes ratione visitationis debitas recipere in eisdem: cum hec omnia, et cognitionem causarum ac omnimodam in earum cognitione jurisdictionem, cum integritate justitiarum et reddituum episcopalium ipsius archidiaconatus, ex concessione bone memorie Anserici, archiepiscopi Bisuntini, ecclesie Sancti Stephani, de consensu capituli Sancti Johannis Bisuntini, facta, et per felicis recordationis Eugenium et Celestinum[2], predecessores nostros, Romanos Pontifices, confirmata, tam ipse quam predecessores sui pro tempore existentes, tanto possederunt tempore, quod ea legitime prescripserunt. Premissas quoque sententias dixit idem archidiaconus non servandas, sed denuntiandas potius nullas esse, tanquam a non suo judice promulgatas et post appellationem ex causis probabilibus ad Sedem Apostolicam interjectam, nec debere infirmari processum dictorum Cabilonensium, sed potius confirmari. Verum, cum dictus archidiaconus concessionem ipsam impresentiarum nollet in judicio exhibere, tu, pro acceleratione negotii, tenorem ipsius exhibere in judicio curavisti, quamvis in ea canonicorum Sancti Johannis assensum negares penitus affuisse. Et cum idem archidiaconus ipsam recognosceret esse veram, ex parte tua contra concessionem eandem multa fuerunt objecta, per que nitebaris ostendere illam nullius fore momenti aut nullam

1. *Ms.* : per.

2. Eugène III et probablement Célestin III.

facere prorsus fidem, vel, si forsan staretur eidem, juri tuo in aliquo non obesse. Primo, quia concessio non probatur, cum verba in litteris ipsius Anserici posita, potius sint relatio de preterito quam concessio de presenti; que verba inter cetera sic se habent : « Ego quoque Ansericus archiepiscopus, rogatu » precibusque canonicorum Sancti Johannis, tradidi » ecclesie Sancti Stephani archidiaconatum de Sali- » nis, cum omnibus redditibus justitiarum mearum, » preter servitia archiepiscopi transeuntis. » Cujus relationi aliquatenus non est standum. Que concessio si etiam probaretur, non credebas in ea consensum capituli affuisse, sine quo debet invalida judicari, quamquam idem Ansericus « rogatu precibusque cano- » nicorum » in litteris ipsis se asserat id fecisse; cujus assertioni credendum non esse multipliciter allegabas, presertim cum alias traditio et preces hujusmodi non probantur; que preces si etiam probarentur, eas sufficere non credebas, cum, in alienatione membri tam nobilis, canonicorum subscriptio, que hic deest, necessario requiratur : nam irrita erit episcoporum alienatio, si non clericorum conniventia et subscriptionibus roboratur. Secundo, quia, et si de hujusmodi traditione constaret, ex sola tamen et nuda traditione transferri nichil omnino posset, cum nunquam nuda traditio dominium transferat, nisi venditio aut aliqua justa causa precesserit, propter quam traditio subsequatur : et ideo, cum in hoc casu traditionem non precesserit aliqua justa causa, patet quod traditio fuit nuda. Tertio, quia, si etiam justa causa traditionem hujusmodi precessisset et canonicorum esset subscriptionibus roborata, non tamen spiritualium intelligeretur facta translatio, que episcopalibus ossibus sic inherent, quod separari nequeunt ab eisdem; sed temporalia tantummodo, que in obventionibus seu proventibus manualibus consistebant; quod bene determinat subsequens clausula, videlicet : « preter servitia ar- » chiepiscopi transeuntis »; absonum enim esset servitiorum nomine spiritualia comprehendi. Unde, cum illud « pret[er] » de similibus detraat, precedentia, scilicet : « cum redditibus justitiarum mearum », non sunt ad spiritualia, sed ad temporalia referenda; alioquin non esset exceptio, si de temporalibus ad spiritualia transiretur. Confirmationes quoque predictorum predecessorum nostrorum nichil amminiculi parti alteri asserebas afferre, quia, si principale non tenuit, nec accessorium, quod ex eo secutum est vel ob ipsum. Prescriptione vero quam allegat, pars altera non juvatur, quia, cum ex predicta concessione asserat se munitam, intentioni sue quantum ad hunc articulum contradicit, cum, secundum ipsam, rem suam prescribere non valeret. Preterea, cum in prescriptione rei ecclesiastice bona fides et justus titulus exigantur, et hic nullus titulus allegetur, nisi sola premissa concessio, que in se titulum quoad spiritualia nullum habet, prout superius est ostensum, nec habere potuerit bonam fidem, cum conscientiam semper rei habuerit aliene, presertim cum sit in jure confessus quod archidiaconatus et ecclesie supradicte in hiis que sunt ordinis, tibi subsunt, et in causis tam matrimonialibus quam criminalibus prolatio sententie ad te spectet, et ad te in causis ecclesiasticis appelletur : hujusmodi prescriptio non procedit; que si etiam posset habere locum, de interruptione tua, ut asseris, per confessionem partis alterius plene constat. Ad hec autem jamdictus archidiaconus inter cetera sic respondit, quia, cum sepedictus Ansericus archiepiscopus « archidiaconatum de Salinis, cum omnibus redditibus » justitiarum » suarum, ad preces canonicorum Sancti Johannis ecclesie Sancti Stephani se asserat concessisse, standum est assertioni, et rite processisse omnia presumuntur. Cum enim stetur instrumento tabellionis, si dicat aliquid in sua presentia factum esse, multo fortius instrumento judicis ordinarii, quod non est dubium esse autenticum instrumentum; et sic tam traditio quam consensus capituli legitime sunt probata. Nec canonicorum subscriptio fuit necessaria in hoc casu : tum quia non proprie alienatio dici debet, quod persone non extranee, sed ecclesie sue dedit; tum quia non videtur contrarium rationi, quod episcopus aliquam ecclesiarum suarum transferre possit in alium vel subicere alii, ac jura episcopalia in aliqua parte sui episcopatus etiam extranee persone remittere, aliquo sibi pensionis nomine reservato, presertim si hoc confirmatione Romani Pontificis roboretur; tum etiam quia subscriptio de contractus substantia non existit. Nec est nuda traditio, prout ex parte tua extitit allegatum, cum facta fuisset ob causam, videlicet ad evitandum scandalum vel discordiam inter predictas Sancti Johannis et Sancti Stephani ecclesias jam exortam, sicut in ejusdem Anserici litteris, in quibus sigillum capituli Sancti Johannis appensum fore se obtulit probaturum, asserit contineri. Quod si etiam nuda fuisset traditio, non tamen est verum ex ea dominium non transferri, cum traditionibus et usucapionibus rerum dominia transferantur, et nichil adeo sit naturali equitati conveniens, quam ratam haberi volentis rem suam transferre in alium, domini voluntatem. Quod autem nomine reddituum spiritualia non posse intelligi allegabas, idem archidiaconus e

contrario respondebat nimis extortum fuisse hujusmodi intellectum, cum non inveniatur expressum quod appellatione reddituum non possunt spiritualia comprehendi. Nam ex eo quod idem Ansericus in traditione unum dumtaxat excepit, servitia videlicet archiepiscopi transeuntis, alia universa intelligitur concessisse. Ceterum, quod de confirmatione Romanorum Pontificum allegasti, dictus archidiaconus frivolum asserebat, cum non simplex confirmatio, prout in communi forma fieri consuevit, sed de confirmantium facta fuerit conscientia non incerta. Nam id quod alias est invalidum per se ipsum, confirmationis munimine, si fiat ex certa scientia, roboratur. Quod vero dictum archidiaconum allegabas uti concessione ac prescriptione non posse, dicebat idem archidiaconus non obstare, cum id loquatur, ut asserit, in actore, qui ex diversis causis dicere dominum se non potest, sed in reo secus, qui diversis defensionibus uti minime prohibetur. Que concessio etiam si minus sufficiens videretur, sufficere tamen debet pro titulo, cum minus sufficiens titulus causam tribuat prescribendi. Nec id quod ex parte tua de interruptione proponitur, asserit verum esse, quia, licet de quibusdam actibus sit confessus, actus tamen illi interruptionem aliquam non inducunt. Cum autem idem cardinalis hec et alia que fuere proposita coram ipso, nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter retulisset, nos, super hiis tractatu habito diligenti, de ipsorum consilio, ad cautelam premissis interdicti et excommunicationis sententiis relaxatis ac processu predictorum Cabilonensium nullo penitus nuntiato, ipsum archidiaconum super premissis omnibus sententialiter condempnamus, perpetuum ei silentium imponentes, ac prohibentes eidem ut, neque per se neque per alios, te vel successores tuos super hiis et aliis ad jurisdictionem episcopalem spectantibus, presumat aliquatenus molestare, cum, etsi in concessione predicta assensum capituli affuisse constaret, et nichil allegaretur rationabile contra eam, non tamen esset nisi ad temporalia que proveniunt de justitiarum redditibus, extendenda; in quibus omnibus redditibus justitiarum archiepiscopalium et jurisdictione, archidiacono ipsi [et] Salinensi archidiaconatui nullum prejudicium ex hac sententia generetur, cui omnia jura sua in istis integre reserventur. Nulli ergo nostre diffinitionis etc. Si quis autem etc. Dat. Laterani, II nonas junii, anno tertiodecimo. »

4902 Anagni, 18 juillet 1239.

Abbati de Firmitate, Cisterciensis ordinis, Cabilonensis dioecesis, priori de Lugniaco, Carthusiensis ordinis, Lingonensis dioecesis, et magistro Willelmo, decano Christianitatis Divionensis, ejusdem Lingonensis dioecesis, causam inter archiepiscopum Bisuntinum et Stephanum, archidiaconum Salinensem, dioecesis Bisuntinae, exortam super eo quod idem archiepiscopus eundem Stephanum ab archidiaconatu Salinensi amoveri petebat, audiendam committit et terminandam, alioquin ad examen apostolicum remittendam. — (Reg. 19, f. 124 [118] r°; ann. XIII, c. 98.)

« .. *abbati de Firmitate, Cisterciensis, et .. priori de Lugniaco, Cartusiensis ordinum, et magistro Willelmo, decano Christianitatis Divionensis, Cabilonensis et Lingonensis diocesum.* In causa que inter venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Bisuntinum et Stephanum, archidiaconum Salinensem, diocesis Bisuntine, super eo quod idem archiepiscopus eum amoveri ab archidiaconatu Salinensi petebat, vertitur, dilectum filium nostrum S[tephanum], tituli Sancte Marie Transtiberim presbiterum cardinalem, concessimus auditorem. Coram quo dicto archiepiscopo proponente quod idem S[tephanus] archidiaconatum Salinensem nec per eundem archiepiscopum, ad quem de jure spectat dicti archidiaconatus collatio, nec per alium qui de jure conferre potuerit, est canonice assecutus, ac per hoc petente ipsum exinde amoveri : prefatus S[tephanus] litem contestando respondit quod amovendus non erat ex causa petita, et quod adeptus erat archidiaconatum predictum per .. decanum et capitulum Sancti Stephani Bisuntini. Quia vero nobis non constitit de premissis, causam ipsam de consensu partium vobis duximus committendam, mandantes quatenus per con[tradictorium] au[diatis] eandem, et, si de partium voluntate processerit, eam fi[ne] ca[nonico] terminari facientes etc.; alioquin ipsam sufficienter instructam ad nostram presentiam remittatis, prefi[gendo] par[tibus] termi[num] perempt[orium] compe[tentem], quo se nostro conspectui representent, ju[stam], ac[tore] Do[mino], sententiam recepture. Quod si non omnes etc. Dat. Anagnie, XV kalendas augusti, anno tertiodecimo. »

4903 Anagni, 26 juillet 1239.

Potestatem, consilium et commune Ravennates, cum contra Fridericum, dictum imperatorem, fidem et ecclesiasticam libertatem defensent, sub beati Petri et sua protectione suscipit. — (Reg. 19, f. 124 [118] r°; ann. XIII, c. 99; — Moreau 1192, f. 359; — Potthast 26292*; — Rodenberg 752, I.)

« .. *potestati, consilio et communi Ravennat[ibus]*. Coher-

cere nequitiam, justitiam —. Dat. Anagnie, VII kalendas augusti, anno tertiodecimo. »

4904 Anagni, 15 juillet 1239.

« In eundem fere modum *nobili viro Paulo Traversario* —. Dat. Anagnie, idibus julii. » — (Reg. 19, f. 124 [118] v°.)

4905 [Anagni, 26 juillet 1239[1].]

Archiepiscopo Ravennati, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictos Ravennates non permittat contra protectionis apostolicae tenorem super his molestari. — (Reg. 19, f. 124 [118] v°; ann. XIII, c. 100; — Rodenberg 752, II.)

« .. *archiepiscopo Ravennati*. Cohercere nequitiam etc. —. »

4906. — In eundem fere modum .. *episcopo Cerviensi*, pro nobili viro Paulo Traversario etc., usque in finem[2].

4907 [Anagni, 26 juillet 1239[3].]

« In eundem modum *S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, marchie Anconitane rectori*. [Ei mandat « quatenus Ariminenses et omnes alios de Romaniola, » qui contra Fridericum, dictum imperatorem, fidem et eccle» siasticam libertatem defendere et ad devotionem Ecclesie » venire curaverint, sub apostolica protectione » recipiat, eosque non permittat ab aliquibus super hoc indebite molestari.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 124 [118] v°; — Potthast 10777.)

4908 Anagni, 27 juillet 1239.

Hildesemensi et Merseburgensi episcopis, et abbati de Porta (= Schul-Pforta), Cisterciensis ordinis, mandat quatenus [Henricum,] lantgravium Thuringiae, et quosdam alios ejus terrae, qui ad instar fratrum de Paenitentia carnem suam crucifigere elegerant, non permittant ab aliquibus molestari. — (Reg. 19, f. 124 [118] v°; ann. XIII, c. 101; — Moreau 1192, f. 360, ex Raynaldo; — Potthast 10778[1]; — Rodenberg 753.)

« .. *Ildesemensi et .. Merseburgensi episcopis, et .. abbati de Porta, Cisterciensis ordinis*. Gaudemus in Domino —. Dat. Anagnie, VI kalendas augusti, anno tertiodecimo. »

4909 Anagni, 28 juillet 1239.

Ministro fratrum Minorum in Saxonia mandat quatenus, [Henrico,] lantgravio Thuringiae, et [Gertruda,] ejus uxore, petentibus ut sibi sacerdotem papa concederet, qui ipsorum confessiones audiret, aliquem de fratribus suis ad hoc deputet. — (Reg. 19, f. 124 [118] v°; ann. XIII, c. 102; — Moreau 1192, f. 361[2]; — Potthast 10779[3]; — Rodenberg 754.)

« .. *ministro fratrum Minorum in Saxonia*. Dilecti filii nobilis —. Dat. Anagnie, V kalendas augusti, anno tertiodecimo. »

4910 Latran, 10 juin 1239.

Episcopo Urbevetano, et abbatibus de Spineto (= Spineta), Clusinae dioecesis, et Montis Calvelli, Suanensis dioecesis, mandat quatenus, — cum Sedis Apostolicae legati vel nuntii, in partibus Urbevetanae dioecesis transitum facientes, a solo monasterio Sancti Sepulcri de Aqua Pendente, ejusdem dioecesis, procurarentur, et abbas conventusque ejusdem monasterii Sancti Sepulcri tales procurationes, quae a ceteris etiam ejusdem dioecesis ecclesiis exhiberi debuissent, amplius sustinere absque gravi discrimine non possent, — provida circumspectione pensatis singularum ecclesiarum saepedictae dioecesis facultatibus, onera hujusmodi quae consueverint, vel quae debeant et possint supportare, statuant, « ut vel harum » quelibet pro portione congrua contribuat cum dicto monas» terio, juxta vires, pro hujusmodi procurationibus exhiben» dis, deputatis ad hoc viris prudentibus et discretis, qui, cum » opus fuerit, hec colligant fideliter et ministrent Apostolice » Sedis nuntiis et legatis, aut illarum quelibet in ordine » vicis sue post ipsos abbatem et conventum impleat hujus» modi ministerium caritatis » ; salva semper auctoritate Sedis Apostolicae legatorum ; quod super hoc statuerint,

1. Pièce sans date dans le *Registre* ; nous adoptons celle du 26 juillet (qui est la date de la pièce 4903), proposée par M. Rodenberg ; à noter que la date de la pièce 4905 semble devoir entraîner celle de la pièce 4907.
2. Cette pièce doit être du 15 juillet, comme le n° 4904.
3. Pour la date probable de cette pièce, voir la note 1 de cette colonne.

1. Avec la date *VII kalendas augusti* (= 26 juillet), d'après Raynaldi, *Ann. eccl.*, ann. 1239, § 64.
2. Avec l'*incipit* fautif : « Dilectus filius nobilis... », probablement d'après une copie faite pour Raynaldi.
3. Avec le même *incipit* fautif, d'après Wadding, *Annales Minorum*, III, 410, n° 20, et Sbaralea, *Bullar. Franciscan.*, I, 272, n° 300.

faciant per censuram ecclesiasticam observari. — (Reg. 19, f. 124 [118] v°; ann. XIII, c. 103.)

« .. *episcopo Urbevetano, et .. de Spinet*[*o*] *et .. Montis Calvelli abbatibus, Clusine et Suanensis diocesum.* Exhibita nobis dilectorum —. Dat. Laterani, IIII idus junii, anno tertiodecimo. »

4911 Anagni, 17 août 1239.

Capitulo Belvacensi, commemoratis litteris ad episcopum Silvanectensem ejusque collegas directis, supra sub numero 4078 notatis, significat se electionem a majori parte ipsius capituli de decano Belvacensi in episcopum Belvacensem celebratam, — non obstante quod quidam ex eodem capitulo, qui in decanum Parisiensem direxerant vota sua, eandem electionem de praedicto decano Belvacensi factam impugnaverant, et contra eam nec non contra ipsius decani Belvacensis personam nonnulla proposuerant, quae non satis probaverant. — confirmare, eisque mandat quatenus eidem electo humiliter intendant. — (Reg. 19, f. 125 [119] r°; ann. XIII, c. 104; — Moreau 1192, f. 362; — cf. *supra*, n. 3607, 4078, 4079 et 4529.)

« *Capitulo Belvacensi.* Ecclesia vestra dudum pastoris solacio destituta, contra electionem que de [..] decano ipsius ecclesie in eadem fuerat celebrata, P.. archidiaconus, et magister Andreas, canonicus Belvacenses, ad Sedem Apostolicam accesserunt. Quibus, et magistris T[h].[1], canonico Belvacensi, et P. de Sparnaco, procuratoribus eorum qui decanum elegerant, in nostra presentia constitutis, fuit pro electione decani propositum quod, bone memorie .. Belvacensi episcopo viam universe carnis ingresso, presentibus omnibus, die ad eligendum prefixa, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt interesse, quibusdam personaliter, aliis vero, justo impedimento detentis, per procuratores canonice constitutos, et, sicut moris est, Spiritus Sancti gratia invocata, post diversos tractatus assumpti fuerunt tres de collegio fide digni, prius appellatione duplici interjecta, ne fieret electio, nisi canonica, et ne eligeretur ineligibilis ab eisdem; sed, ne scrutatores ipsi possent in alterius injuriam sua vota mutare, aut partem augere quam vellent, ut eorum quilibet secreto, ante quam ad scrutinium procederent, sub cera exprimeret in cedula votum suum, in capitulo extitit ordinatum. Quibus post hec secreto et singillatim exquirentibus vota cunctorum, et ea, in scriptis redacta, mox publicantibus in communi, cum, collatione habita, constitisset quod, de triginta et novem canonicis qui, tum per se tum per procuratores, erant presentes, triginta in dictum decanum ac sex in .. decanum Parisiensem dirigerent vota sua, et tres essent in suis consensibus singulares, .. thesaurarius Belvacensis, qui tunc post decanum in capitulo major erat, a prefatis triginta et [a] duobus eorum qui singulares fuerant in suis consensibus, tanquam a majori et saniori parte, sibi potestate concessa decanum eundem, vice ipsorum omnium, in episcopum eligendi, sex aliis recedentibus, qui, rogati ut consentirent, in eum acquiescere noluerunt, decanum ipsum elegit in episcopum ecclesie Belvacensis; qui, multa devictus precum instantia, electioni de se facte consensit. Quare dicti magistri P.[1] et T[h]. nobis humiliter supplicabant ut electionem ipsam, veluti canonice celebratam, confirmare de benignitate Sedis Apostolice curaremus. Verum predicti archidiaconus et magister Andreas ex adverso proponere curaverunt quod, cum ad scrutinium fuisset post multa recursum, premissis appellationibus, videlicet ne fieret electio, nisi canonica, et ne quis eligeretur minus idoneus propter diversas curas, insufficientem scientiam[2], perjurium vel alium defectum, primitus interjectis, et, publicato scrutinio ac facta collatione, appareret sex in predictum decanum Parisiensem, virum honeste conversationis et vite, ac eminentis scientie, duos in singulares personas, decanum in quendam de suis electoribus, et reliquos omnes in eundem in scrutinio consensisse : idem archidiaconus et pars sua, considerantes quod non fuerat forma concilii observata, eo quod scrutatorum vota minime inquisita fuissent, et quod hii qui in decanum Belvacensem consenserant, in personam minus idoneam consensissent, utpote ambitiosum, qui, per se ac alios, plures sollicitaverat de canonicis ut consentirent in ipsum, insufficientis scientie, duas curas, absque dispensatione aliqua, tempore electionis, habentem, decanatum videlicet Belvacensem et quandam ecclesiam in Anglia, cui cura imminet animarum, perjurum, cum se non fecisset in presbiterum ordinari a tempore quo decanatum suscepit, fere biennio jam elapso, licet tunc jurasset quod hoc faceret infra annum, negligentem, cum per ejus incuriam fuissent non modicum jura[3] collapsa; attenden-

1. Dans la pièce 4078, on lit : « Th. »

1. *P. de Sparnaco*, comme on l'a vu plus haut, dans cette même pièce.

2. Dans la pièce 4078, on lit, à cet endroit (cf. *supra*, t. II, col. 884) : « insufficientem scientiam, excommunicationem, perjurium... »

3. Il faut sans doute suppléer ici le mot : « capituli », qui se lit, à cet endroit, dans la pièce 4078 (cf. *supra*, t. II, col. 885).

tes etiam quod decanus et magna pars nominantium cum celebrassent publice ac sollempniter in ecclesia Belvacensi, a bone memorie .. Belvacensi episcopo interdicta; adjecto quod idem decanus, post electionem de ipso factam, interdictum ipsum, auctoritate propria, cum quibusdam de residentibus, nulla satisfactione prestita, relaxasset, ac notam irregularitatis incurrisset, ex eo quod malefactorem quendam in civitate Belvacensi captum a servientibus suis, tradidisset quibusdam laicis, nullam in illum jurisdictionem habentibus, judicandum, denegato prius eo balivis episcopi, ad quos spectabat jurisdictio, ut dicebant, quem, ab eisdem laicis condempnatum ad mortem, interfecerunt sui postmodum servientes, cum tamen ipsum potuerit liberare : quia talis eligi non debebat, ne ad electionem ipsius procederent, vetuerunt, Sedem Apostolicam appellantes, se ac jus suum protectioni Sedis Apostolice supponendo. Sed ipsi, hujusmodi appellatione et prohibitione contemptis, decanum eundem in episcopum Belvacensem, in eorum prejudicium, minus canonice eligere presumpserunt. Unde prefati archidiaconus et magister Andreas supplicabant instanter ut quicquid factum erat de ipso decano, decerneremus irritum et inane, ac parti sue redderemus eligendi liberam potestatem. Quia vero de hiis nobis non constabat, venerabili fratri nostro .. episcopo Silvanectensi et collegis ipsius dedimus in mandatis ut, vocatis qui forent evocandi, et auditis que super premissis et ea contingentibus, excepta litteratura, super qua per dilectum filium nostrum O[ttonem], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, Apostolice Sedis legatum, feceramus diligenter decanum examinari predictum, essent proposita coram eis, negotium ad examen apostolicum remitterent sufficienter instructum, prefi[gendo] part[ibus] termi[num] perempto[rium] compe[tentem], quo coram nobis cum procuratore decani ejusdem per procuratores sufficientes et idoneos comparerent, justam, actore Domino, sententiam recepture ; testes autem qui super premissis, exceptis articulis quos eis, cum confessionibus procuratorum eligentium jamdictum decanum, misimus interclusos, et contingentibus ipsos, essent nominati, si se gratia, odio vel timore subtraherent, per censuram ecclesiasticam, cessante appellatione, cogerent veritati testimonium perhibere. Procuratore igitur eligentium decanum, et decano ipso, ac archidiacono et magistro Andrea comparentibus coram ipsis, electionem de se factam decanus petiit confirmari, archidiacono et magistro Andrea respondentibus quod non erat ejus electio confirmanda. Lite vero sic legitime contestata, prestitoque de veritate dicenda ab ipso decano et parte altera juramento, et factis positionibus et responsionibus hinc et inde, iidem judices, in negotio juxta formam eis traditam procedentes, tandem processum suum ad Sedem Apostolicam remiserunt. Procuratoribus itaque illorum qui decanum elegerant, et .. procuratore ipsius decani, ac archidiacono et magistro Andrea in nostra presentia constitutis, venerabilem fratrem nostrum R[omanum], Portuensem episcopum, eis dedimus auditorem. Quo, ipsius cause diligenter examinato processu et auditis hinc inde propositis, omnia nobis fideliter referente, invenimus electionem decani a parte adversa, inter alia, ex hiis precipue impugnari, quod presumpta fuisset contra formam concilii generalis, cum, secundum eam, exigatur vota cunctorum exquiri[1], et scrutatorum vota minime fuerint inquisita; nec a capitulo extitit ordinatum quod scrutatores ante scrutinium sub cera redderent vota sua, nec invenitur in hoc capitulum consensisse; quod fuisset etiam de minus idoneo celebrata, videlicet de perjuro et negligente, ac eo qui, contemptis clavibus, publice ac sollempniter in ecclesia celebraverat interdicta, et duas curas, electionis tempore, retinebat, ut superius est expressum. Pro parte vero decani repperimus fuisse responsum quod, etsi forma electionis non exigat vota scrutatorum exquiri, cum ad aliorum vota intentio concilii dirigatur, nichilominus tamen hic inquisita fuerunt, cum probetur votum cujuslibet eorum fuisse suo loco et ordine a duobus reliquis exquisitum; nec etiam forma concilii ad inquisitionem votorum extenditur, que ideo fit dumtaxat, ut consensus cujuslibet exprimatur; unde sufficit si aliquis, nulla scrutatorum interrogatione premissa, ultroneus exprimat votum suum, maxime cum, ex eo quod apparent vota aliquorum expressa, dum de hoc agitur, interrogationem presumi debeat precessisse. In eo vero quod scrutatores ante scrutinium suas sub cera exprimerent voluntates, cum in capitulo fuisset propositum et a nemine contradictum, presertim cum in hoc ecclesie commodum et communis ageretur utilitas, satis ipsum capitulum consensisse videtur. Licet autem idem decanus in susceptione decanatus juraverit quod se infra annum faceret in presbiterum promoveri, quia tamen conditionem adjecit, nisi a capitulo licentiam obtineret, et eam in-

1. Cf. Concile du Latran de 1215, chap. XXIV, dans LABBE et COSSART, *Sacrosancta Concilia*, t. XIII (Venise, 1730), col. 959 : « assumantur tres de collegio fide digni, qui secreto et singulatim voces (*alias* vota) cunctorum diligenter exquirant. »

fra idem tempus obtinuit, constat eum nullum ex hoc perjurium incurrisse, non obstante quod a parte altera dicebatur canonicos tempore licentie date presentes ad faciendum capitulum minime suffecisse, cum per residentes in ecclesia Belvacensi, tanquam per capitulum, de ipsius negotiis, exceptis alienationibus, electionibus aliisque arduis, consueverit ordinari; et, si dubium erat illos sufficientes ad faciendum capitulum extitisse, parte adversa contrarium asserente, nequaquam in hoc dubio perjurium probabatur. Nec fuit negligentia talis offensa, propter quam ipsius decani deberet promotio impediri; sed potius probatum extitit eum fuisse in decanatus officio diligentem. Nec ostensum fuit ipsum in ecclesia Belvacensi, per Belvacensem episcopum interdicta, publice ac sollempniter celebrasse; sed, civitate et diocesi Belvacen[sibus], exceptis Majori et Sancti Nicolai ecclesiis, suppositis interdicto, decanum et capitulum auctoritate propria organa suspendisse, que postmodum eadem auctoritate resumere potuerunt; et cum jurisdictio penes capitulum, prelato defuncto, resideat, interdictum latum etiam per episcopum potuissent, eo mortuo, relaxare. Quod autem decanus ecclesiam in Anglia, curam animarum habentem, electionis tempore, habuisset, probatum non extitit, licet pars adversa proposuerit non stetisse per eam, cum examinatores testium super hoc in Anglia petivisset, et judices deliberare volentes, per spatium duorum mensium consilio malitiose protracto, tandem interlocuti fuerint se, propter temporis brevitatem concessi a nobis ad negotium remittendum instructum, ad testes recipiendum in Anglia, nisi de consensu partium, non missuros, in quo noluerunt decanus et procurator eligentium consentire; a qua interlocutoria se asseruit archidiaconus appellasse, proponens nichilominus eam ipso jure, propter pronuntiationis vitium, esse nullam, cum judicium suum judices in partis arbitrio posuissent; adiciens etiam quod erat ei et appellationis interjecte remedio contra eandem interlocutoriam, que iniqua fuerat, et supplicationis beneficio succurrendum, quia, cum primo fuisset judicibus ut causam instructam remitterent, sine temporis taxatione mandatum, restrictio temporis postsecuta, que causam interlocutorie dedisse videtur, non debuerat sibi prejudicium attulisse. Sed, cum testium examinatores in Anglia contraria parte petente, sue petitioni apud judices minime institisset, si postea obtinere non potuit, propter residui temporis brevitatem, aut si eam judices, consilium protrahendo, gravassent, cum non appellaverit, est quod sibi debeat imputari; nec per dictam interlocutoriam fuit gravamen illatum, cum unus delegatorum et duo subdelegati in parte qui tulerunt, eandem examinationem committere testium de jure minime potuissent, eo quod non nisi delegatus a principe judicem dare potest, et si quod fuisset, non ad nos sed ad delegatos fuerat appellandum, quamquam alias hujusmodi appellatione juvari non posset, que a solo delegato extitit interjecta, cum a subdelegatis non nisi post diem quartumdecimum a die interlocutorie appellasset, licet infra tempus legitimum copiam habuisset ipsorum, et potuisset ad subdelegatos alios infra idem tempus super ipso gravamine habere recursum, a quo tamen coram eisdem judicibus post premissam interlocutoriam testes producendo recessit; que nec erat ipso jure nulla dicenda, cum non in voluntate partis judices suum reliquissent judicium, sed quod juris erat, potius expressissent, maxime cum eam pars altera reddidisset aliquam appellando[1]. De homicidio autem nichil extitit, aut ambitione, probatum. Littere quoque venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi et dilectorum filiorum .. decani et capituli Eboracensium inducebantur, quod sepedictus decanus prefatam ecclesiam, que subjecta est eis, ante suam electionem spatio sex mensium dimisisset. Nos igitur, hinc inde propositis diligenter inspectis, electionem eandem, de fratrum nostrorum consilio, duximus confirmandam. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus quatenus, tanquam pastorem animarum vestrarum devote recipientes eundem, ejus monitis et mandatis salubribus humiliter intendatis; alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, actore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Anagnie, XVI kalendas septembris, anno tertiodecimo. »

4912 Anagni, 24 août 1239.

Priori provinciali ordinis Praedicatorum Lundensis dioecesis concedit ut a reatu simoniae nonnullos ejusdem dioecesis clericos absolvat. — (Reg. 19, f. 126 [120] v° ; ann. XIII, c. 105 ; — Potthast 10782.)

« .. *priori provinciali ordinis fratrum Predicatorum Lundensis diocesis*. Cum, sicut venerabilis frater noster .. Lundensis archiepiscopus nobis intimare curavit, laici Lundensis diocesis, accedentibus voluntatibus prelatorum, ministris episcoporum in dedicatio-

1. Le texte de ce passage est douteux.

nibus ecclesiarum pro labore suo statuerint certum salarium debere persolvi, quod nec exigi ab eisdem laicis nec exactum recipi potest absque vitio symonie, et quamplures clerici Lundensis diocesis in hujusmodi reatum inciderint : presentium tibi auctoritate concedimus ut cum eis, imposita ipsis ad hoc primitus penitentia salutari, eaque peracta, si eorum vita et conversatio honesta exegerit, hac vice valeas dispensare. Dat. Anagnie, VIIII kalendas septembris, anno tertiodecimo. »

4913 Anagni, 23 août 1239.

Episcopo Meldensi, abbati Beatae Mariae de Cagia, Meldensis dioecesis, et cantori Meldensi, quibus mandaverat ut G[alcherio], filio, et I[olandi], filiae quondam Guidonis de Castellione, comitis Sancti Pauli, — qui pro defensione catholicae fidei fuerat ab haereticis Albigensibus interfectus, — sub beati Petri et sua protectione susceptis, donec ad aetatem legitimam pervenirent, defensionis praesidio assisterent, — cum dubitarent « utrum etas legitima secundum sanctiones » legales vel [secundum] consuetudinem Francie generalem, » juxta quam etatis legitime dicitur qui vicesimum primum » annum transcendit, intelligi debeat in hoc casu », — mandat quatenus praedictos G[alcherium] et I[olandim] tamdiu defendant, donec ad legitimam aetatem pervenerint secundum consuetudinem praenotatam, id est Franciae[1]. — (Reg. 19, f. 126 [120] v° ; ann. XIII, c. 106 ; — Moreau 1192, f. 373.)

« .. *episcopo, et .. abbati Beate Marie de Cagia et .. cantori Meldens[ibus]*. Cum dil[ectos] fil[ios] —. Dat. Anagnie, X kalendas septembris, anno tertiodecimo. »

4914 Anagni, 25 août 1239.

Archiepiscopo Lundensi, episcopo Burguliano (= Aalborg) et archidiacono Lundensi mandat quatenus [Wiceslaum] principem, majorem et populum terrae Rugianorum in Sclavia, Roscildensis dioecesis, a pravis usurarum lucris, quae *poddas* vulgariter appellent, desistere faciant, descripta in sua bulla illa reprobanda consuetudine. — (Reg. 19, f. 126 [120] v° ; ann. XIII, c. 107[2] ; — Moreau 1192, f. 375 ; — Potthast 10783 ; — Rodenberg 755.)

« .. *archiepiscopo Lundensi, et .. episcopo Burguliano et .. archidiacono Lundensi*. Sua nobis venerabilis —. Dat. Anagnie, VIII kalendas septembris, anno tertiodecimo. »

4915 Anagni, 24 août 1239.

Archiepiscopo Lundensi consulenti respondet, inter alia, de dispensatione clericorum concubinariorum, de reaedificatione ecclesiarum incendio destructarum, de salario indebito quod laici in dedicationibus ecclesiarum ministris episcoporum solvebant, de clericis illitteratis ab ordinibus removendis, de sacerdotibus a parochianis non sine aliqua pecunia duobus ex ipsis pro ipsorum labore soluta, episcopo praesentatis, et de usu pallii in quibusdam diebus tantummodo in privilegiis expressis, archiepiscopis Lundensibus concesso ; ei insuper indulget ut, si forsan regem coronet, eo die pallio uti possit. — (Reg. 19, f. 126 [120] v° ; ann. XIII, c. 108 ; — Potthast 10781[1].)

« .. *archiepiscopo Lundensi*. Prudentiam tuam multipliciter commendantes, quod super dubiis Apostolice Sedis oraculo postulas edoceri, consultationi tue duximus respondendum quod, cum tibi, sicut asseris, super dispensatione clericorum illegitime genitorum provincie tue sub certa forma direxerimus scripta nostra, cum illis clericis illegitime genitis qui, etsi quando concubinarii, sicut parentes eorum, fuerint, concubinis tamen abjectis ante receptas a te litteras apostolicas, injunctam sibi super hoc penitentiam agere inceperunt vel peregerunt inceptam, hujusmodi auctoritate mandati poteris dispensare ; cum reliquis vero, qui tempore receptionis litterarum ipsarum concubinas ipsas nondum abjecerant, per dictum mandatum tibi non traditur auctoritas dispensandi. Verumtamen nos, volentes tibi gratiam facere specialem, fraternitati tue ut cum eis qui se postea usque ad hec tempora correxerunt, servata dicta forma, dispensare valeas, auctoritate presentium indulgemus. Preterea, licet concubinarios qui ad concubinas suas, post latam ob hoc in eas excommunicationis sententiam[2], in crimine participant criminosis, vinculum majoris excommunicationis in-

1. Le P. Anselme, *Histoire généalogique de la Maison de France*, t. VI, p. 94, indique comme seuls enfants de Guy I de Châtillon, comte de Saint-Paul, tué d'un coup de pierre au siége d'Avignon, en 1226 : 1° Gaucher de Châtillon; 2° Yoland de Châtillon, qui épousa Archambaud IX, sire de Bourbon.

2. Cette pièce, omise d'abord dans la numérotation, a été cotée par erreur CVI[b]; la suivante est régulièrement cotée CVIII, mais cette cote CVIII est le résultat d'une correction.

1. D'après Raynaldi, *Annales*, t. XIII (1646), p. 537, année 1239, § 66, avec l'indication : « *fragm.* » ; Raynaldi ne donne en effet, — et d'une manière bien incorrecte, — qu'un court extrait de cette pièce, depuis : « Metropolitanus in coronatione.. », jusqu'à : « ...vel necessitas id exposcat. » Potthast attribue à cette lettre, non datée dans Raynaldi, la date *X kalendas septembris* (23 août).

2. Il semble qu'il faille suppléer ici, pour le sens comme pour le rythme, un mot tel que « redeuntes ».

volvat, alii tamen clerici qui cum eis sic ligatis scienter dormire presumunt, majori[s] excommunicationis sententia non ligantur. Ceterum, tectis et edificiis ligneis ecclesiarum incendio destructis omnino, parietibus tamen integris et tabula altaris in suo statu remanentibus, et si ipsi parietes fuerint decrustati, non debet propter hoc ecclesia, etiam si testudinata non fuerit, denuo conservari, licet de novo predicta tecta et edificia fuerint reparata. Salarium quod laici, accedentibus voluntatibus prelatorum, in dedicationibus ecclesiarum ministris episcoporum pro labore suo statuerunt debere persolvi, cum id statuere de jure nequiverint, nec exigi ab eisdem laicis nec exactum recipi poterit absque vitio symonie[1]. Clerici quoque volentes ad ordines promoveri, qui, de sua scientia diffidentes, clericis litteratis munera paciscuntur, ut auribus suis latenter in examinatione susurrent quid examinantis interrogationibus debeant respondere, removeri debent ab ordinibus sic susceptis; et recipientes hujusmodi munera sunt adeo suspendendi, donec super hoc mereantur gratiam impetrare. Cum vero examinator ordinandorum scolares suos, ob litterature defectum ad ordinum susceptionem indignos, nullo dato, promisso vel retento, modum docet sophistice respondendi, ut sic digni ad ordines reputentur, idem examinator est ob hoc, donec super hiis mereatur gratiam, graviter puniendus; et clerici sic promoti sunt a susceptis taliter ordinibus repellendi. Sacerdos autem in quem omnes parrochiani unanimiter consenserunt, ut eum ad parrochialem ecclesiam diocesano episcopo presentarent, ad ipsum[2] tamen episcopum ob hoc accedere, timentes sibi pro nimia temporis et viarum asperitate, recusant, si, primo omnium manente consensu, duobus ex ipsis dumtaxat, labores eorum et operas conducendo, aliquam exolvit pecuniam vel promittit, ut, de mandato omnium procedentes, eidem episcopo super hoc vota insinuent aliorum, symonie vitium non committit. Ad hec metropolitanus in coronatione regis, benedictionibus abbatum seu regalium nuptiarum, in missarum celebratione, alio die quam [qui] in ecclesie sue privilegio sit expressus, nequaquam palleo uti debet; verumtamen fraternitati tue ut, si forsan te regem coronare contingat, eo die palleo uti possis, presentibus indulgemus, dum tamen evidens utilitas vel necessitas id exposcat. Item ei qui, pro mortali crimine occulte commisso, penitentiam agere incepit indictam, si postmodum illud crimen efficiatur publicum, nichilominus est sibi publica penitentia injungenda, cum super occulta ejus penitentia unius credi non debeat testimonio sacerdotis. Dat. Anagnie, VIIII kalendas septembris, anno tertiodecimo. »

1. Cf. *supra*, n° 4912.

2. La phrase : « ad ipsum tamen ... recusant », ne se rapporte pas grammaticalement à ce qui précède, et pourrait être mise entre parenthèses.

4916 Anagni, 23 août 1239.

Regem Daciae, conquerente episcopo Roscildensi, monet et rogat quatenus hunc abusum, « videlicet quod, si duodecim » testes, qui *nominati* dicuntur ..., juramento affirmaverint » quod decedens aliquid in testamento nulli dimiserit, decedentis dispositio infirmatur », quamquam contrarium per authenticas litteras et testes probetur, unde testamentorum exsecutio impediebatur, de regno suo penitus aboleri studeat. — (Reg. 19, f. 127 [121] r° ; ann. XIII, c. 109 ; — Moreau 1192, f. 372, ex Raynaldo ; — Potthast 10780 ; — cf. *supra*, n° 3815.)

« .. *illustri regi Dacie*. Sua nobis venerabilis —. Dat. Anagnie, X kalendas septembris, anno tertiodecimo. »

4917 Anagni, 20 août 1239.

Magistro Bernardo, subdiacono suo, canonico Patracensi, mandat quatenus J., magistrum, et fratres hospitalis Sancti Jacobi de Andrevilla in possessionem ejusdem hospitalis et bonorum ad illud spectantium, quibus a praeceptore et fratribus domus Sanctae Mariae Theutonicorum de partibus Romaniae, [Godefridi de Villa Harduini,] principis Achaïae, favore suffultis, spoliati fuerant, reducat, et faciat eis de fructibus inde, durante spoliatione, perceptis satisfieri ; quod si praedicti Theutonici se in eodem hospitali jus aliquod habere proponant et de ipso voluerint experiri, partibus terminum praefigat, quo apostolico conspectui se praesentent ; aliis mandatis ad idem negotium pertinentibus adjectis. — (Reg. 19, f. 127 [121] v° ; ann. XIII, c. 110 ; — cf. *supra*, n° 3878.)

« *Magistro Bernardo, subdiacono nostro, canonico Patracensi*. J., magister, [et] J. et R., fratres hospitalis Sancti Jacobi de Andrevilla, in nostra proposuerunt presentia constituti quod, cum hospitale ipsum constructum fuerit ad receptionem pauperum et egrorum, .. preceptor et fratres domus Sancte Marie Teutonicorum de partibus Romanie, volentes illud suis usibus applicare, nobilis viri .. principis Achaïe, qui pro ejus patrono se gerit, favore suffulti, illud contra justitiam occuparunt, a quibusdam fratribus ejus obedientiam extorquendo, et mancipando dictum magistrum custodie carcerali, non sine injectione manuum violenta,

et, procurantes ex parte dicti principis in presentia nostra proponi quod idem hospitale erat in spiritualibus et temporalibus sic collapsum, quod non credebatur nisi per ordinem eorum posse de facili reformari, et quod magister et fratres hospitalis ejusdem volebant ad ipsum ordinem se transferre, tacito quod jam illud occuparunt, ut superius est expressum, et quod eundem magistrum in carcere detinebant, venerabili fratri nostro .. Coronensi episcopo ejusque collegis[1] dari obtinuerunt nostris litteris in mandatis, ut, si res taliter se haberet, illud eis concedere et ipsorum incorporari ordini procurarent. Qui, dictis preceptori et fratribus domus Sancte Marie Teutonicorum plus debito favorabiles existentes, eodem magistro propter hoc apud Sedem Apostolicam constituto, dictum hospitale prefato ordini, post appellationem ad Sedem Apostolicam a quibusdam ipsius hospitalis fratribus legitime interjectam, de facto, cum de jure nequiverint, super premissis veritate non cognita, concesserunt. Et quamquam dicti magister et fratres ipsius hospitalis super hoc ad .. Corinthiensem et .. Argolicensem archidiaconos et magistrum Th., subdiaconum nostrum, Coronensem canonicum, nostras litteras impetrarint, per eas tamen, propter absentiam duorum ex judicibus ipsis, in partibus Ytalie commorantium, nondum aliquatenus est processum. Unde nobis humiliter supplicarunt ut super hujusmodi gravaminibus providere ipsis paterna sollicitudine curaremus. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, dictos magistrum et fratres in possessionem hospitalis ipsius et bonorum ad illud spectantium, amotis inde quibuslibet illicitis detentoribus, auctoritate nostra reducens, facias eis de fructibus exinde, durante spoliatione, perceptis satisfactionem debitam exhiberi; contradictores [etc., usque :] compescendo; factaque restitutione, si dicti preceptor et fratres Sancte Marie Teutonicorum se in eodem hospitali jus aliquod habere proponant et de ipso voluerint experiri, prefigas partibus terminum peremptorium competentem, quo se nostro conspectui representent, facture et recepture quod ordo dictaverit rationis. Quod si de hujusmodi manuum injectione et incarceratione tibi constiterit, eos qui tale sacrilegium commiserunt, tamdiu excommunicatos publice nunties et ab omnibus facias artius evitari, donec passo injuriam sa[tisfecerint] compe[tenter] etc., usque : absolvendi. Dat. Anagnie, XIII kalendas septembris, anno tertiodecimo. »

1. La pièce 3878, visée ici, est adressée : « .. electo Coronensi, .. abbati et .. priori de Saracaz, Corinthiensis diocesis. »

4918 Anagni, 1er septembre 1239.

Godefrido de Villa Harduini, principi Achaïae, de eadem re scribit, eumque monet et hortatur quatenus eidem magistro Bernardo in exsecutione praedicti mandati apostolici se non opponat. — (Reg. 19, f. 127 [121] v°; ann. XIII, c. 111.)

« *Nobili viro G[odefrido de Villa Harduini], principi Achaïe.* J., magister, et J. ac R., fratres hospitalis Sancti Jacobi de Andrevilla etc., ut supra, usque : applicare, ipsos exinde per .. castellanum tuum de Claromonte violenter eici procurarunt illudque detinent taliter occupatum. Cum igitur dilecto filio magistro Bernardo, subdiacono nostro, canonico Patracensi, direxerimus scripta nostra ut, si est ita, dictos magistrum et fratres etc., usque : compescendo, nobilitatem tuam rogamus districtius et hortamur, per apostolica scripta mandantes quatenus eidem magistro te aliquatenus non opponas nec aliquem de subditis tuis permittas opponi, quominus dictis magistro et fratribus per restitutionis beneficium valeat subveniri, sed taliter eidem in executione justitie suffrageris, quod devotionem tuam commendare merito valeamus. Dat. Anagnie, kalendis septembris, anno tertiodecimo. »

4919 Anagni, 31 août 1239.

Erico, filio Waldemari, regis Daciae, indulget ut Juitam (= Juttam), filiam [Alberti], ducis Saxoniae, licet eadem ipsum in quarto consanguinitatis gradu attingat, in matrimonium ducere possit. — (Reg. 19, f. 128 [122] r°; ann. XIII, c. 112; — Potthast 10784; — Rodenberg 756.)

« *Nobili viro E[rico], nato karissimi in Christo filii nostri W[aldemari], Dacie regis illustris.* Ex parte karissimi —. Dat. Anagnie, II kalendas septembris, anno tertiodecimo. »

4920 Anagni, 3 août 1239.

Electo Leodiensi mandat quatenus in monasterio Sancti Jacobi Leodiensis, quod, propter J., qui pro abbate se gerebat ibidem, negligentiam et pravitatem, in spiritualibus et temporalibus erat collapsum, corrigenda et reformanda reformet et corrigat; quod si praedictum J. ab ejusdem coenobii administratione duxerit amovendum, conventui terminum competentem praefigat, quo sibi per electionem canonicam de abbate provideant. — (Reg. 19, f. 128 [122] r°; ann. XIII, c. 113; — J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*,

in *Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte*, t. III (1889), p. 200, nº 16.)

« .. *electo Leodiensi.* Ex insinuatione majoris[1] et sanioris partis conventus monasterii Sancti Jacobi Leodiensis, ordinis sancti Benedicti. nos noveris accepisse quod, licet olim monasterium ipsum, occasione electionis de J., qui pro abbate se gerit ipsius, minus canonice celebrate, fuisset diversis litigiis laceratum, et tandem auctoritate dilecti filii nostri O[ttonis], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis. tunc in partibus illis Apostolice Sedis legati, electio ipsa cassata, tam electionis vitio quam electi : idem tamen, perjurus, symoniacus et pluribus aliis criminibus irretitus, per ambitionis audaciam ipsius monasterii regimen adipiscens. dato virtutibus libello repudii, cum vitiis sic contraxit, quod non tam monachus quam demoniacus dici possit. cum detinere presumat publice concubinam, ex qua duas filias procreavit; et, asserens secum super hoc auctoritate apostolica dispensatum, abjecta prorsus modestia monachali et incontinentie publice lassatis[2] abenis, bona dicti monasterii dilapidare presumit. eadem in usus illicitos convertendo, et alias non servando regularia instituta nec faciendo a subditis observari ; propter quod monasterium ipsum adeo graviter in spiritualibus et temporalibus est collapsum, quod, nisi ei per Sedis Apostolice providentiam celeriter succurratur, vix adiciet ut resurgat[3]. Quare nobis fuit humiliter supplicatum ut super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Nolentes igitur hec, si vera sunt, sub dissimulatione transire, ne aliena culpa incipiat esse nostra, si eam dimiserimus incorrectam, discretioni tue, de qua plenam in Deo fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus quatenus, personaliter accedens ad locum et habens pre oculis solum Deum, excommunicationis sententia, si quam in A. et W., monachos dicti monasterii, vel alios adherentes eisdem. ab ipso abbate inveneris promulgatam postquam dicti A. et W. iter arripuerunt propter hoc ad nostram presentiam veniendi, relaxata penitus ad cautelam, corrigas et reformes ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noveris indigere, duobus vel tribus monachis hujusmodi negotium prosequentibus, faciendo expensas ad hoc necessarias de bonis prefati monasterii ministrari. Quod si dictum J. ab amministratione ipsius cenobii duxeris amovendum, injungas conventui ut infra terminum competentem, a te prefigendum, sibi provideant per electionem canonicam de abbate, alioquin tu extunc ei studeas de persona idonea providere. Contradictores etc. Dat. Anagnie, III nonas augusti. anno tertiodecimo. »

1. *Ms.* : Ex insinuatione .. majoris.

2. La forme *lassare* pour *laxare* est relevée par Du Cange, au au mot *lassare*[2].

3. Cf. Ps. XL, 9.

4921 Anagni, 31 juillet 1239.

Electo Leodiensi et abbati Altae Cumbae, Gebennensis dioecesis, diversa mandata dat super correctione et reformatione monasterii Clusini. Taurinensis dioecesis. — (Reg. 19, f. 128 [122] vº ; ann. XIII, c. 111 ; — cf. J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Römische Quartalschrift* etc., t. III (1889), p. 199, nº 15, et J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 140, nº 208[1].)

« .. *electo Leodiensi et .. abbati Alte Cumbe. Gebennensis diocesis.* Ad audientiam nostram frequenti clamore pervenit quod monasterium Clusinum, Taurinensis diocesis. quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, per malitiam habitantium in eodem in spiritualibus et temporalibus. quibus ab antiquo floruit, adeo graviter est collapsum. quod, nisi per Apostolice Sedis providentiam succurratur, vix adicere poterit ut resurgat[2] —. Mandamus quatenus — corrigatis et reformetis ibidem, tam in capite quam in membris. que, secundum Deum et beati Benedicti regulam, correctionis et reformationis officio noveritis indigere. Monachos autem quos ibidem inveneritis pestilentes. exinde penitus amovere ac in aliis locis ejusdem ordinis collocare. nec non aliunde assumere aliquos monachos ipsius ordinis. honeste conversationis et vite. ac in prefato monasterio. loco ipsorum. substituere auctoritate nostra curetis. Quod si abbatem ejusdem monasterii per vos ab ejus regimine contigerit amoveri. talem substituatis ibidem. per cujus industriam in spiritualibus et temporalibus prefatum monasterium, actore Domino, relevetur, faciendo ei munus consecrationis impendi et a subditis suis obedientiam et reverentiam exhiberi ; contradictores etc. ; recepturi ab eo nichilominus pro nobis, Ecclesie Romane nomine, fidelitatis solite juramentum. juxta formam quam vobis sub bulla nostra mittimus interclusam ; formam autem juramenti quod ipse prestabit,

1. Kirsch et Bernoulli ne donnent de cette pièce qu'une simple analyse.

2. Cf. Ps. XL, 9.

de verbo ad verbum per ejus patentes litteras, suo sigillo signatas, per proprium nuntium quamtocius destinetis. Dat. Anagnie, II kalendas augusti, anno tertiodecimo. »

4922 Anagni, 6 septembre 1239.

Abbati et conventui monasterii Sancti Petri Carnotensis, ordinis sancti Benedicti, — litigantibus cum decano Carnotensi, super jure archidiaconali quod idem decanus praetendebat in civitate Carnotensi et ejus balleugua, infra quarum terminos dictum monasterium situm erat, et, archidiaconatus ratione, super his quae ad jurisdictionem, correctionem et visitationem pertineant, — significat se eos ab impetitione praedicti decani super omnibus quae petebat, absolvisse, et eidem decano super illis perpetuum silentium imposuisse[1]. — (Reg. 19, f. 128 [122] v°; ann. XIII, c. 115; — Potthast 10937[2].)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancti Petri Carnotensis, ordinis sancti Benedicti*. Dudum inter vos, ex parte una, et .. decanum Carnotensem, ex altera, super subjectione monasterii vestri questione suborta, et causa diversis judicibus ab Apostolica Sede commissa, decanus ipse proposuit quod jus archidiaconale habebat in civitate et balleugua Carnoten[sibus], infra quos terminos vestrum monasterium situm erat. .. episcopo et capitulo Carnotensibus ratum habentibus quod idem in hac causa duceret faciendum : et ob hoc petebat a vobis ut sibi obediretis in hiis que pertinebant ad jurisdictionem, correctionem et visitationem ad jus archidiaconale pertinentem, videlicet ut coram ipso responderetis conquerentibus et juri staretis, et justas ejus sententias servaretis, citati etiam ab ipso veniretis, et mandata[3] ejus honesta et secundum Deum facta, de correctione excessuum et aliis que solent et possunt archidiaconi rationabiliter injungere, audiretis et servaretis, abbati [debita] obedientia et regula vestra salvis ; petebat etiam ut abbas qui tunc erat, sententiam suspensionis ab ingressu sui monasterii observaret, quam pro sua contumacia, ut dicebat, tulerat in eundem : penam etiam imponi sibi, eo quod eandem sententiam non servasset, ac eum in expensis occasione appellationis frustratorie factis, quam interposuerat, tam ab eodem decano quam [..] episcopo Carnoten[si] et .. officiali Senonensis archiepiscopi, condempnari. Fuit autem ex parte vestra responsum quod non debebatis .. decano Carnotensi obedientiam archidiaconalem, nec decanus habebat in vobis jurisdictionem, nec correctionem nec visitationem archidiaconalem, nec tenebamini coram ipso respondere conquerentibus, neque ejus sententias observare, nec ad citationes suas venire jure archidiaconali, nec mandata ejus observare, nec debebat[1] abbas sententiam suspensionis ab ingressu monasterii sui observare, quam dicebat decanus in ipsum tulisse, aut condempnari in expensis eidem. Lite vero sic legitime contestata, prestitoque de veritate dicenda a partibus juramento, et factis positionibus et responsionibus hinc et inde, tandem processus negotii ad Sedem Apostolicam est remissus. Primo igitur bone memorie .. Albanensi episcopo partibus auditore concesso, ac deinde, post multa temporum intervalla, dilecto filio nostro R[ainerio], Sancte Marie in Cosmidin diacono cardinali, dedimus venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Portuensem[2]. Quo, diligenter meritis ipsius cause discussis, universa nobis fideliter referente, invenimus decanum, inter alia, ista precipue ad suam intentionem proposuisse fundandam, quod archidiaconatus erat in civitate et balleuga Carnotensi[bus], qui decanatui [ita] habebatur annexus, ut, eo quod promovebatur aliquis in decanum, assequebatur eundem ; decanus autem et subdecanus archidiaconi erant archidiaconatus illius, utpote qui jura ibi archidiaconalia exercebant ; fama hoc etiam attestante, quod aliqui monachi monasterii vestri coram decano litigarunt et respondere [debuerunt] citati, abbate ad citationem ipsius vel subdecani nichilominus aliquando accedente ; interdictum etiam ab eisdem in civitate positum observastis : quod jus archidiaconale competebat eisdem ex consuetudine jam prescripta ; et parrochia Sancti Hilarii decano tanquam archidiacono suberat, in qua existebat monasterium memoratum ; ac ex pronuntiatione bone memorie .. Albanensis episcopi, decan[um] et subdecan[um] predictarum civitatis et balleug[ue] fore archidiacon[os] apparebat, nec non per litteras prelatorum plurium, et

1. Déjà, le 29 mars 1223, Honorius III avait donné une bulle relative à ce différend (Pressutti, *Regesta Honorii papae III*, t. II [1895], p. 120, n° 4267).

2. A la date du 6 septembre 1240, au lieu de 1239, d'après B. Guérard, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, II, 692; Guérard ne donne d'ailleurs de cette pièce qu'une courte analyse.

3. Le membre de phrase : « mandata ejus... vestra salvis », a été ajouté dans la marge extérieure.

1. Le membre de phrase : « [debe]bat abbas... expensis eidem », a été ajouté dans la marge extérieure.

2. Il semble qu'il faille suppléer ici : « eisdem partibus auditorem. »

etiam aliorum. Ex parte autem vestra repperimus fuisse responsum quod archidiaconatus probari non poterat, cum nomen juris existat, et que sunt juris, visui non subsistant, nisi factum fuisset ostensum, ex quo jus posset[1] hujusmodi processisse; sed nec ex privilegio seu prescripta consuetudine archidiaconatus extitit, cum de jure communi non esset aut ecclesie institutione. probatus: quo non ostenso, nec poterat probari connexus, quia non existenti substantivo non valet attribui adjectivum: unde testes ad illud inducti fidem minime faciebant, causam sue scientie non reddentes, licet solam eorum attestationem, cum de causa interrogati non fuerint, pars altera dixerit suffecisse. Debuisset etiam decanus ostendere archidiaconatum, quem se habere dicebat, ex privilegio vel indulgentia Sedis Apostolice retinere, cum nequaquam id sibi de jure liceret, maxime cum, ratione decanatus, solum curam se animarum canonicorum habere, ac, ratione archidiaconatus, hominum infra balleug[uam], in judicio fateretur; et ideo in prescribendo archidiaconatum habere non potuit bonam fidem: sed personatus ipsos non tanquam duos se habere dicebat, sed, ratione connexitatis, ut unum. Quod autem decanus et subdecanus essent archidiaconi, probatum non extitit, cum testes insufficientem causam reddiderint requisiti, deponentes eos esse archidiaconos, quia citabant, cognoscebant de causis, tollebant emendas, excommunicabant et absolvebant homines civitatis et balleug[ue], ac interdicebant ecclesias, nec non visitabant easdem, corrigendo in ipsis ea que corrigenda videbant; in quibus omnibus obediri dicebant eisdem. Per exercitium siquidem horum et observantiam, archidiaconalis juris proprietas vel quasi minime probabatur, presertim cum non fuisset ostensum eos hoc jure tanto tempore usos esse, quod ad prescriptionem legitimam pervenisset, quamvis unus testium, sexagenarium se asserens, sic ipsos uti a tempore quo istud intelligere potuit, alter per quadraginta annos et amplius, reliquus vero, juxta credulitatem suam, per quadraginta dixerint se vidisse, cum primus contestem sui temporis non haberet et alias indeterminate deponeret, ac post tempora pubertatis diu aliqui discretione seu indulgentia caruissent, et secundus et tertius, quorum alter de credulitate solummodo deposuerat, subducto quinquennio quod jam effluxerat, cum testes recepti fuerunt a tempore litis mote, prescriptionem quadragenariam, cujus etiam non fuit ostensus titulus, non probarant[2], licet in reo [soleat[1]] solum tempus hujusmodi deducendum, non in actore; sed ei prodesse potius proposuit pars adversa, et, quinquennio etiam predicto summoto, nichilominus, secundum eorum alterum, qui dixit (se[2]) quadraginta annis et amplius se vidisse, tempus sufficiens remaneret, non obstante quod hec adjectio pluris ad modicum ferebatur, cum esset secundum precedentia ipsius interpretatio facienda; et ideo debebat hic quinquennium tempus modicum reputari, respectu temporis precedentis. Nec fuit abbatem monasterii vestri aut ipsius monachos decani vel subdecani jurisdictionem subiisse, probatum: et, si aliquando subiissent, monstratum non extitit eos hoc de abbatis mandato fecisse. De parrochia quoque Sancti Hylarii, quod esset, tanquam archid[iacono], subjecta decano, et in qua monasterium existeret sepedictum, non fuit[3] sufficienter ostensum; cum et si fuisset, et de archidiaconatu etiam, quod foret in civitate et balleug[ua] prefatis, in nullo tamen nominato decano poterat suffragari, cum nec se archidiaconum esse nec jus archidiaconale in premissis habere aliquatenus ostendisset; ac etiam ex eo nec archidiaconatum decanatui fuisse connexum. Neque juvabat eum predicti pronuntiatio Albanensis, quia non pronuntiaverat absolute decanum et subdecanum fore archidiaconos civitatis et balleug[ue] Carnoten[sium], sed utriusque partis, in omnibus que, secundum jus, vellent super hoc proponere, jure salvo; et jam liquebat istud nullatenus esse probatum. Nec etiam sua fundabatur intentio per litteras antedictas; non enim testimoniis, sed testibus est credendum. Nos igitur, hiis et aliis hinc inde propositis diligenter inspectis, cum decanus Carnotensis non probasset[4] decanum Carnotensem jus archidiaconale habere in civitate et balleug[ua], propter quod predicta petebat, et in probatione predictorum penitus defecisset, cum super hiis solum petitorium intentasset: ab impetitione decani Carnotensis super omnibus supradictis petitis vos et vestrum monasterium, de consilio fratrum nostrorum, absolvimus, decano Carnotensi super illis perpetuum silentium imponentes. Dat. Anagnie, VIII idus septembris, anno tertiodecimo. »

1. Ou « possit »; il y a dans ce mot une surcharge.
2. *Sic*, peut-être pour *probarent*.

1. *Ms.* : in reo solum tempus.
2. *Ms.* : dixit se quadraginta. — Ce premier *se* fait double emploi avec le *se* de : « amplius *se* vidisse », lequel est nécessaire pour le rythme et doit être conservé.
3. *Ms.* : fuisset.
4. Les dernières lignes de cette pièce, depuis : « non probasset decanum Carnotensem... », jusqu'à la date exclusivement, ont été refaites dans le *Registre*.

4923 Anagni, 1er septembre 1239.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus magistrum Ricc[ardum] de Gard., decanum ecclesiae Sancti Patricii Dublinensis, reducat in possessionem ecclesiae de Tunebrigg. (= Tunbridge), Roffensis dioecesis, ad quam fratres Hospitalis Hierosolymitani in Anglia, eam vacare credentes, P., clericum, Roffensis dioecesis, eidem legato praesentarant, et quam deinde Roffensis episcopus, loci dioecesanus, Foberto, clerico de Doveria, Cantuariensis dioecesis, contulerat. — (Reg. 19, f. 129 [123] v°; ann. XIII, c. 116; — J. Delaville Le Roulx, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II, p. 572, n° 2239.)

« O[ttoni], *Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato*. Magister Ricc[ardus] de Gard., decanus ecclesie Sancti Patricii Dublinensis, sua nobis petitione monstravit quod, cum venerabilis frater noster .. archiepiscopus Dublinensis sibi a nobis dudum obtinuerit indulgeri, ut cum duobus viris litteratis, quos ad suum consilium duceret advocandos, quod duo beneficia curam animarum habentia insimul obtinerent, posset auctoritate apostolica dispensare : dictus archiepiscopus, ipsum Ricc[ardum], rectorem ecclesie de Tunebrigg., Roffensis diocesis, ad consilium suum advocans, cum eo, auctoritate indulgentie supradicte, ut duo beneficia obtinere valeret curam animarum habentia, dispensavit, prout in ipsius archiepiscopi litteris exinde confectis plenius continetur. Cumque postmodum prefatus Ricc[ardus] fuisset canonice ad ipsius decanatus officium evocatus, illum recipiens demum auctoritate dispensationis hujusmodi, una cum ecclesia retinuit supradicta. Sed fratres Hospitalis Jerosolimitani in Anglia, eandem ecclesiam ex hoc de jure vacare credentes, hujusmodi dispensationis ignari, ad ipsam P., clericum, Roffensis diocesis, tibi de facto, cum de jure nequiverint, presentarunt; et cum super hoc in tua presentia inter prefatos R[iccardum] et P. questio verteretur, venerabilis frater noster .. Roffensis episcopus, loci diocesanus, utens arbitrio proprie voluntatis, Foberto, clerico de Doveria, Cantuariensis diocesis, conferre presumpsit eandem, in ipsius decani prejudicium et gravamen —. Dat. Anagnie, kalendis septembris, anno tertiodecimo. »

4924 Anagni, 12 septembre 1239.

Episcopo Portuensi, apostolico legato, late scribit de Raymundo Bernardi, priore de Manso, quem abbas de Condomio a possessione bonorum de quibus in prioratu de Causdrot eidem priori auctoritate apostolica fuerat provisum, violenter ejecerat, cui abbates de Aureliaco et de Sarlaco, nec non priores Sancti Caprasii, Sancti Sacerdotis (= Saint-Sardos) et [Sanctae Mariae] de Portu[1] provisionem eidem priori in ipsorum monasteriis et prioratibus assignatam, solvere denegabant, et quem Amalvinus de Blancafort (= Blanquefort) clericus, Agennensis dioecesis, super parte provisionis eidem priori factae in praefato prioratu Sancti Sacerdotis, laedebat, illam partem per violentiam detinendo ; unde ei mandat quatenus praefatos abbates et priores, ac quosdam alios illius turbatores, compellat ut eidem priori praefatam provisionem persolvant, subtracta restituant, ac de damnis, injuriis et expensis satisfactionem exhibeant ; insuper, quod eidem priori de sua provisione deficiat, supplere et etiam augmentare procuret in Claromontensi, Burdegalensi, Vasatensi et Agennensi civitatibus et dioecesibus, in quibus Tornacensis episcopus, apostolicus legatus, ac postmodum Engolismensis episcopus ejusque collegae certam provisionem eidem priori de Manso auctoritate apostolica assignaverant, nec non in aliquibus ecclesiis vel monasteriis legationis ipsius episcopi Portuensis[2]. — (Reg. 19, f. 129 [123] v°; ann. XIII, c. 117; — Moreau 1192, f. 379; — cf. *supra*, n° 2679.)

« .. *episcopo Portuensi, Apostolice Sedis legato*. Sua nobis dilectus filius R[aymundus] Bernardi[3], prior de Manso, conquestione monstravit quod, cum venerabiles fratres nostri .. Tornacensis, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatus, ac postmodum [..] Engolismensis episcopi, et collegę sui ac subdelegati eorum, sibi certam provisionem in diversis locis Claromontensis, Burdegalensis, Vasatensis et Agennensis civitatum et diocesum, quamvis non integre, auctoritate nostra duxerint assignandam, certis ab ipsis super hoc executoribus et a nobis conservatoribus deputatis : .. abbas de Condomio dictum priorem a possessione bonorum de quibus in prioratu de Causdrot, diocesis

1. Dans la pièce 2679, on lit : « Sancte Marie de Portu », et non simplement, comme ici : « de Portu. »

2. Une autre expédition de cette même pièce se trouve plus loin, ann. XIII, c. 237; elle est adressée *archiepiscopo Arelatensi*, et porte la date *idibus februarii* (13 février 1240); le texte est identique de part et d'autre, sauf pour deux passages : 1° là où l'expédition du 12 septembre 1239 porte : « ac etiam in aliquibus ecclesiis vel monasteriis et pertinentiis eorumdem *tue legationis* », on lit, dans l'expédition du 13 février suivant : « ac etiam in aliquibus ecclesiis vel monasteriis et pertinentiis eorumdem *Burdegalensis et Auxitane provinciarum*, [*et*] *Caturcensis, Lemovicensis et Tolosane diocesum, vel ipsarum aliqua* » ; — 2° dans la clause : « non obstantibus... constitutione de duabus dietis » etc., aux termes de la première de ces bulles : « ultra *quintam vel sextam* », on a, dans la rédaction de la seconde, substitué : « ultra *decimam*. »

3. La forme complète de ce nom est donnée par la pièce 2732.

Vasatensis, sibi fuerat auctoritate predicta provisum, armata manu violenter ejecit, alias ei dampna gravia et injurias irrogando. Ad hec .. de Aureliaco et .. de Sarlaco[1] abbates et eorum conventus, ac .. Sancti Caprasii, .. Sancti Sacerdotis et .. de Portu priores, ac quidam alii earumdem civitatum et diocesum provisionem eidem in ipsorum monasteriis et prioratibus assignatam, licet quidam eorum aliquando solverint, sibi exhibere denegant, et concessam nichilominus in bonis eorum, ipsum percipere non permittunt; propter quod a predictis episcopis et conservatoribus ac subdelegatis ipsorum diverse fuerunt in eos excommunicationis sententie rationabiliter promulgate; quas quidam eorum per quinquennium et amplius, in animarum suarum periculum, contempnentes, pretextu quarumdam litterarum quas a nobis in forma communi, veritate tacita, impetrasse dicuntur, divina non sunt veriti officia celebrare. Preterea Amalvinus[2] de Blancafort, clericus, Agennensis diocesis, partem provisionis facte dicto priori in prefato prioratu Sancti Sacerdotis, per violentiam, in ejus prejudicium, detinere presumit, latas in turbatores ejusdem a dictis executoribus excommunicationum sententias contempnendo. Verum, cum indignum sit hominem tanti meriti vexationibus hujusmodi pregravari, mandamus quatenus, inquisita super premissis, de plano et sine strepitu judicii, veritate, si rem constiterit ita esse, dictos abbates et priores et conventus eorum ac alios, ut eidem prefatam provisionem persolvant, et ipsam ab eo percipi sine difficultate permittant, ac subtracta restituant, et de irrogatis dampnis et injuriis, ac expensis quas propter hoc subiit, satisfactionem exibeant congruentem, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, com[pellas], eos nichilominus, quod excommunicati celebravere divina, pena canonica castigando. Ceterum, cum dictus prior, qui pro negotio pacis et fidei, per se ac suos, labores plurimos et jacturas irreparabiles pertulisse dinoscitur, ferre imminentia expensarum onera et vix unquam possit a contracta propter hoc debitorum sarcina relevari, presentium tibi auctoritate precipimus quatenus, ipsum provisionis predicte pacifica faciens perceptione gaudere, quod sibi de hujusmodi provisione deficit, juxta mandati nostri tenorem, in suprascriptis civitatibus vel diocesibus supplere, ac etiam in aliquibus ecclesiis vel monasteriis et pertinentiis eorumdem tue legationis, etiam si ordinis Cluniacensis existant, prout, pensatis ipsius meritis, expedire videris, augmentare procures: ita quod, ipso infra tot angustias, propitiantibus nobis, gaudente percepisse solacium, sibi et suis circa Sedem Apostolicam devotionis proveniat incrementum. Contradictores autem —. Non obstantibus aliqua indulgentia concessa predictis ecclesiis et monasteriis, etiam si habeatur in ea quod littere impetrate non valeant, nisi expressam de ipsa vel de illorum ordine fecerint mentionem, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita tamen quod ultra quintam vel sextam aliqui [etc., usque :] non trahantur, et litteris impetratis a Sede Apostolica vel etiam impetrandis, que de predictis plenam non fecerint mentionem. Dat. Anagnie, II idus septembris, anno tertiodecimo. »

1. Dans la pièce 237 de cette même XIII[e] année, on lit : « Sarlato. »
2. Dans la pièce 237 de cette XIII[e] année : « Amalfinus. »

4925 Anagni, 5 septembre 1239.

Eidem scribit de episcopo Agennensi, qui, eundem Raymundum Bernardi, priorem de Manso, multimodis persequens et vexans, decimas Vesalmensis et Cairanensis (= de Bezaume et de Cayran) archidiaconatuum, ad ecclesiam de Manso spectantium, occupaverat, qui excommunicatus in interdictis ecclesiis de Condomio et Sancti Caprasii divina celebraverat, ad illa abbatem de Condomio et priorem Sancti Caprasii, similiter excommunicatos, admittens, et qui in praefata ecclesia de Manso, interdicto subjecta, divina celebraverat, ad ipsa in eadem homines ejusdem loci excommunicatos recipiens; unde ei mandat quatenus praefatum episcopum canonica poena castiget et compellat ut eidem priori et eidem ecclesiae de Manso sublata restituat, de damnis illatis et injuriis congruam eisdem satisfactionem impendat, nec non et ab eorundem persecutione desistat; similia mandat de Montaldo, canonico Agennensi, qui diversis modis eosdem priorem et ecclesiam de Manso molestaverat, et quem tamen decanus Sancti Severini Burdegalensis ab excommunicationum sententiis quibus propter hoc fuerat auctoritate apostolica innodatus, absolverat[1]. — (Reg. 19, f. 130 [121] r°; ann. XIII, c. 118 ; — Moreau 1192, f. 377.)

« *Eidem*. Dilecto filio R[aymundo] Bernardi, priore de Manso, accepimus conquerente, quod, cum .. episcopus Agennensis, pro eo quod decimas Vesalmensis [et] Cairanensis archidiaconatuum, ad ecclesiam suam de Manso de jure spectantium, contra justitiam occu-

1. On trouvera plus loin (ann. XIII, c. 238) une autre rédaction de cette même bulle, rédaction où ont été introduites quelques modifications et surtout des additions importantes; cette autre rédaction est adressée, comme la seconde expédition (ann. XIII, c. 327) de la pièce précédente, *archiepiscopo Arelatensi*, et porte la date *XVI kalendas martii* (= 14 février 1240).

parat, per magistrum P., archipresbiterum de Begio[1], Burdegalensis diocesis, delegatum a nobis, fuisset, exigente justitia, excommunicationis vinculo innodatus : ipse, hujusmodi sententiam vilipendens, in interdictis ecclesiis de Condomio et Sancti Caprasii divina temere celebrare, et in ipsis ad illa .. abbatem et .. priorem earum, excommunicationis sententia, pro dampnis et injuriis que dicto priori nequiter intulerunt, auctoritate nostra ligatos, ac in illa per quinquennium et amplius pertinaciter persistentes, dampnabiliter admittere non expavit, in prefata ecclesia de Manso, interdicto subjecta, in qua nullam prorsus jurisdictionem obtinet, divina celebrans, et ad ipsa nichilominus in eadem recipiens homines loci ejusdem, pro multis offensis per ipsos dicto priori et jamdicte illatis[2] ecclesie, auctoritate predicta excommunicationis vinculo innodatos. Preterea dictus episcopus, infringendo libertates, et Montaldus, canonicus Agennensis, jura usurpando ejusdem ecclesie, dictum priorem, nobilis viri .. comitis Tolosani favore suffulti, immaniter persequi non verentur. Dictus etiam canonicus per G., nepotem suum, .. sacristam ipsius ecclesie capi et diu fecit in vinculis detineri, ecclesias, decimas, redditus, possessiones et alia bona ejusdem ecclesie que per violentiam occupavit, restituere denegando; et, licet propter hoc auctoritate apostolica diversis excommunicationis sententiis fuerit innodatus, ab illis tamen, postquam dictus prior iter arripuit ad Sedem Apostolicam veniendi, per .. decanum Sancti Severini Burdegalensis, litterarum occasione quarumdam ad .. abbatem Sancti Salvatoris, Burdegalensis diocesis, cujus se subdelegatum dicebat, super hoc in forma communi a Sede Apostolica obtentarum, fuit de facto, eo irrequisito, et nulla satisfactione prestita, absolutus. Verum, cum sepedictus prior, in exilio positus et concursu tribulationum exhaustus, litigiis vacare non possit, mandamus quatenus, inquisita super premissis, de plano et sine strepitu judicii, veritate, si rem constiterit ita esse, prefatum episcopum, pro eo quod excommunicatus celebrare divina et excommunicatos ad illa presumpsit in locis interdictis admittere, canonica pena castigans, ipsum et prenominatum canonicum, quod eidem priori et ecclesie memorate predicta sublata restituant, et de illatis dampnis et injuriis congruam satisfactionem impendant, et ab eorumdem persecutione desistant, monitione premissa, auctoritate nostra, cessante appellatione, compellas, et, dictum M[ontaldum] reducens in pristinas excommunicationis sententias, facias eas, sicut rationabiliter sunt prolate, auctoritate nostra, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus constitutione de duabus dietis [etc., usque :] ita quod ultra quintam vel sextam pars [etc., usque :] non trahatur, sive litteris a Sede Apostolica impetratis [etc., usque :] mentionem. Dat. Anagnie, nonis septembris, anno tertiodecimo. »

1. Dans la pièce 238 de cette même XIII[e] année : « Bogio. » — Dans les deux bulles il s'agit d'un archiprêtre de Buch (Gironde).
2. *Ms.* : illate. — Dans la pièce 238 sus-indiquée : « illatis. »

4926 Anagni, 12 septembre 1239.

Eidem significat Soranum episcopum, tunc in partibus illis apostolicum legatum, sententias excommunicationis in comitem Tholosanum et in Willelmum Arnaldi, senescalcum Agennensem ejusdem comitis, nec non interdicti in terram ejusdem comitis, a decanis Sancti Andreae Burdegalensis et Sancti Severini Burdegalensis, propter spoliationem Raymundi Bernardi, prioris de Manso, auctoritate apostolica prolatas, perperam relaxavisse, et in ipsum priorem, occasione procurationis in ecclesia sua de Manso ipsi episcopo Sorano non solutae, excommunicationis sententiam, post iter ab eodem priore ad Sedem Apostolicam veniendi arreptum, promulgasse ; unde ei mandat quatenus sententiam in eundem priorem latam denuntiet non tenere, et, praedictos comitem, cum terra ejus, et senescalcum in pristinas sententias reducens, faciat easdem usque ad satisfactionem condignam observari[1]. — (Reg. 19, f. 130 [124] v° ; ann. XIII, c. 119 ; — cf. *supra*, n. 1574 et 2732.)

« *Eidem.* Dilectus filius R[aymundus] Bernardi, prior de Manso, proposuit humiliter coram nobis quod, cum nobilis vir .. comes Tolosanus ipsum et ecclesiam suam villa de Manso, ac seculari justitia et ipsius dominio, ad dictam ecclesiam pertinentibus pleno jure, nec non aliis bonis suis contra justitiam spoliasset, ab hominibus dicte ville juramentum fidelitatis extorquens : tandem dictus prior per .. Sancti Andree et .. Sancti Severini decanos Burdegalen[ses] fuit ad predicta omnia, cognitis cause meritis, auctoritate apostolica sententialiter restitutus, perceptis inde medio tempore, vel que percipi potuerunt, nichilominus adjudicatis eidem, ita quod sibi congrua satisfactio fieret de expensis quas propter hoc subiit, ac dampnis et injuriis irrogatis. Et quia dictus comes, ipsorum sententie contumaciter parere recusans, in .. priorem eundem, per se ac Willelmum Arnaldi, senescalcum suum Agennensem, durius solito seviebat, ipsi primo in eos excommunica-

1. Cf. *infra*, la pièce 239 de cette même XIII[e] année.

tionis, demum vero, crescente ipsius comitis contumacia manifesta, in terram ejusdem et locum ad quem deveniret, auctoritate nostra, interdicti sententias, exigente justitia, protulerunt. Postmodum vero, mandantibus nobis ipsas usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, que, faciente comitis memorati protervia, fuerunt, ut decuit, aggravate, venerabilis frater noster .. Soranus episcopus, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatus, voluntatis arbitrium rationi preferens, irrequisito dicto priore, sententias ipsas, nulla satisfactione prestita, perperam relaxavit, in ipsius dispendium et memorate ecclesie non modicum detrimentum. Quid plura? dictus episcopus, audito quod idem ad nostram presentiam accedebat, commotus durius contra ipsum occasione procurationis in eadem ecclesia de Manso sibi, ut dicitur, non solute, in ipsum priorem, super hoc minime requisitum, post arreptum iter hujusmodi fecit de facto excommunicationis sententiam promulgari. Verum, cum idem, propter paupertatis opprobrium et angustias exilii coactus miserabiliter experiri, procurationem eandem nec teneretur nec posset exolvere, eo quod possessione ipsius ecclesie noscitur per jamdictum comitem destitutus, nos, circa ipsum, qui obtentu ecclesiastice libertatis allligitur, paterne ducti compassionis affectu, mandamus quatenus, inquisita super premissis, de plano et sine strepitu judicii, veritate, si rem constiterit ita esse, dictam sententiam denuntians non tenere, [ac] dictos comitem, cum terra sua, et senescalcum, nisi prefato priori et ecclesie sue, infra terminum competentem quem sibi prefigendum duxeris, plene satisfecerint de premissis, extunc in pristinas reducens sententias, facias ipsas, sicut rationabiliter etc., ut supra, usque in finem. Dat. Anagnie, II idus septembris, anno tertiodecimo. »

4927 Anagni, 13 juillet 1239.

Electo Leodiensi indulget ut, cum ipsum venire contigerit ad loca ipsius dioecesis interdicta, ei liceat, « excommuni- » catis et interdictis exclusis, januis clausis, voce suppressa » et non pulsatis campanis, audire divina », nisi hoc ipsum ei fuerit expresse interdictum, aut ipse vel ejus officiales causam interdicto dederint. — (Reg. 19, f. 130 [121] v°; ann. XIII, c. 120; — cf. J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte*, t. III (1889), p. 199, n° 13 [1].)

« .. *electo Leodiensi*. Attendentes sinceritatis affectum —. Dat. Anagnie, III idus julii, anno tertiodecimo. »

1. Simple analyse.

4928 Anagni, 13 juillet 1239.

Eidem indulget ut nullus in eum, absque Sedis Apostolicae speciali mandato de hac indulgentia mentionem faciente, excommunicationis sententiam proferre valeat. — (Reg. 19, f. 130 [124] v°; ann. XIII, c. 121; — cf. J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Römische Quartalschrift*..., t. III (1889), p. 199, n° 14 [1].)

« *Eidem*. Attendentes etc. —. Dat. ut supra. »

4929 [Anagni ?] 7 juillet ? 1239 [2].

Willelmo de Sabaudia, procuratori ecclesiae Valentinae, significat se, ad ipsius Willelmi preces, ejusdem ecclesiae concessiones et libertates a Romanis Pontificibus nec non ab imperatoribus aliisque eidem indultas, confirmare. — (Reg. 19, f. 130 [121] v°; ann. XIII, c. 122; — Moreau 1192, f. 358; — Potthast 10775, *falso initio*, ex Raynaldo; — Rodenberg 751; — cf. J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma*..., in *Römische Quartalschrift* ..., t. III (1889), p. 199, n° 12.)

« *Willelmo* [*de Sabaudia*], *procuratori ecclesie Valentine*. Hiis que Dei —. Sane in nostra proposuisti presentia constitutus, quod quidam imperatores Romani concesserunt ecclesie Valentine civitatem Valentinam, cum suburbiis suis et territorio, et quicquid infra ejus ambitum et extra in toto episcopatu Valentino continetur : comitatum videlicet, forum, mercatum, monetam, stratas, naulos, tolonea, castra, castella, villas, vicos, areas, servos, ancillas, tributarios, foresta, silvas, venationes, furnos, molas, molendina, aquas, aquarum decursus, campos, prata, pascua, terras cultas et incultas,

1. Simple analyse.

2. Selon toute probabilité, il y a une erreur soit dans la date de lieu, soit dans la date du mois. Nous avons vu plus haut (n° 4899) que Grégoire IX se trouvait le 9 juillet à Montefortino (entre Rome et Anagni, à une vingtaine de kilomètres de cette dernière ville); il se peut assurément que le pape soit allé passer la journée du 9 juillet à Montefortino, venant d'Anagni; mais il est bien plus vraisemblable qu'il s'y est arrêté venant de Rome et se rendant à Anagni; cette question d'itinéraire serait résolue si la date *Laterani, nonis julii* (= 7 juillet) de la pièce cotée 10774 par Potthast, était certaine; mais cela n'est pas, comme l'a remarqué M. Rodenberg (p. 654, n. 1). — Notons, en même temps, que, si la date des pièces 10772 et 10773 de Potthast est exacte, celle de notre pièce 4930, *Anagnie, III nonas julii* (= 5 juillet), ne l'est pas.

et commune forum agentium et sustinentium causas tam civiliter quam criminaliter; ita quod episcopus vel electus qui pro tempore ibi fuerit, in civitate et suburbiis, castris et villis propriis ipsius ecclesie, ordinariam jurisdictionem, in aliis vero locis episcopatus ipsius, per appellationem vel in defectu dominorum, ipsam valeat exercere. Nos itaque, tuis devotis supplicationibus inclinati, concessiones super hiis et aliis a dictis imperatoribus pie ac provide factas ecclesie memorate, sicut in eorum privilegiis plenius continetur, nec non libertates et immunitates tam a Romanis Pontificibus, predecessoribus nostris, quam ab imperatoribus, regibus ac aliis Christi fidelibus rationabiliter indultas eidem, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. Anagnie, nonis julii, anno tertiodecimo. »

4930 [Anagni ?] 5 juillet ? 1239[1].

Cantori, archidiacono et sacristae Viennensibus, de eadem confirmatione scribens, mandat quatenus praefatam ecclesiam Valentinam non permittant super concessionibus et libertatibus ei tam a Romanis Pontificibus quam ab imperatoribus aliisque indultis, molestari. — (Reg. 19, f. 131 [125] r°; ann. XIII, c. 123; — cf. *supra*, n° 1816.)

« .. *cantori*, .. *archidiacono et* .. *sacriste Viennensi*[*bus*]. Hiis que Dei —. Sane dilectus filius W[illelmus de Sabaudia], procurator ecclesie Valentine, in nostra proposuit presentia constitutus, quod quidam imperatores Romani etc., usque : indultas eidem ecclesie, auctoritate duximus apostolica confirmandas. Quocirca mandamus quatenus non permittatis prefatam ecclesiam Valentinam, quamdiu parata fuerit stare juri coram judice competenti, super hiis ab aliquibus indebite molestari —. Dat. Anagnie, III nonas julii, anno tertiodecimo. »

4931 Anagni, 15 septembre 1239.

Episcopo, decano et Martino Perci, canonico Tyrasonensibus, late scribit de negotio correctionis monasterii Sancti Salvatoris Legerensis (= S. Salvador de Leyre), ordinis quondam sancti Benedicti, Pampilonensis dioecesis, in spiritualibus collapsi et in temporalibus deformati, ejusque reformationis per ordinem Cisterciensem, in illud introductum, nec non de frivola appellatione ad Sedem Apostolicam interjecta a quibusdam ejusdem monasterii monachis, qui praedictis correctioni et reformationi se opponebant; eis mandat quatenus sententiam definitivam qua Olorensis episcopus ejusque collegae, a Sede Apostolica delegati, praedictum Cisterciensem ordinem, amoto abbate qui tunc erat, in illud monasterium introduxerant, nec non excommunicationis sententiam ab eisdem Olorensi episcopo ejusque collegis in appellantes prolatam, faciant observari, et praedictos monachos compellant ut eorundem Olorensis episcopi et ejus collegarum reformationi et ordinationi pareant. — (Reg. 19, f. 131 [125] r°; ann. XIII, c. 124; — cf. *supra*, n. 3591, 4510 et 4574.)

« .. *episcopo*, .. *decano et Martino Perci, canonico Tyrason*[*ensibus*]. Sua nobis dilectus filius .. abbas monasterii Sancti Salvatoris Legerensis, Cisterciensis ordinis, Pampilonensis diocesis, petitione monstravit quod, cum olim, intellecto quod monasterium ipsum, tunc ordinis sancti Benedicti, collapsum in spiritualibus et in temporalibus deformatum, in suo non poterat ordine reformari, correctionem et reformationem ipsius de Cisterciensi ordine venerabili fratri nostro .. Pampilonensi episcopo et suis collegis duxerimus committendam : J., tunc priore, ac quibusdam aliis prefati monasterii monachis frustratorie ab ipsis visitatoribus ad Sedem Apostolicam provocantibus, predicti visitatores, appellationem ipsam frivolam reputantes, in ipsos et quoslibet alios ejusdem monasterii monachos qui eis in hoc prestarent auxilium vel favorem, excommunicationis sententiam, exigente justitia, protulerunt. Qua contempta, predictis et quibusdam aliis monachis, eorum fautoribus, qui prius prestiterant ipsius monasterii reformationi consensum, divina celebrare officia presumentibus, et hiis que coram dilecto filio nostro R[iccardo], Sancti Angeli diacono cardinali, quem partibus, tunc apud Sedem Apostolicam constitutis, dedimus auditorem, acta fuerant, nobis per ipsum fideliter recitatis, de ipsarum assensu venerabili fratri nostro .. Olorensi episcopo et ejus collegis direximus litteras, continentes ut, aliquibus exceptionibus nequaquam obstantibus, ad monasterium ipsum, si posset commode fieri, alioquin ad aliquem locum idoneum personaliter accedentes, et habentes pre oculis solum Deum, corrigerent et reformarent in monasterio antedicto, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis noscerent officio indigere; quod si prefatum monasterium in suo nequiret ordine reformari, predictum Cisterciensem ordinem in illud inducere procurarent, monachos ipsius monasterii qui ejusdem ordinis nollent recipere instituta, in aliquibus de membris ejusdem monasterii collocando; invocato ad hoc, si necesse foret, auxilio

1. Date douteuse; voyez la note précédente.

brachii secularis, et contradictores [etc., usque :] compescendo. Sed, ipsis in negotio juxta formam eis traditam procedentibus, predicti monachi qui se pro conventu gerebant, asserentes nobis quod correctioni et reformationi per illos in ipso monasterio faciende parere volebant, ad eosdem super relaxanda prefata excommunicationis sententia ad cautelam, nostras litteras reportarunt. Qua demum per dictos episcopum Olorensem et collegas, a monachis ipsis juramento recepto juxta formam rescripti apostolici, relaxata, iidem, in correctionis et reformationis officio procedentes, et attendentes quod, propter malitiam habitantium in monasterio supradicto, idem in suo non poterat ordine reformari, in illud, habito prudentum et religiosorum ac aliorum virorum consilio, predictum Cisterciensem ordinem, amoto abbate qui tunc erat, per diffinitivam sententiam induxerunt. Sed monachi sepedicti, adhuc in sue iniquitatis pertinacia perdurantes, et illorum parere sententie renuentes ac ipsorum molientes enervare processum, juramenti religione contempta, frustratorie denuo ad appellationis diffugium convolarunt : propter quod ipsi visitatores, appellatione hujusmodi non admissa, excommunicationis tulerunt sententiam in eosdem. Et licet ipsi monachi sibi terminum in festo Beati Johannis Baptiste proximo preterito, in quo, ad prosequendam appellationem eandem, per procuratorem idoneum nostro se conspectui presentarent coram eis, duxerint prefigendum, iidem tamen nec personaliter nec per procuratorem aliquem, prefixo elapso termino, comparere in nostra presentia curaverunt, prout nobis ex relatione auditoris prefati[1] et processu predictorum visitatorum constitit evidenter. Ne igitur predictorum monachorum dampnanda protervitas reformationem eludat in monasterio ipso factam, districte precipiendo mandamus quatenus, appellatione non obstante premissa, quam non sunt infra prefixum terminum prosecuti, predictas diffinitivam et, usque ad satisfactionem condignam, excommunicationis sententias facientes per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, inviolabiliter observari, predictos monachos quod dictorum Olorensis et collegarum reformationi et ordinationi pareant —, compellatis, invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis ; mandatum nostrum taliter impleturi, quod de negligentia vel contemptu redargui non possitis, sed potius de sollicitudine ac diligentia commendari —. Dat. Anagnie, XVII kalendas octobris, anno tertiodecimo. »

1. C'est-à-dire : « R[iccardi], Sancti Angeli diaconi cardinalis. »

4932 Anagni, 15 septembre 1239.

Abbati et conventui Sanctae Mariae de Gloria Anagninae, quorum monasterium ipse papa a fundamentis erexerat et de bonis propriis dotaverat, significat se ecclesiam de Magor, Landavensis dioecesis, post liberam resignationem magistri Alani de Sancta Fide, quondam rectoris ipsius, vacantem, — cum [Gilbertus,] marescallus Angliae, comes [de] Pembroch, jus patronatus quod in eadem ecclesia habebat, eorum monasterio contulisset, — eis eorumque monasterio concedere, « excepta perpetue vicarie congrua portione » pro diversis ecclesiae ejusdem oneribus supportandis, assignanda. — (Reg. 19, f. 131 [125] v° ; ann. XIII, c. 125 ; — Moreau 1192, f. 383.)

« .. *abbati et conventui Sancte Marie de Gloria Anagnin[e], ordinis Florensis.* Etsi ex commisso —. Dat. Anagnie, XVII kalendas octobris, anno tertiodecimo. »

4933 Anagni, 1er septembre 1239.

« In eundem fere modum *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* [Ei mandat quatenus, praesentibus his qui de jure interesse debeant et possint, bonis et facultatibus praedictae ecclesiae de Magor diligenter pensatis, competentem ex illis, pro oneribus ejusdem ecclesiae supportandis, portionem taxari et perpetuae vicariae assignari faciat ; insuper D[eodato][1], monacho et procuratori ejusdem monasterii Sanctae Mariae de Gloria Anagnini, pro ejusdem negotiis in Anglia commoranti, patentes suas litteras, « totius negotii seriem continentes », ipse cardinalis assignet.] Dat. Anagnie, kalendis septembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo. » — (Reg. 19, f. 131 [125] v°.)

4934 Anagni, 1er octobre 1239.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, scribit : « Ut karissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Aragonum,
» balivis ac officialibus suis anni preteriti et presentis, nec
» non consulibus et universitati ville Montis Pesulani, ex
» una parte, ac venerabili fratri nostro .. episcopo Maga-
» lonensi, ex altera, laboris et expensarum cessante ma-
» teria, quietis et concordie gratia procuretur, mandamus
» quatenus de causis omnibus eorundem, de quibus coram
» te voluerint experiri, de plano et sine strepitu judicii
» cognoscere, ac easdem compositione amicabili vel judicio

1. On trouve, dans la pièce 3949, la forme complète du nom de ce personnage, désigné, comme ici, seulement par son initiale *D*, dans les pièces 3818-3822. Voir aussi les Additions et Corrections au tome II.

» terminare procures. » — (Reg. 19, f. 131 [125] v°; ann. XIII, c. 126; — Moreau 1192, f. 381.)

« .. *episcopo Penestrino. Apostolice Sedis legato.* Ut karissimo in —. Dat. Anagnie, kalendis[1] octobris, anno tertiodecimo. »

4935 Anagni, 17 septembre 1239.

Priori et conventui de Bromholim (= Bromholme), Cluniacensis ordinis, Norwicensis dioecesis, quorum monasterii redditus ad commodam ipsorum sustentationem non sufficiebant, undique ad ipsos confluentibus pauperibus et egenis, indulget ut ecclesiam de Hanniges (= Honing), ejusdem dioecesis, in qua jus patronatus se obtinere proponebant, cujus proventus viginti marcas annis communibus non excedebant, possint, cum vacaverit, in usus proprios retinere, ita tamen quod eidem ecclesiae faciant per idoneum vicarium deserviri, et eidem vicario assignent de ipsius ecclesiae proventibus congruam portionem, « de qua commode valeat » sustentari, et alia ipsius ecclesie onera in procurationibus » et aliis sustinere; diocesani in omnibus jure salvo ». — (Reg. 19, f. 132 [126] r°; ann. XIII, c. 127.)

« .. *priori et conventui de Bromholim. Cluniacensis ordinis. Norwicensis diocesis.* Cum sacram religionem —. Dat. Anagnie. XV kalendas octobris, anno tertiodecimo. »

4936 Anagni, 7 octobre 1239.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, committit quatenus, cum Bituricensis archiepiscopus provinciam Burdegalensem jure primatiae desideraret visitare, si archiepiscopus Burdegalensis, nec non episcopi et alii ecclesiarum et conventuum praelati ejusdem provinciae, super divisione procurationum praedicto Bituricensi archiepiscopo ea occasione debitarum inter se facienda, infra competens tempus ab ipso legato illis praefigendum, non providerint, ipse easdem procurationes inter illos dividat. — (Reg. 19, f. 132 [126] r°; ann. XIII, c. 128; — Moreau 1192, f. 386.)

« .. *episcopo Penestrino. Apostolice Sedis legato.* Olim inter bone memorie .. Bituricensem et venerabilem fratrem nostrum .. Burdegalensem archiepiscopos super jure primatie quod idem Bituricensis in Burdegalensi provincia se habere dicebat, questione suborta, sic, inter cetera, duximus providendum[1], ut Bituricensis archiepiscopus, Burdegalensem provinciam visitans de septennio in septennium, ad id spatium obtineat quinquaginta dierum, et per supradictos dies procurationes, inter dioceses ejusdem provincie dividendas, in ecclesiis illis debebit recipere, ad quas illum contigerit declinare. Quare venerabilis frater noster [..] Bituricensis archiepiscopus nobis humiliter supplicavit ut, cum dictam provinciam visitare desideret, aliquibus discretis viris quod procurationes inter predictas dioceses dividant, auctoritate apostolica mandaremus. Nos autem dilecto filio .. abbati Sancti Marcialis Lemovicensis et ejus college dedimus in mandatis, ut prelatos et capitula seu conventus ecclesiarum dicte provincie, quorum interesse viderent, ut infra terminum competentem eis peremptorie prefigendum, ad presentiam nostram procuratores transmitterent, super hiis provisioni apostolice parituros, nisi procurationes hujusmodi inter se interim forte dividerent, ex parte nostra citarent. Verum, procuratoribus archiepiscopi et episcoporum prenominate provincie in nostra presentia constitutis, pro prelatis aliis et capitulis seu conventibus nullus comparuit procurator; fuit tamen propositum coram nobis quod ad illos citatio non pervenit. Quia vero tam consideratione locorum quam advocatione facili personarum, premissa per te poterunt commodius expediri, per apostolica tibi scripta committimus quatenus, si archiepiscopus et episcopi, cum prelatis aliis capitulorum seu conventuum ecclesiarum provincie sepedicte, super divisione procurationum hujusmodi inter se facienda infra competens tempus quod ad hoc illis prefixeris, non duxerint providendum, tu eas distributione congrua dividas et certa distinctione designes. Contradictores —. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno tertiodecimo. »

4937 Anagni, 24 septembre 1239.

Decano et cancellario Majoris Ecclesiae Turonensis, et magistro Guidoni, canonico Sancti Martini Turonensis, causam quae inter thesaurarium, decanum et capitulum Sancti Hilarii Pictavensis, ex una parte, et A[ynordim][2], dictam dominam Belli Joci, relictam quondam Oddonis de Soleio (= Sully-sur-Loire), ex altera, super eo quod eadem A[ynordis] eisdem thesaurario, decano et capitulo eorumque homi-

1. Le copiste du *Registre* avait d'abord écrit *XIII kal.; XIII* a été biffé à l'encre noire.

1. Ce début est le même que celui de la pièce 4120.

2. La dame de Beaujeu dont il est ici question, est appelée *Aynordis* dans Teulet, *Layettes du Trésor des Chartes*, t. II, p. 158, col. 1, n° 2006, et *Haynordis* dans notre pièce 4021.

nibus damna gravia et injurias irrogaverat, vertebatur, et de cujus meritis, viginti annis jam elapsis, nondum potuerat fieri plena fides, audiendam committit et ad Sedem Apostolicam cum omnibus actis sufficienter instructam remittendam, servatis processu Ostiensis episcopi, quem ipse papa partibus dederat auditorem, et his de quibus idem auditor in eadem causa jam providerat; partibus terminum peremptorium competentem praefigant, quo per procuratores apostolico se conspectui repraesentent. — (Reg. 19, f. 132 [126] r°; ann. XIII, c. 129; — cf. *supra*, n. 3085 et 4021[1].)

« .. *decano et .. cancellario Majoris Ecclesie et magistro Guidoni, canonico Sancti Martini Turonen*[*sium*]. Cum causam que inter .. thesaurarium. .. decanum et capitulum ecclesie Sancti Hilarii Pictavensis. ex parte una, et nobilem mulierem A., dictam dominam Belli Joci, relictam quondam Oddonis de Soleio, que in Bituricensi et Autisiodorensi diocesibus domicilia dicitur obtinere. ex altera. super eo quod eadem nobilis ipsis et eorum hominibus, in prejudicium eorumdem. dampna gravia et injurias irrogarat. ac super quibusdam redditibus et rebus aliis vertitur. post diversas commissiones hinc inde ab Apostolica Sede ad judices diversos obtentas, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Turonensi ejusque collegis duxerimus committendam : prefata nobili ad appellationis diffugium convolante. dicti judices. contumacem reputantes eandem. in ipsam excommunicationis sententiam protulerunt. Nos quoque. ad instantiam partis alterius. proponentis ex prorogatione judicii suam justitiam impediri, .. subdecano Carnotensi et conjudici ejus dedimus nostris litteris in mandatis. ut prefigerent dicte nobili terminum peremptorium competentem. quo per procuratorem idoneum ad prosequendam appellationem emissam et procedendum in negotio principali. nostro se conspectui presentaret, et quod ipsi etiam reciperent testes senes et valitudinarios. et alios de quorum morte vel diuturna absentia timebatur. ex parte dictorum thesaurarii, decani et capituli producendos. Cumque demum procuratoribus partium. in nostra presentia constitutis, venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Ostiensem concesserimus auditorem. procurator ejusdem nobilis, duas appellationes pretendens, quarum una[m] a predicto archiepiscopo et conjudicibus suis, propter quasdam exceptiones dilatorias coram eis pro ipsa nobili propositas, nec admissas. alia[m] vero a predicto subdecano et collega suo. pro eo esse interpositas proponebat, quia ipsi, mandati fines perperam excedendo, receperunt plures testes non senes, non valitudinarios. nec de quorum morte vel diuturna absentia timebatur : predictam excommunicationis sententiam nullam et receptionem hujusmodi testium irritam nuntiari. ac eos haberi pro non receptis, in ipsius auditoris presentia postulavit. Cum autem ad hec procurator partis alterius respondisset ea. prout narrabantur. vera non esse et petita fieri non debere. ac obtulisset super principali libellum, per procuratorem ejusdem nobilis fuit excipiendo propositum quod respondere minime tenebatur. nisi prius restitueretur eidem quedam terra. que dicitur de Bosco Gibaudi. qua dicebat ipsam a parte altera contra justitiam spoliatam, hominibus suis inde violenter ejectis, et quadam ibi domo ad opus ecclesie predicte constructa. Porro dictus auditor. premissis in nostra presentia fideliter recitatis, ne cognitionem super principali, que fere per viginti annos per diffugia dicte nobilis et prefati O[ddonis] de Soleio retardata fuerat. contingeret ulterius prorogari, sub ea conditione. de provisione nostra. litem coram se fecit super principali negotio contestari, ut. si eadem nobilis se infra terminum competentem dicta terra probaverit contra justitiam spoliatam. ante quam fiat restitutio, in eodem negotio minime procedatur. Preterea, cum ei constiterit a dicto archiepiscopo et ejus conjudicibus minus legitime appellatum, decrevit dictam excommunicationis sententiam relaxari debere, postquam ipsa nobilis sufficientem de parendo juri cautionem prestiterit, et. moderata taxatione preambula. satisfecerit parti de expensis quas occasione hujusmodi appellationis incurrit : providit etiam ut. si dictam nobilem probare contigerit quod prefati subdecanus et collega ipsius in receptione testium. ut superius est expressum, mandati nostri formam excesserint. et ipsa propter hoc ad nos duxerit appellandum. testes quos ipsi post appellationem hujusmodi receperunt, et alii in quorum receptione fines excessere mandati. pro non receptis penitus habeantur. Quia vero de totius cause meritis non potuit fieri plena fides, mandamus quatenus. ipsius episcopi processu et provisione servatis. recepto a partibus calumpnie juramento, audiatis causam et eam cum omnibus actis ad nos remittatis sufficienter instructam. prefigendo dictis partibus terminum peremptorium competentem, quo per procuratores idoneos nostro se conspectui representent —. Non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque :] ultra tertiam vel quartam pars altera [etc., usque :] non trahatur. Quod si non omnes etc. Dat. Anagnie, VIII kalendas octobris, anno tertiodecimo. »

1. Dans cette dernière pièce, au lieu de *Belli Loci*, il faut lire *Belli Joci*.

4938 Anagni, 6 août 1239.

Archiepiscopis et episcopis ad quos litterae istae pervenerint, scribit de fratribus ordinis Praedicatorum in ipsorum dioecesibus constitutis, qui, sive antequam ad religionem suam convolaverint, sive postea, excesserint in casibus in quibus excommunicationis sententiam vel notam irregularitatis incurrerint, et propterea absolutione et dispensatione indigeant; eis mandat quatenus singuli in propriis dioecesibus, talibus, cum ab eis fuerint requisiti, absolutionem impendant et cum eis, prout viderint expedire, super hoc dispensent, nisi illorum « adeo esset difficilis et enormis » excessus, quod merito deberent pro hiis ad Sedem Apostolicam destinari ». — (Reg. 19, f. 132 [126] v°; ann. XIII, c. 130; — *omisit* Ripoll.)

« *Archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint*. Quia proni sunt —. Dat. Anagnie, VIII idus augusti, anno tertiodecimo. »

4939 Anagni, 27 septembre 1239.

Siguino, canonico ecclesiae Sanctae Mariae de Melloto, significat se confirmare definitivam sententiam, qua R[obertus], Sancti Eustachii diaconus cardinalis, — cui ipse papa causam quae inter ipsum Siguinum et Jacobum, ecclesiae Sancti Laurentii Belvacensis canonicum, super praebenda praedictae ecclesiae Sanctae Mariae de Melloto, Belvacensis dioecesis, vertebatur, per officialem Parisiensem, ab ipso papa delegatum, ad Sedem Apostolicam sufficienter instructam remissam, commiserat terminandam, — praedictum Jacobum ab eadem praebenda amoverat et decreverat praedictum Siguinum ejusdem pacifica possessione gaudere, eodem Jacobo condemnato ad restitutionem quorundam reddituum perceptorum et ad solutionem expensarum ; inserto sub sua bulla praedictae sententiae tenore. — (Reg. 19, f. 133 [127] r°; ann. XIII, c. 131.)

« *Siguino, canonico ecclesie Sancte Marie de Melloto*. Ea que judicio —. Dat. Anagnie, V kalendas octobris, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

[4940] Anagni, Sainte-Agnès, 2 août 1239.

[Sententia vero praedicti Roberti cardinalis, in qua inseritur libellus petitionum ex parte praedicti Siguini coram officiali Parisiensi, cui eadem causa ab ipso papa commissa fuerat instruenda, porrectus, haec est [1] :]

« In Dei nomine. Amen. Anno Domini M°CC°XXX » VIIII°, indictione XII, IIII nonas augusti, tempore » Gregorii pape noni. Inter Jacobum, canonicum Sancti » Laurentii Belvacensis, ex parte una, et Siguinum » clericum, ex altera, super prebenda Beate Marie de » Melloto questione suborta, quia eam uterque se dice» bat canonice assecutum, tandem, post multas con» tentiones inter predictos coram diversis judicibus » habitas, causa fuit commissa per dominum papam .. » officiali Parisiensi, qui de ipsa cognosceret et eam, » si de partium consensu procederet, terminare debe» bat, alioquin eam sufficienter instructam ad Sedem » Apostolicam remittere procuraret. Coram quo offi» ciali ex parte dicti S[iguini] fuit hoc modo petitum :

[4941]

[Petitiones vero praedicti Siguini super facto praebendae praedictae ecclesiae Beatae Mariae de Melloto hae sunt [1] :]

« Dicit S., canonicus ecclesie Beate Marie de Mel« loto, quod, cum ipse J., canonicum Sancti Laurentii « Belvacensis, pro eo quod idem J. in prebendam « ipsius S., quam in prefata ecclesia de Melloto fuerat « canonice assecutus, procuraverat se intrudi, coram « [..] officiali Belvacensi convenisset, die ad delibe« randum ipsi J. super porrecto sibi libello, ab eodem « officiali prefixo : idem J., officialis declinare volens « examen, pretextu quarumdam litterarum quas super « eadem prebenda contra eundem S. ad Henricum de « Infernoto, canonicum Senonensem, et ejus conjudi« cem in forma simplici a Sede Apostolica impetrarat, « eidem officiali sub pena excommunicationis ne in « causa ipsa procederet, obtinuit inhiberi, quamquam « per hujusmodi litteras eundem S. non traxisset in « causam, nec eedem littere fuissent eisdem judicibus « presentate prius quam dictus J. coram officiali con« ventus fuerit memorato ; sicque, inter eundem offi« cialem et delegatos predictos super jurisdictione « contentione suborta, et judicibus ipsis cum eodem « officiali super hoc nolentibus convenire, dominus « papa vobis, ad petitionem dicti S., injunxit ut, si « res taliter se haberet, legitime de predicta jurisdic« tione cognoscentes, causam ad dictum officialem Bel« vacensem vel delegatos ipsos remitteretis, prout de « jure esset; et, licet predictas partes remisissetis ad « examen dicti officialis Belvacensis, propter malitiam « tamen dicti J. causa nimium prorogatur. Unde, cum « dictus S. non possit apud Belvac[um], propter expen« sarum inopiam, litigare cum dicto J. potente, nec ad

1. Reg. 19, f. 133 [127] r°.

1. Reg. 19, f. 133 [127] r°.

« eundum locum tute valeat proficisci nec ibidem mo-
« rari secure : petit dictus S. quatenus revocetis in
« statum debitum, si quid super prebenda predicta
« dictus J. perperam attemptavit contra dictum S.,
« postquam dictus S. iter arripuit ad Sedem Apostoli-
« cam eundi pro istis litteris impetrandis, et maxime
« faciatis dictum J. eidem Siguino restituere decem
« libras Parisiensium, quas occupavit de dicta pre-
« benda post dictum iter arreptum, et eundem J. a
« dicta prebenda amoveatis, et ipsum S. faciatis ejus-
« dem prebende pacifica possessione gaudere, diffini-
« tivam sententiam super hoc promulgando, si de par-
« tium fuerit voluntate; alioquin causam sufficienter
« instructam ad dominum papam remittatis, sicut in
« mandato apostolico ad vos directo continetur.

« Petit etiam expensas dictus S., quas fecit occa-
« sione istius litis, quas extimat septuaginta libras
« Turonensium, et faciendas, quas tempore sententie
« declarabit.

« Protestatur autem dictus S. quod, si non probaret
« omnia predicta, quod sufficiat ei probare aliqua, vel
« aliquid de premissis quod sufficiat.

« Hoc autem petit dictus S., salvo jure addendi vel
« diminuendi et etiam declarandi. »

« Lite igitur super hiis coram eodem legitime con-
» testata, et ab utraque parte prestito de veritate di-
» cenda juramento, factis positionibus et responsioni-
» bus habitis, et testibus hinc inde productis, idem
» officialis causam instructam ad Romanam Sedem
» remisit, assignans partibus terminum diem martis
» ante festum Beati Marci, quo se conspectui domini
» pape presentarent, justam, dante Domino, sententiam
» recepture. Termino vero adveniente, jamdictus S.
» comparuit, et nos R[obertum], divina miseratione
» Sancti Eustachii diaconum cardinalem, obtinuit au-
» ditorem, prefato Jacobo per se vel per procuratorem
» idoneum minime comparente, licet a nobis fuerit
» diutius expectatus. Cum igitur contumax reportare
» non debeat comodum de contemptu, et predicto S.,
» laboribus et expensis afflicto, in jure suo deesse no-
» limus, dicti J. absentia Dei suppleta presentia, acta
» remissa a predicto officiali aperuimus, admisso ex
» habundanti magistro Petro de Sparnaco[1], qui se ge-
» rebat pro amico predicti J., et multa bona verba pro
» eo proposuit, et ipsius jura multum copiose allega-
» vit. Viso igitur predicti officialis processu, et peti-
» tione S. et J. responsione considerata, positionibus
» et responsionibus, attestationibus utriusque partis,
» et aliis que in ipso processu continebantur, diligen-
» ter inspectis, quia nobis constitit dictum J. in pre-
» benda de qua agitur, fuisse intrusum, quia eam
» Siguinus primo canonice assecutus fuerat et eam
» pacifice possidebat, eundem J. ab eadem prebenda,
» de prudentum consilio, sententialiter duximus amo-
» vendum, decernentes predictum S. debere predicte
» prebende pacifica possessione gaudere. Condempna-
» mus etiam dictum Jacobum ad restitutionem decem
» librarum ipsi S., quas confessus est se habuisse de
» fructibus predicte prebende; salvo jure eidem S. pe-
» tendi et exigendi alios fructus medio tempore per-
» ceptos a Jacobo memorato. Eundem J. etiam con-
» dempnamus in quadraginta libris Parisiensium pro
» expensis quas, nostra taxatione precedente, juravit
» S. se in hac causa fecisse. Act[um] Anagnie, apud
» Sanctam Agnetem, coram venerabili patre .. episcopo
» Lectorensi, magistro Matheo et magistro Oberto, ca-
» pellanis dicti domini R[oberti] cardinalis, magistro
» Suerio, canonico Colimbriensi, Petro, archidiacono
» Belvacensi, et magistro Andrea, canonico Belva-
» censi, testibus, et quampluribus aliis. Ad majorem
» autem evidentiam et cautelam, presens scriptum
» nostri sigilli fecimus munimine roborari. »

1. Certainement le même personnage que le *magister P. de Sparnaco* de la pièce 4911, où figurent également *P.* (ici *Petrus*), *archidiaconus Belvacensis*, et *magister Andreas, canonicus Belvacensis*, que nous retrouvons une vingtaine de lignes plus loin, parmi les témoins.

4942 Anagni, 26 septembre 1239.

Jacobo, archidiacono Morinensi, Parisius commoranti, nec non Parisiensi decano et magistro Simoni de Senonis, Parisiensi canonico, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictam sententiam, a R[oberto], Sancti Eustachii diacono cardinali, pro eodem Siguino, canonico ecclesiae Sanctae Mariae de Melloto, prolatam, exsecutioni mandent. — (Reg. 19, f. 133 [127] v°; ann. XIII, c. 132.)

« *Jacobo, archidiacono Morinensi, Parisius commoranti, .. decano et magistro Symoni de Senonis, Parisien[sibus] canonico.* Cum causam que —. Dat. Anagnie, VI kalendas octobris, anno tertiodecimo. »

4943 Anagni, 1er octobre 1239.

Glasguensi, Cathanensi et Brechinensi episcopis mandat quatenus, si electionem de magistro David de Bernham, [ipsius papae] subdiacono, camerario regis Scotiae, in episcopum

Sancti Andreae de Scotia factam, canonice celebratam invenerint, eam confirment, et faciant eidem electo munus consecrationis impendi. — (Reg. 19, f. 133 [127] v°; ann. XIII, c. 133; — Potthast 10794.)

« .. *Glasguensi. .. Catanensi et .. Brechinensi episcopis.* Postulatione facta pridem —. Dat. Anagnie, kalendis octobris, anno tertiodecimo. »

4944 Anagni, 7 octobre 1239.

Archiepiscopo Remensi significat se B[alduinum], heredem imperii Constantinopolitani et comitem Namucensem, in defensione imperii Romaniae laboraturum, nec non et ejus terram et familiam et bona, sub beati Petri et sua protectione suscipere, et statuere ut ea omnia, donec ille ejusdem imperii subsidio institerit, integra maneant; ei mandat quatenus eundem B[alduinum] contra hanc apostolicam protectionem et constitutionem non permittat super his molestari. — (Reg. 19, f. 134 [128] r°; ann. XIII, c. 134; — Moreau 1192, f. 385.)

« .. *archiepiscopo Remensi.* Cum de dilecti —. Dat. Anagnie, nonis octobris, anno tertiodecimo. »

4945 Anagni, 7 octobre 1239.

Balduino, heredi imperii Constantinopolitani, comiti Namucensi, significat se eum, ejusque terram et familiam, cum omnibus ejus bonis, sub beati Petri et sua protectione suscipere. — (Reg. 19, f. 134 [128] r°; ann. XIII, c. 135.)

« *Nobili viro B[alduino], heredi imperii Constantinopolitani, comiti Namurcensi.* De tua devotione —. Dat. ut supra. »

4946 Anagni, 5 octobre 1239.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, scribit de controversia exorta occasione electionis T., prioris Dunelmensis, in episcopum Dunelmensem, cujus electi confirmationi se opponebat rex Angliae, qui eundem proponebat esse sibi inimicum capitalem, et simoniacum, nec non sibi suspectum pro eo quod regi Scotiae fidelitatis juramentum praestiterat; ei significat se providisse ut praedictus prior se apud Sedem Apostolicam personaliter representet, et, si ille repertus fuerit sufficiens, praefato regi super exceptionibus ex parte ejus contra eundem priorem propositis, silentium imponatur, ipso papa super his sicut expedire videbit, processuro; unde ei mandat quatenus eundem priorem citet ut infra terminum ab ipso legato eidem praefigendum, coram ipso papa personaliter compareat. — (Reg. 19, f. 134 [128] r°; ann. XIII, c. 136; — cf. *supra*, n. 4313, 4314 et 4548.)

« *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* Dudum ecclesia Dunelmensi pastoris solatio destituta, et a karissimo in Christo filio nostro .. illustri rege Anglie petita, ut moris est, eligendi licentia et obtenta, conventus ejusdem ecclesie, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium T., priorem suum, in eorum episcopum elegerunt; cujus electionem, cum ei rex ipse pr[est]are nollet assensum, pluries humiliter requisitus, a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Eboracensi, loci metropolitano, petierunt cum instantia confirmari. Sed, procuratoribus regis ejusdem, sicut nobis extitit ex ipsius parte relatum, coram eodem archiepiscopo excipientibus, inter alia, quod, cum dictus prior capitalis inimicus regis ipsius, et symoniacus, ac eidem ex eo quod karissimo in Christo filio nostro .. illustri regi Scotie fidelitatis prestiterat juramentum, merito suspectus existeret, non erat ad confirmationem electionis ejusdem, ex qua sibi et regno suo posset dispendium generari, aliquatenus procedendum : quia idem archiepiscopus, primo duabus de predictis exceptionibus, symonie videlicet et inimicitiarum, admissis, demum super reliquis omnibus, excepto inimicitiarum articulo, prefato regi audientiam denegavit, ac postmodum etiam, ad probationem earum procuratorem ipsius admittere renuens, super hiis dumtaxat ex suo officio procedebat, fuit pro parte regis ejusdem ad nostram audientiam appellatum. Verum, parte altera, de appellatione hujusmodi non habita mentione, ad prefatum archiepiscopum nostras sub certa forma litteras impetrante, injuncto tibi per alias ut, eodem archiepiscopo mandatum nostrum exequi negligente, tu extunc procederes in negotio hujusmodi juxta traditam illi formam : fuit pro parte regis excipiendo propositum quod, cum littere ipse de appellatione premissa non facerent mentionem, tanquam impetrate veritate tacita non valebant; et quia earum copiam sibi archiepiscopus idem facere noluit requisitus, ad nos etiam extitit appellatum. Pro ipso autem rege super premissis ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Lincolniensem ejusque collegas certis litteris obtentis a nobis : quia tu de negotio ipso jam cognoscere ceperas et illud postmodum remisisti ad Apostolice Sedis examen, ac ipse Lincolniensis erat effectus regi de novo suspectus, sine quo sui conjudices, secundum quod in predictis litteris manda-

batur, procedere non valebant, rex idem hujusmodi litteris non est usus, sed procuratores utriusque partis ad Sedem Apostolicam accesserunt. Cumque ex parte regis ipsius peteretur a nobis quod mandaremus aliquibus ut in negotio eodem procederent juxta formam litterarum ad Lincolniensem episcopum et ejus conjudices obtentarum, regi tempore majori concesso ad probandam exceptionem inimicitiarum et symonie, ad quam infra spatium duorum mensium ostendendam eum in litteris admiseramus eisdem : fuit, inter cetera, ex adversa parte propositum quod procuratores regis audiendi non erant, nec ad prosecutionem appellationum suarum, tempore legitimo jam elapso, aliquatenus admittendi, nec regi prodesse poterat, si forte infra illud procuratores propter hoc ad Sedem Apostolicam destinarat, cum adeo se artasset, quod appellationes suas prosequi finaliter in eodem minime potuisset, maxime quia, post idem tempus, litteris quas super hiis impetraverat, uti postposuerat; quod, cum habuerit judicum copiam, presumitur ex negligentia vel dolo fecisse. Sed extitit pro rege responsum quod, ad prosecutionem appellationum ipsarum procuratoribus ab eodem ad nos tempore congruo destinatis, et ad Lincolniensem ejusque collegas obtentis litteris super eis, idem Lincolniensis, sine quo in causa procedi non poterat, effectus est regi suspectus, et ideo litteris ipsis merito non est usus, ut superius est expressum; quare nullum sibi ex hoc debebat prejudicium generari. Nos igitur, hiis et aliis que partes voluerunt proponere, intellectis, volentes Dunelmensis ecclesie periculis precavere, ne, propter dispendiosam cause prorogationem, vacando diutius, gravia incurrat in spiritualibus et temporalibus detrimenta, de fratrum nostrorum consilio duximus providendum ut predictus prior se apud Sedem Apostolicam personaliter representet, et, si repertus fuerit sufficiens, prefato regi super premissis exceptionibus silentium imponatur, et nos super hiis et aliis ex officio nostro, sicut expedire videbimus, procedamus. Quocirca mandamus quatenus priorem ipsum ut infra terminum competentem sibi a te prefigendum, personaliter compareat coram nobis, auctoritate nostra citare procures. Dat. Anagnie, III nonas octobris, anno tertiodecimo. »

4947 Anagni, 22 octobre 1239.

Archiepiscopo Cassellensi per Simonem, canonicum, et David, clericum Cassellenses, pallium transmittit, eidem archiepiscopo ab Imilicensi et Arhtferdensi (= Artferdensi) episcopis assignandum. — (Reg. 19, f. 134 [128] v°; ann. XIII, c. 137; — Potthast 10801.)

« .. *archiepiscopo Cassellensi.* Cum palleum, insigne —. Dat. Anagnie, XI kalendas novembris, anno tertiodecimo. »

4948 Anagni, 22 octobre 1239.

« In eundem fere modum *eisdem episcopis* [*Imilicensi et Arhtferdensi*]. Eis mandat quatenus pallium praedicto archiepiscopo Cassellensi, juxta formam eis sub bulla missam, assignent, et a praefato archiepiscopo, ipsius papae et Ecclesiae Romanae nomine, fidelitatis juramentum, juxta formam eis sub eadem bulla directam, recipiant; formam autem juramenti quod ille praestiterit, de verbo ad verbum, per ejusdem archiepiscopi patentes litteras, ejus sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius ad ipsum papam destinent.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 131 [128] v°.)

4949 Anagni, 23 octobre 1239.

Stephano de Segrave, Coventrensis dioecesis, significat se omnes decimas et obventiones manerii ipsius de Calwedon. (= Coundon), ad rectorem ecclesiae Sancti Michaelis Coventrensis de jure spectantes, quas idem rector, bonae memoriae Coventrensis episcopi ejusque capituli et patronorum ejusdem ecclesiae accedente consensu, capellae ipsius Stephani, in eodem manerio constructae, ejusdem capellae facultatum tenuitate pensata, donaverat, eidem confirmare. — (Reg. 19, f. 131 [128] v°; ann. XIII, c. 138; — Moreau 1192, f. 389.)

« *Nobili viro Stephano de Segrave, Coventrensis diocesis.* Justis petentium etc. —. Dat. Anagnie, X kalendas novembris, anno tertiodecimo. »

4950 [Anagni, 23 octobre 1239 ?]

Abbati et conventui de Begeham (= Bayham), audito quod ipsorum domus, noviter conditae, proventus adeo tenues erant et exiles, quod ad ministranda eis et confluentibus illuc hospitibus necessaria non sufficiebant, indulget ut de molendinis quae de novo fecerant, et de feno terrarum ipsorum de quibus aliquis hactenus non percipiat, nullus ab eis decimas exigat. — (Reg. 19, f. 135 [129] r°; ann. XIII, c. 139.)

« .. *abbati et conventui de Begeham, Premonstratensis ordinis, Cicestrensis diocesis.* Cum, sicut ex[1] —. »

1. Pas de date dans le *Registre*.

4951 Anagni, 21 octobre 1239.

Priori et conventui Cantuariensibus significat se statuere ut per indulgentiam Cantuariensi archiepiscopo ab ipso papa concessam, « ut in aliqua ecclesiarum ad eum pleno jure per» tinentium, collegium canonicorum secularium instituere » valeret, « in nullo juribus, dignitatibus, honoribus, privilegiis » et consuetudinibus approbatis et antiquis » ipsorum ecclesiae, in qua corpus gloriosissimi martyris Thomae requiescit, praejudicium generetur. — (Reg. 19, f. 135 [129] r°; ann. XIII, c. 140; — Moreau 1192, f. 388; — cf. *supra*, n. 4345, 4757 et 4872.)

« .. *priori et conventui Cantuariensibus, ordinis sancti Augustini*[1]. Ut Cantuariensis ecclesie —. Dat. Anagnie, XII kalendas novembris, anno tertiodecimo. »

4952 Anagni, 27 octobre 1239.

Archiepiscopo Senonensi eadem scribit, eisdem verbis, pro B[alduino], herede imperii Constantinopolitani et comite Namucensi, quae supra, in litteris sub numero 4941 notatis, archiepiscopo Remensi. — (Reg. 19, f. 135 [129] r°; ann. XIII, c. 141; — Moreau 1192, f. 390.)

« .. *archiepiscopo Senonensi*. Cum de dilecti —. Dat. Anagnie, VI kalendas novembris. »

4953. — In eundem modum .. *episcopo Leodiensi*, sue civitatis et diocesis.

4954 Latran, 17 novembre 1239.

Episcopo Nivernensi mandat quatenus cum magistro Hugone de Nurriaco super defectu natalium dispenset. — (Reg. 19, f. 135 [129] r°; ann. XIII, c. 142; — Moreau 1192, f. 391.)

« .. *episcopo Nivernensi*. Eo libentius dona —. Hinc est quod, sicut laudabili testimonio fide dignorum accepimus, cum a dilecto filio magistro Hugone de Nurriaco, clerico, tue diocesis, in nostra presentia constituto, defectus natalium quem, de presbitero genitus et soluta, patitur, honestatis et scientie suffragio redimatur, cujus cultui adeo desudasse dicitur, quod laudabiliter in artibus et jure canonico ac civili profecit —, mandamus quatenus, si quod de ipso proponitur, veritate fulcitur, nec sit paterne incontinentie imitator —, ut, defectu hujusmodi non obstante, in susceptis ministrare ordinibus et ascendere ad majores ac ecclesiasticum beneficium obtinere valeat, secum auctoritate nostra dispenses —, ita tamen quod, si ad episcopalem dignitatem ipsum vocari contigerit, illam nequaquam recipiat sine mandato Sedis Apostolice speciali. Dat. Laterani, XV kalendas decembris, anno tertiodecimo. »

1. *Ms.* : Benedicti.

4955 Latran, 17 novembre 1239.

Riccardo, comiti Cornubiae, significat se eum, cum uxore, filiis[1] ac familia et omnibus bonis quae de praesenti possideat, sub beati Petri et sua protectione suscipere; quod si forte in partibus transmarinis decesserit, Henricus, ejus filius, qui, sicut dicebatur, adhuc sub ejus potestate consistebat, sub Apostolicae Sedis defensione et tutela, donec ad legitimam viginti quinque annorum aetatem pervenerit, cum terra et aliis bonis suis maneat. — (Reg. 19, f. 135 [129] r°; ann. XIII, c. 143; — cf. *supra*, n° 4275.)

« *Nobili viro R[iccardo], comiti Cornubie*. Sperantes quod, quanto —. Dat. Laterani, XV kalendas decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

4956 Latran, 17 novembre 1239.

« In eundem fere modum .. *Cantuariensi et .. Eboracensi archiepiscopis et . episcopo Lincolniensi*. [Eis mandat quatenus dictos comitem et H[enricum], filium ejus, non permittant super his molestari.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 135 [129] r°.)

4957 Latran, 17 novembre 1239.

Riccardo, comiti Cornubiae, crucesignato, indulget ut, « absque mandato Sedis Apostolice speciali faciente de pre» sentibus plenariam mentionem », a nullo in eum aut in ejus uxorem et filium excommunicationis vel interdicti sententia proferatur. — (Reg. 19, f. 135 [129] r°; ann. XIII, c. 144; — cf. *supra*, n° 4278.)

« *Nobili viro Ricc[ardo], comiti Cornubie, crucesignato*. Ut eo gaudeas —. Dat. ut supra. »

1. Dans le *capitulum* 143 (n° 4955), on lit : « cum uxore, *filiis* ac familia »; dans l'*in eundem modum* qui suit (n° 4956) : « H., *filium* ejus »; dans le *capitulum* 144 (n° 4957) : « uxorem et *filium* tuos. » — Cf. *supra*, t. II, col. 976, note 1.

4958 Latran, 17 novembre 1239.

Eidem significat se inhibere ne quis eum, postquam iter transmarinum arripuerit, in persona vel in rebus praesumat offendere, et statuere ut, si eum capi vel violenter detineri contigerit, quilibet locus in quo detentus fuerit, usque ad satisfactionem condignam ecclesiastico interdicto subjaceat. — (Reg. 19, f. 135 [129] v°; ann. XIII, c. 115.)

« *Eidem*. Apud Deum perempnis —. Dat. ut supra. »

4959 Latran, 17 novembre 1239.

« In eundem fere modum *archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint* [Eis similiter significat se inhibere ne quis praedictum comitem, postquam iter transmarinum arripuerit, in persona vel in rebus praesumat offendere, eisque mandat quatenus, si eum capi vel violenter detineri contigerit, singuli ipsorum in suis dioecesibus quemlibet locum in quo detentus fuerit, ecclesiastico interdicto supponant; in eos qui fuerint talis temeritatis praesumptores, ferant excommunicationis sententiam, quam faciant sollemniter publicari, praesumptoribus illis usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitandis.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 135 [129] v°.)

4960 Latran, 17 novembre 1239.

Eidem indulget ut nullus ab ejus capellanis et clericis de oblationibus quae eis obveniant, quando divina in ipsius comitis capella celebrant, aliquid exigat. — (Reg. 19, f. 135 [129] v°; ann. XIII, c. 116.)

« *Eidem*. Optentu crucis, cujus —. Dat. ut supra. »

4961 [Latran ? 15 novembre ?] 1239[1].

Cantuariensi et Eboracensi archiepiscopis et episcopo Lincolniensi scribit : « Geritur in affectu dilecti filii nobilis viri » .. comitis Cornubie, crucesignati, ut prius quam procedat » in Terre Sancte subsidium, de bonis suis condat provide » testamentum. Ne igitur illud, processu temporis, aliquo- » rum, quod absit ! possit prepediri calumpniis, nos, ejus » precibus inclinati, mandamus quatenus testamentum » ipsum, prout pie ac provide factum fuerit, faciatis suo » tempore inviolabiliter observari. » — (Reg. 19, f. 135 [129] v°; ann. XIII, c. 117.)

« .. *Cantuariensi et .. Eboracensi [archi]episcopis, et .. episcopo Lincolniensi*. Geritur in affectu —. Dat. Laterani, XVI kalendas novembris[1], anno tertiodecimo. »

1. Il y a erreur dans la date de lieu ou, ce qui est beaucoup plus probable, dans la date du mois, et sans doute *novembris* est ici pour *decembris* : le XVI des kalendes de novembre de cette année (17 octobre 1239), Grégoire IX était à Anagni, et non au Latran.

4962 Latran, 20 novembre 1239.

Episcopo Castellano mandat quatenus Ezelinum de Romano per excommunicationis et interdicti sententias compellat ut « Asili et Montis Beluni castra, arcem Braidem Roccamque » Cornute, nec non villas, curias, possessiones et alia jura » ecclesie Tervisine », quae occupaverit, eidem ecclesiae restituat. — (Reg. 19, f. 135 [129] v°; ann. XIII, c. 118; — Moreau 1192, f. 393 ; — Potthast 10809 ; — Rodenberg 757.)

« .. *episcopo Castellano*. Sicut venerabilis frater —. Dat. Laterani, XII kalendas decembris, anno tertiodecimo. »

4963 Latran, 20 novembre 1239.

Eidem mandat quatenus eundem Ezelinum de Romano, qui diversis excommunicationum sententiis erat astrictus et in eis per triennium et amplius perstiterat, nisi infra mensem ad mandatum Ecclesiae redierit, omnibus feudis quae a Tervisina aliisque ecclesiis obtineat, privare studeat. — (Reg. 19, f. 135 [129] v°; ann. XIII, c. 119; — Rodenberg 758.)

« *Eidem*. Cum, sicut accepimus —. Dat. ut supra. »

4964 Latran, 20 novembre 1239.

Episcopo Tervisino scribit se omnes concessiones de bonis ecclesiae Tervisinae factas a Friderico, dicto imperatore, excommunicato, Ezelino de Romano, similiter excommunicato, aut aliis, irritas decernere. — (Reg. 19, f. 136 [130] r° ; ann. XIII, c. 150 ; — Rodenberg 759.)

« .. *episcopo Tervisino*. Haberi rata nolentes —. Dat. ut supra. »

4965 Latran, 23 novembre 1239.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, — non ob-

1. *Sic*, selon toute probabilité pour *decembris* ; cf. la note précédente.

stantibus litteris quibus ipse papa Cantuariensi, Eboracensi et Dublinensi archiepiscopis mandaverat ut redemptiones votorum crucesignatorum nec non legata in Terrae Sanctae subsidium ad manus suas reciperent, et, quartam partem ipsorum Balduino, heredi imperii Romaniae, concedentes, aliam quartam partem eidem Balduino facerent in partibus Romaniae assignari[1], — legata in dictae Terrae Sanctae subsidium, aut quae de vicesima vel tricesima, vel pro redemptione votorum in regno Angliae haberi poterunt, faciat per viros idoneos colligi, eidem comiti, cum ad transmarinas partes pervenerit, tribuenda. — (Reg. 19, f. 136 [130] r°; ann. XIII, c. 151.)

« O[ttoni], *Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* Sollicitante nos olim necessitate imperii Romanie, ut sibi de magno et celeri providere subsidio curaremus, et spe nobis proposita quod dilectus filius nobilis vir .. comes Cornubie, crucesignatus, votum suum in illius succursum, ad nostras preces et monita, commutaret : venerabilibus fratribus nostris .. Cantuariensi, .. Eboracensi et .. Dublinensi archiepiscopis nostris litteris dedisse meminimus in mandatis, ut redemptiones votorum crucesignatorum nec non legata in Terre Sancte subsidium ad manus suas reciperent, et, quartam partem ipsorum nobili viro B[alduino], heredi ejusdem imperii, pro apparatu militum in ejusdem succursum proficiscentium, sicut expedire cernerent, concedentes, aliam quartam partem per aliquos viros Deum timentes, in Romanie partibus dicto nobili[2] facerent assignari, residuum dictarum redemptionum et legatorum usque ad nostrum beneplacitum fideliter servaturi. Verum, cum dictus comes, sicut ex litteris suis et carissimi in Christo filii nostri .. regis Anglorum illustris accepimus, fervens desiderium habeat dictum votum exequendi magnifice, sicut tanto negotio et honori suo cernitur expedire : nos, ei gratiam quam sibi in hac parte fecimus, conservare volentes, discretioni tue mandamus quatenus, non obstantibus litteris ad eosdem archiepiscopos, seu quibuslibet aliis super hoc a Sede Apostolica impetratis, in quibus de concessione prius facta dicto comiti aliqua mentio non fiebat, quam intentionis nostre non fuit in aliquo revocare, legata in dicte Terre Sancte subsidium, aut que de vicesima seu tricesima, vel pro redemptione votorum in regno Anglie haberi poterunt, per viros ad hoc idoneos colligi facias, sibi, cum ad transmarinas partes, Deo duce, pervenerit, integre tribuenda, juxta priorum ad te directarum super hoc continentiam litterarum[1]. Ceterum, illos ex crucesignatis regni ejusdem, quos impedimentum legitimum reddit inhabiles ad pugnandum, ut, tempore quo dictus comes duxerit transfretandum, vota sua redimant —, co[mpescas], concessa illis qui vota hujusmodi redimenda duxerint, illa peccatorum venia, que in generali concilio continetur. Dat. Laterani, VIIII kalendas decembris, anno tertiodecimo. »

1 *Supra*, n. 4681-4683.

2. Par ces mots : « dicto nobili », il faut entendre ici Baudouin de Courtenay et non Richard de Cornouailles, dont les projets sont rappelés au début de la pièce; c'est le sens qu'impose le rapprochement de la présente bulle avec notre n° 4672; d'autre part, s'il s'agissait ici de Richard, le rédacteur de la lettre aurait écrit à cet endroit, comme plus loin : « dicto comiti. »

4966 Latran, 23 novembre 1239.

Rogero, clerico, nepoti regis Angliae et Riccardi, comitis Cornubiae, — cum quo olim ipse papa, intuitu devotionis quam praedictus comes Cornubiae, ejus patruus, ad ipsum papam et ad Romanam Ecclesiam habere noscebatur, dispensaverat ut, non obstante defectu natalium quem, de soluto genitus et soluta, patiebatur, posset ad omnes sacros ordines promoveri et ecclesiasticum beneficium obtinere, ita tamen quod, si eum ad episcopalem dignitatem vocari contingeret, illam nequaquam reciperet absque Sedis Apostolicae licentia speciali, — significat se cum eo, eodem comite petente, dispensare ut pontificalem dignitatem, si ad illam canonice vocatus fuerit, recipere valeat. — (Reg. 19, f. 136 [130] r°; ann. XIII, c. 152; — cf. *supra*, n° 4280.)

« *Rogero, clerico, nepoti karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Anglie et nobilis viri R[iccardi], comitis Cornubie.* Adaugenda sunt gratiarum —. Dat. Laterani, VIIII kalendas decembris, anno tertiodecimo. »

4967 Latran, 1[er] décembre 1239.

Parisiensi et Silvanectensi episcopis, et magistro G. Goin, canonico Remensi, mandat quatenus, inquisita super excessibus Odonis de Villa Terrici (= Villethierry), quondam decani Bajocensis, veritate, si ipsis de illis constiterit, eundem omni beneficio ecclesiastico destitutum denuntient; deinde, injuncta ei pro eisdem excessibus paenitentia, eum de novo in ecclesia Bajocensi, si possit sine scandalo fieri, alioquin in ecclesia Lexoviensi vel Constantiensi, faciant in canonicum recipi, eique de praebenda provideri. — (Reg. 19, f. 136 [130] r°; ann. XIII, c. 153; — Moreau 1192, f. 395; — cf. *supra*, n. 3526, 3582, 3904 et 4168.)

« .. *Parisiensi et .. Silvanectensi episcopis, et magistro*

1. Cf. *supra*, n° 4269.

G. Goin, canonico Remensi. Dudum ex dilectorum filiorum capituli Bajocensis insinuatione percepimus quod, cum Odo de Villa Terrici, quondam decanus Bajocensis, die qua fuit in decanum electus, sollempniter in Bajocensi capitulo jurasset quod se quamprimum posset, faceret in presbiterum ordinari, prout amministratio decanatus, habentis curam animarum, et etiam consuetudo ecclesie requirebat : idem, id efficere, juramenti religione contempta, postponens, in evidens ipsius ecclesie detrimentum, tandem, elapso septennio, habitu et tonsura clericali impudenter ejectis, miles secularis effectus, in anime sue dispendium et scandalum plurimorum, .. natam Gaufridi de Belliaco[1], militis, Autisiodorensis diocesis, jurando, in presentia venerabilis fratris nostri .. Senonensis archiepiscopi et plurimorum aliorum, quod sacrum non haberet ordinem, sibi de facto matrimonialiter copulavit. Preterea ipse, intellecto quod hujusmodi matrimonium vel potius contubernium poterat accusari, cum sit in subdiaconatus ordine constitutus, ad decanatum redire cupiens, cui renuntiaverat ipso facto, ut impediret quominus ad electionem decani in prefata ecclesia posset haberi processus, ad nos per procuratorem suum vocem frustratorie appellationis emisit. Cum igitur premissa in partibus illis ita tunc esse notoria dicerentur, quod nulla posset tergiversatione celari quin dictus O[do], ut superius est expressum, uxorem receperit et militiam secularem, magistris[2] H[ugoni] de Pisis, tunc cantori, nunc archidiacono Rothomagensi, Symoni de Senon[is], [Parisiensi[3],] et Petro dicto Caligario, Morinen[si] canonicis, dedimus nostris litteris in mandatis ut, si de ipsis vel eorum aliquo fides eis fieret, injungerent prefato capitulo quod infra tres menses, prout pertineret ad eos, sibi providerent per electionem canonicam de decano; alioquin extunc preciperent bone memorie .. episcopo Bajocensi ut eidem ecclesie de persona idonea in decanum auctoritate apostolica provideret; contradictores etc. Postmodum quidem, procuratore dicti O[donis] a prefato P[etro] et subdelegatis judicum predictorum ad nostram audientiam appellante, tibi, frater Silvanectensis episcope, et fili G., causam hujusmodi sub certa forma duximus committendam. Verum, licet in ipsa, sicut dicitur, duxeritis aliquandiu procedendum, quia tamen in ea, ut accepimus, non finaliter processistis, nos, eidem finem tribui cupientes, discretioni vestre, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta mandamus quatenus, inquisita super predictis excessibus ejusdem O[donis] diligentius veritate, si de ipsis aut eorum aliquo vobis constiterit, non obstantibus litteris ad vos super hoc seu quibuslibet aliis a Sede Apostolica impetratis, et processu habito per easdem, dummodo per ipsas ad litis contestationem processum non fuerit, in eadem causa juxta formam prefatis judicibus traditam procedentes, dictum O[donem] destitutum omni ecclesiastico beneficio decernatis. Et quia nolumus quod incurrat anime sue periculum, cum ipsum, in sacro constitutum ordine, non deceat seculariter conversari, nos, injuncta sibi pro ipsis excessibus salutari penitentia, cum de novo in ecclesia Bajocensi, si possit sine scandalo fieri, alioquin in ecclesia Lexoviensi vel Constantiensi, faciatis in canonicum et fratrem recipi, et ei de prebenda, quam cito se facultas obtulerit, provideri, non obstante certo canonicorum numero, juramento seu quacunque firmitate vallato, sive si aliis sit in illis de mandato nostro provisum, aut constitutione de duabus dictis edita in concilio generali, dummodo ultra quintam vel sextam pars aliqua [etc., usque :] non trahatur. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, kalendis decembris, anno tertiodecimo. »

1. *Sic*, vraisemblablement pour *Bulliaco*; cf. *Recueil des Historiens de France*, t. XXII, p. 594 I, et L. Delisle, *Chronologie des baillis et des sénéchaux royaux*, dans *Recueil des Historiens de France*, t. XXIV, pp. 147*-148* et 187*-188*; cf. aussi Douët d'Arcq, *Inventaire de la Collection de sceaux des Archives de l'Empire*, t. I, p. 510, n° 1607.

2. *Ms.* : magistro. — La correction : « magistris » s'impose; cf. *supra*, n. 3526, 3582, 3904 et 4168.

3. Cf. *supra*, n. 3526, 3582, 3904, 4168 et 4942.

4968 Latran, 24 novembre 1239.

Episcopo Nimociensi significat se per paenitentiarium suum relaxari fecisse ad cautelam excommunicationis sententiam quam archiepiscopus Mamistensis ejusque collegae in ipsum episcopum, cum R., archidiacono Nimociensi, super quibusdam redditibus coram eis litigantem, post appellationem ad Sedem Apostolicam ab ipso episcopo interjectam, protulerant, — juratoria ab ipso episcopo cautione recepta, quod, si eandem sententiam constiterit fuisse juste latam, Ecclesiae mandato parebit, parti adversae satisfactionem debitam exhibendo; — insuper cum eo super eo quod, medio tempore, de appellatione illa confisus, praedicta sententia non credens se ligari, divina celebraverat, nec non cum illis qui per ipsum episcopum fuerant ordinati, dispensat. — (Reg. 19, f. 136 [130] v°; ann. XIII, c. 154.)

« .. *episcopo Nimociensi.* In nostra proposuisti —. Dat. Laterani, VIII kalendas decembris, anno tertiodecimo. »

4969 Latran, 25 novembre 1239.

Ferrando, infanti de Serpa, filio clarae memoriae Alfonsi [secundi], regis Portugaliae, proponenti cum A[lfonso], consanguineo suo, filio clarae memoriae A[lfonsi noni], regis Legionensis, assumpta cruce, Sarracenos expugnare, significat se eum, nec non eundem A[lfonsum], ejus consanguineum, et omnes qui cum eis, assumpta similiter cruce, ad expugnandum praedictos Sarracenos accesserint, sub beati Petri et sua protectione, cum omnibus bonis, suscipere; praedicta eorum bona, postquam iter ad expugnandum praefatos Sarracenos arripuerint, integra omnia maneant et quieta, donec de ipsorum F[errandi], A[lfonsi], ejus consanguinei, et aliorum reditu vel obitu certissime cognoscatur. — (Reg. 19, f. 137 [131] r°; ann. XIII, c. 155.)

« *Nobili viro F[errando], infanti de Serpa, nato clare memorie A[lfonsi], regis Portugalie.* Cum, sicut tua —. Dat. Laterani, VII kalendas decembris, anno tertiodecimo. »

4970 Latran, 25 novembre 1239.

« In eundem modum .. *Compostellano et .. Egitaniensi decanis, et S[ymeoni]*[1] *Roolis, canonico Ulixbonensi.* [Eis mandat quatenus non permittant eosdem F[errandum] infantem, A[lfonsum], consanguineum ejus, et alios cum eis crucesignatos contra protectionem et constitutionem apostolicam molestari, et molestatores eorum ad satisfactionem compescant]; non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra quartam vel quintam aliqui extra suam diocesim auctoritate presentium non trahantur —. Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 137 [131] r°.)

4971 Latran, 25 novembre 1239.

Eidem concedit ut nullus in personam vel in terram ejus « possit sine manifesta et rationabili causa excommunicatio» nis et interdicti sententias promulgare ». — (Reg. 19, f. 137 [131] r°; ann. XIII, c. 156.)

« *Eidem.* Specialem nobilitati tue —. Dat. ut supra. »

4972 Latran, 28 novembre 1239.

Eidem, proponenti, assumpta cruce, Sarracenos expugnare, scribit : « Nos, tuis precibus inclinati, eis qui tibi ad exe» quendum hujusmodi propositum, de bonis propriis eroga» bunt, illam, juxta quantitatem subsidii et devotionis affec» tum, concedimus indulgentiam peccatorum, que Terre » Sancte subvenientibus in generali concilio est concessa. » — (Reg. 19, f. 137 [131] r°; ann. XIII, c. 157.)

« *Eidem.* Cum, sicut tua —. Dat. Laterani, IIII kalendas decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

4973 Latran, 28 novembre 1239.

Episcopis per regnum Portugaliae constitutis mandat quatenus eis qui de ipsorum dioecesibus, postquam pro violenta manuum in personas ecclesiasticas injectione canonem latae sententiae incurrerint, ad castrum de Serpa, Sarracenos expugnaturi, assumpta cruce, accesserint, sub quibusdam condicionibus absolutionem impendant; addito mandato de auxilio eidem castro ferendo. — (Reg. 19, f. 137 [131] r°; ann. XIII, c. 158.)

« .. *episcopis per regnum Portugalie constitutis.* Cum, sicut nobilis vir F[errandus], infans de Serpa, natus clare memorie A[lfonsi], regis Portugalie, sua nobis petitione monstravit, proponat, assumpto crucis signaculo, Sarracenos omnibus quibus potest, viribus expugnare, nos, ipsius F[errandi] precibus inclinati, presentium vobis auctoritate mandamus quatenus eis qui de diocesibus vestris pro violenta injectione manuum in personas ecclesiasticas canonem late sententie incurrerunt, et ad castrum ipsius de Serpa, expugnaturi Sarracenos, assumpto crucis signaculo, curabunt accedere, dummodo passis injuriam satisfaciant competenter, et ipsorum non fuerit adeo gravis et enormis excessus, quod propter hoc ad Sedem Apostolicam merito sint mittendi, absolutionis beneficium juxta formam Ecclesie impendatis. Subditis etiam vestris ut eidem castro, quod, in medio Sarracenorum existens, multis indiget auxiliis adjuvari, congruum subsidium destinare procurent, vice nostra, in suorum remissionem peccaminum injungatis. Dat. ut supra. »

4974 Latran, 28 novembre 1239.

Archiepiscopo Compostellano mandat quatenus praelatos et alias ecclesiasticas personas regni Portugaliae moneat et inducat ut F[errando], infanti de Serpa, filio clarae memoriae A[lfonsi], regis Portugaliae, proponenti, assumpta cruce, Sarracenos omnibus quibus possit, viribus expugnare, congruam, ad suum propositum exsequendum, subventionem exhibeant. — (Reg. 19, f. 137 [131] r°; ann. XIII, c. 159; — Moreau 1192, f. 394.)

« .. *archiepiscopo Compostellano.* Cum, sicut dilectus —. Dat. ut supra. »

1. La forme complète de ce nom est donnée par le *capitulum* 179 de cette XIII[e] année (n° 4997).

4975 Latran, 3 décembre 1239.

Waldemaro, regi Daciae, indulget ut sex clerici in ipsius regis « servitio persistentes, qui se scientia et morum hones- » tate commendandos reddiderint, non habentes beneficium » unde commode sustentari valeant, unum aliud beneficium » recipere valeant, etiam si curam habeant[1] animarum an- » nexam ». — (Reg. 19, f. 137 [131] r°; ann. XIII, c. 160.)

« *W[aldemaro], illustri regi Dacie.* Desiderantes celsitudini tue —. Dat. Laterani, III nonas decembris, anno tertiodecimo. »

4976 Latran, 11 décembre 1239.

Ferrando, infanti de Serpa, filio clarae memoriae Alfonsi, regis Portugaliae, proponenti, assumpta cruce, Sarracenos expugnare, scribit : « Nos tibi et omnibus qui tecum, as- » sumpto eodem signaculo, ad expugnandum prefatos Sar- » racenos accesserint, illam concedimus indulgentiam pecca- » torum, et ea vos volumus immunitate gaudere, que » succurrentibus Terre Sancte in generali concilio sunt con- » cesse. » — (Reg. 19, f. 137 [131] v°; ann. XIII, c. 161.)

« *Nobili viro F[errando], infanti de Serpa, nato clare memorie A[lfonsi], regis Portugalie.* Cum, sicut tua —. Dat. Laterani, III idus decembris, anno tertiodecimo. »

4977 Latran, 11 décembre 1239.

Archiepiscopo Toletano mandat quatenus nonnullos regni Portugaliae milites, qui crucis signum humeris suis affixerant, compellat ut infra competentem terminum, ab ipso archiepiscopo praefigendum, vota sua exsequantur, quod efficere minime curabant. — (Reg. 19, f. 137 [131] v°; ann. XIII, c. 162.)

« *.. archiepiscopo Toletano.* Cum, sicut dilectus —. Dat. Laterani, ut supra. »

4978 Latran, 9 décembre 1239.

Archiepiscopo Bituricensi mandat quatenus inquirat utrum ecclesia Caturcensis fuerit regularis saecularisve, et, si reppererit eam aliquo tempore fuisse regularem, faciat ibidem debitum ordinem observari. — (Reg. 19, f. 137 [131] v°; ann. XIII, c. 163; — Moreau 1192, f. 411; — Potthast 10827.)

« *.. archiepiscopo Bituricensi.* Sua nobis .. prior et capitulum Caturcensis ecclesie petitione monstrarunt quod, asserentibus quibusdam eorum emulis eandem ecclesiam regularem fuisse, que a tempore cujus non extat memoria, secularis extitisse dinoscitur, licet ipsius canonici, honestatis intuitu, capas nigras et superpellicia semper detulerint, aliquem ordinem non professi, venerabilis frater noster .. archiepiscopus Viennensis, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatus, correctionem et reformationem ipsius ecclesie venerabili fratri nostro .. episcopo Agennensi commisit; qui, personaliter ad ipsam accedens, ab universis et singulis ejusdem canonicis de veritate dicenda petiit juramentum. Et quamquam, illo prestito, ipsi certificari de forma mandati prefati archiepiscopi postularent, tamen dictus episcopus, id efficere denegans, pro sue voluntatis arbitrio, tulit excommunicationis sententiam in eosdem. Cumque idem postmodum, dicta sententia relaxata, denuo visitans ecclesiam memoratam, a prefatis canonicis predicto simile deposceret juramentum, ipsi, hoc non debere fieri proponentes, petierunt eorum episcopum et quosdam absentes canonicos usque ad certum terminum expectari. Et quia dictus Agennensis episcopus id efficere noluit, sententialiter pronuntians fuisse dictam ecclesiam regularem, ipsi ad Sedem Apostolicam appellarunt; in quos idem, eorum appellatione contempta, interdicti sententiam promulgavit; quam venerabilis frater noster .. Soranus episcopus, tunc in eisdem partibus Apostolice Sedis legatus, ad cautelam relaxans, predicto episcopo Caturcensi[1] duxit hujusmodi negotium committendum. Verum, cum ipse in eo procedere noluerit, ipsi nobis humiliter supplicarunt ut super hoc eis providere de circumspectione Sedis Apostolice curaremus. Nos itaque, de prudentia tua, qui loci metropolitanus existis, gerentes in Domino fiduciam specialem, mandamus quatenus, personaliter ad locum accedens, inquisita super premissis diligentius veritate, si reppereris quod eadem ecclesia fuerit aliquo tempore regularis, facias ibidem debitum ordinem observari; alioquin eos ad regularem observantiam non compellas. Contradictores etc. Dat. Laterani, V idus decembris, anno tertiodecimo. »

4979 Latran, 13 décembre 1239.

Emelinam, dominam Cazenahii (= Chacenay, = Chassenay), viduam, Lingonensis dioecesis, cum omnibus bonis

1. *Sic*, peut-être pour *habeat*.

1. Désigné quelques lignes plus haut par les mots : « eorum episcopum. »

suis sub beati Petri et sua protectione suscipit. — (Reg. 19, f. 137 [131] v°; ann. XIII, c. 164.)

« *Nobili mulieri Emeline, domine Cazenahii, vidue. Lingonensis diocesis.* Debitum officii nostri —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno tertiodecimo. »

4980 Latran, 1er décembre 1239.

Episcopo Magalonensi significat se, — cum Bernardus, episcopus Magalonensis, ipsius episcopi praedecessor, ab Honorio III papa licentiam impetrasset revocandi ad usus episcopalis mensae ecclesiam de Agantico (= Ganges), quam unus ex ipsius episcopi praedecessoribus R., nepoti suo, canonico Magalonensi, indebite concesserat, — illam revocationem, quam, eadem ecclesia vacante, ipse episcopus ad effectum adduxerat, confirmare. — (Reg. 19, f. 137 [131] v°; ann. XIII, c. 165; — Moreau 1192, f. 401.)

« .. *episcopo Magalonensi.* Cum a nobis petitur etc., usque : effectum. Ex parte siquidem tua fuit propositum coram nobis quod, cum ecclesia de Agantico, tue diocesis, a longis retro temporibus per quosdam predecessores tuos episcopalis mense usibus deputata et per bone memorie Lucium papam confirmata fuisset, quia postmodum quidam predecessor tuus, carnalitatis sequens affectum, ipsam R., nepoti suo, canonico Magalonensi, concessit, bone memorie B[ernardus], Magalonensis episcopus, qui te immediate precessit, revocandi eam ad usus predictos a felicis recordationis Honorio papa, predecessore nostro, licentiam impetravit ; quod postmodum, ea vacante, tua fraternitas curavit effectui mancipare. Nos igitur, tuis precibus inclinati, quod super hoc a te provide factum est, ratum habemus, et auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus —. Dat. Laterani, kalendis decembris, anno tertiodecimo. »

4981 Latran, 1er décembre 1239.

Eidem significat se inhibere ne quis molestatoribus comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, — quem idem episcopus a Sede Apostolica sub annuo censu tenebat, — ab ipso episcopo excommunicatis, praesumat, sine ipsius episcopi vel apostolico mandato, et debita satisfactione non praestita, absolutionem impertiri. — (Reg. 19, f. 138 [132] r°; ann. XIII, c. 166 ; — Moreau 1192, f. 402; — cf. *supra*, n. 4001, 4002 et 4004.)

« *Eidem.* Ex parte universitatis comitatus Melgorii et Montis Ferrandi fuit propositum coram nobis quod, cum tibi, qui comitatum ipsum ab Apostolica Sede sub annuo censu tenes, duxerimus concedendum ut molestatores comitatus ipsius et ejusdem jurium subtractores, tam tue quam vicinarum civitatum et diocesum, quod, sublatis contra justitiam restitutis, ab usurpatione jurium eorumdem et hominum dicti comitatus molestatione desistant, per censuram ecclesiasticam valeas cohercere, venerabili quoque fratri nostro .. archiepiscopo Narbonensi et suffraganeis suis per litteras nostras dederimus in mandatis, ut sententias quas tu ferres in tales, singuli per dioceses suas usque ad satisfactionem condignam faciant inviolabiliter observari : aliqui ex ipsis et quidam alii ecclesiarum vicinarum prelati sententias tuas a te prolatas in molestatores, usurpatores et subtractores eosdem, ac eorum receptatores, coadjutores et fautores, non solum non faciunt observari, a te humiliter requisiti, sed etiam excommunicatis ipsis communicant et eos auctoritate vel potius temeritate propria, de facto, cum de jure non possint, absolvunt, satisfactione aliqua non impensa. Quare dicta universitas nobis humiliter supplicavit ut super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Volentes igitur ut ea que de mandato nostro provide fiunt, robur obtineant debite firmitatis, auctoritate presentium districte inhibemus ut excommunicatis hujusmodi nullus, sine tuo vel nostro mandato et debita satisfactione prestita, presumat absolutionis beneficium impertiri, decernentes, si secus actum fuerit, non valere —. Dat. ut supra. »

4982 Latran, 7 décembre 1239.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, mandat quatenus, de juribus comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, — quem episcopus Magalonensis a Sede Apostolica sub annuo censu tenebat, — inquirens, ea quae de bonis ejus invenerit alienata vel subtracta, ad jus et proprietatem ejusdem revocet. — (Reg. 19, f. 138 [132] r°; ann. XIII, c. 167 ; — Moreau 1192, f. 409.)

« .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato.* Venerabilis frater noster .. episcopus Magalonensis nobis humiliter supplicavit ut, cum comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem ab Apostolica Sede sub annuo censu tenet, sit per incuriam illorum qui eum primitus tenuerunt, enormiter diminutus, pluribus castris, villis, mansis, redditibus et possessionibus eidem sine assensu Apostolice Sedis alienatis illicite ac injuste subtractis, et quidam domini castrorum, mansorum,

villarum et aliorum locorum ipsius comitatus a fidelitate et dominio ipsius se pro sua subtraxerint voluntate, et tam se quam ea que de ipso comitatu tenent, aliene submiserint ditioni, ac nonnulli, multa in eodem comitatu tenentes, nemini pro ipsis asserant se subesse, super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Quia vero nos, qui aliis volumus sua jura servare, propria negligere non debemus, mandamus quatenus, de juribus comitatus ipsius de plano, sine judiciorum strepitu, diligenter inquirens, ea que de bonis ipsius alienata inveneris illicite vel injuste subtracta, ad jus et proprietatem ipsius studeas legitime revocare, et facias de ipsis eidem episcopo, dicti comitatus nomine, respondere —. Dat. Laterani, VII idus decembris, anno tertiodecimo. »

4983 Latran, 9 février 1240.

[Godefrido de Villa Harduini,] principi Achaïae, crucesignato, indulget ut votum proficiscendi in Terrae Sanctae subsidium, valeat in succursum imperii Romaniae, ad quod cum decenti comitiva militum transire paratum se asserebat, commutare, illa ei et cum eo accedentibus in subsidium ejusdem imperii, indulgentia concessa, quae in auxilium Terrae Sanctae proficiscentibus concedebatur. — (Reg. 19, f. 138 [132] r°; ann. XIII, c. 168; — Moreau 1192, f. 439.)

« *Nobili viro .. principi Achaïe, crucesignato.* Sincere devotionis quam —. Dat. Laterani, V idus februarii, anno tertiodecimo. »

4984 Latran, 13 décembre 1239.

Episcopum Praenestinum, apostolicum legatum, monet quatenus praepositum et capitulum Magalonenses, ordinis sancti Augustini, et eorum ecclesiam, in medio pravae ac perversae nationis positos, contra raptores, praedones et invasores defendat, nec permittat super bonis suis molestari. — (Reg. 19, f. 138 [132] r°; ann. XIII, c. 169; — Moreau 1192, f. 417.)

« .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato.* Quoniam, refrigescente caritate —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno tertiodecimo. »

4985 Latran, 16 décembre 1239.

Eidem similiter scribit, mutatis mutandis, pro episcopo Magalonensi, — qui « pro negotio pacis et fidei, quod in parti» bus illis » agebatur, « prudenter et fideliter » laboraverat, « Apostolice Sedi ac ejus legatis efficaciter assistendo », — nec non pro episcopatu Magalonensi, « et specialiter super comi» tatu Melgorii et Montis Ferrandi, quem sub annuo censu » ab Ecclesia Romana episcopus ipse » tenebat in feudum. — (Reg. 19, f. 138 [132] v°; ann. XIII, c. 170; — Moreau 1192, f. 418.)

« *Eidem.* Etsi ecclesiis et —. Dat. Laterani, XVII kalendas januarii, anno tertiodecimo. »

4986 Latran, 1er décembre 1239.

Episcopo Magalonensi scribit : « Cum, sicut accepimus, » venerabilis frater noster R[omanus], Portuensis episcopus, » bone memorie magister Milo, notarius felicis recordationis » I[nnocentii III] pape, predecessoris nostri, et alii qui functi » sunt in Provincia apostolice legationis officio, ac etiam » venerabilis frater noster .. archiepiscopus Narbonensis, » loci metropolitanus, in provinciali concilio pro conserva» tione pacis et fidei ac ecclesiastice libertatis statuta que» dam ediderint salubria et honesta : volentes ut ea debitam » obtineant firmitatem, presentium tibi auctoritate manda» mus quatenus statuta ipsa in diocesi tua a dominis, balivis, » consulibus et universitatibus castrorum ipsius facias in» violabiliter observari. » — (Reg. 19, f. 138 [132] v°; ann. XIII, c. 171; — Moreau 1192, f. 400.)

« .. *episcopo Magalonensi.* Cum, sicut accepimus —. Dat. Laterani, kalendis decembris, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

4987 Latran, 1er décembre 1239.

Episcopo Biterrensi mandat quatenus nonnullos castellanos, milites et alios laicos Magalonensis et vicinarum civitatum et dioecesium, qui respondere ac servire contemnebant episcopo Magalonensi, pro castris, villis mansisque et aliis quae in comitatu Melgorii et Montis Ferrandi possidebant, — quem comitatum idem episcopus Magalonensis sub annuo censu ab Apostolica Sede tenebat, — compellat ut « eidem » episcopo pro possessionibus ipsis respondeant et serviant », sicut tenebantur. — (Reg. 19, f. 138 [132] v°; ann. XIII, c. 172; — Moreau 1192, f. 399.)

« .. *episcopo Biterrensi.* Venerabilis frater noster —. Dat. ut supra. »

4988 Anagni, 12 octobre 1239.

Dominam Trevae et Caseoli, viduam, Lingonensis dioece-

sis, cum omnibus bonis suis sub beati Petri et sua protectione suscipit. — (REG. 19, f. 138 [132] v°; ann. XIII, c. 173.)

« *Nobili mulieri* [..] *domine Treve*[1] *et Caseoli, vidue, Lingonensis diocesis.* Debitum officii etc., ut supra, in CLXIIII[2] littera, usque in finem. Dat. Anagnie, IIII idus octobris, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

4989 Anagni, 12 octobre 1239.

« In eundem fere modum .. *archidiacono Barrensi, Lingonensis diocesis.* [Ei mandat quatenus, eidem dominae contra praedonum, raptorum et invasorum audaciam assistens, non permittat eam a talibus molestari;] presentibus post triennium minime valituris. Dat. ut supra. » — (REG. 19, f. 138 [132] v°.)

4990. — In eundem modum .. *episcopo Trecensi*, pro nobili muliere E[melina], domina Cazenai, vidua, Lingonensis diocesis. — (Cf. *supra*, n° 4979.)

4991 Latran, 7 décembre 1239.

Episcopo [Bosnensi] et capitulo Sancti Petri in Bosna possessiones et alia bona eorum ecclesiae a C[olomanno], rege [Ruthenorum], duce Sclavoniae, et ab aliis Christi fidelibus collata, confirmat. — (REG. 19, f. 138 [132] v°; ann. XIII, c. 174; — POTTHAST 10821.)

« .. *episcopo et capitulo Sancti Petri in Bosna.* Justis petentium etc. —. Dat. Laterani, VII idus decembris, anno tertiodecimo. »

4992 Latran, 7 décembre 1239.

Priori fratrum Praedicatorum in Hungaria mandat quatenus aliquot fratres sui ordinis « potentes in opere ac sermone » in terram Bosnae « ad predicandum inibi verbum » dominicum et cultum divinum fortius ampliandum » destinet. — (REG. 19, f. 138 [132] v°; ann. XIII, c. 175; — MOREAU 1192, f. 408; — POTTHAST 10823[1].)

« .. *priori fratrum Predicatorum in Ungaria.* Cum, sicut ex —. Dat. ut supra. »

4993 Latran, 5 décembre 1239.

Colomanum, regem [Ruthenorum], ducem Sclavoniae, laudat quod haereses exstirpare et fidem catholicam propagare studeat, quod exaltationem Ecclesiae procuret ejusque impugnatores expugnet; eum hortatur quatenus in Dei et Ecclesiae devotione persistat. — (REG. 19, f. 139 [133] r°; ann. XIII, c. 176; — MOREAU 1192, f. 407, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10822.)

« *Coloman*[*o*] *regi, duci Sclavonie.* Litteras tuas benigne —. Dat. Laterani, nonis decembris, anno tertiodecimo. »

4994 Latran, 11 décembre 1239.

Ferrando, infanti de Serpa, filio Alfonsi, regis Portugaliae, indulget ut praedas quas de terris Sarracenorum abducere poterit, nec non aliqua de bonis suis, « exceptis ferro, equis, » armis et lignaminibus galearum, et aliis quibus [illi] » Christianos impugnare valerent, pro redemptione captivo» rum et defensione castri » sui de Serpa, eisdem Sarracenis vendere possit. — (REG. 19, f. 139 [133] r°; ann. XIII, c. 177; — MOREAU 1192, f. 416.)

« *Nobili viro F*[*errando*][2], *infanti de Serpa, nato clare memorie A*[*lfonsi*], *regis Portugalie.* Specialem nobilitati tue —. Dat. Laterani, III idus decembris, anno tertiodecimo. »

1. Peut-être pour *Trave.* — Il s'agit ici d'Alix de Dreux, dame de Traves et de Choiseul, qui épousa en secondes noces Raynard III, sire de Choiseul, mort en 1239, et sur laquelle on peut consulter le P. ANSELME, *Hist. généal. de la Maison de France*, t. I, p. 426 et t. IV, p. 819.

2. *Ms.* : CLXIII; c'est le numéro que portait primitivement ce *capitulum*, par suite d'une erreur qui s'était produite dans la numérotation du *capitulum* LXXXVIII, coté d'abord LXXXVII; cette erreur, qui avait faussé la numérotation de toutes les pièces suivantes de la XIII[e] année, a été corrigée après coup, mais a été maintenue dans le corps de la présente pièce.

1. RIPOLL, *Bullar. ordinis fratrum Praedicator.*, t. I, p. 106, n° 193, suivi, semble-t-il, par THEINER, *Vetera monum. histor. Hungariam sacram illustrantia*, t. I, p. 170, n° 107, donne la date impossible : « Laterani, VIII idus augusti. » FEJÉR, *Codex diplom. Hungar.*, IV, I, p. 177, propose la date : « VIII idus decembris », qu'il aurait lue « in regestro », et que paraît avoir adoptée POTTHAST.

2. Il y a, en surcharge, dans l'interligne, entre les mots *viro* et *infanti*, un tout petit *F.*, qui pourrait facilement être pris pour un *P*, et qui effectivement a été pris pour tel dans la table des rubriques.

4995 Latran, 11 décembre 1239.

Eidem transcribit formam sub qua, cum venisset ad Sedem Apostolicam, se ipsum Ecclesiae vassallum recognoscens, juramentum fidelitatis ipsi papae exhibuerat. — (Reg. 19, f. 139 [133] r°; ann. XIII, c. 178; — Moreau 1192, f. 414.)

« *Eidem*. Cum venisses ad —. Dat. ut supra. »

[4996]

[Forma autem juramenti ab eodem infanti praestiti haec est[1] :]

« Ego Ferrandus[2], infans de Serpa, natus clare me-
» morie A[lfonsi], regis Portugalie, ab hac hora in
» antea fidelis et obediens ero beato Petro, sancteque
» Romane Ecclesie, et domino meo pape Gregorio
» suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero
» in consilio, aut consensu vel facto, ut vitam perdant
» vel membrum, aut capiantur mala captione. Consi-
» lium vero quod michi credituri sunt, per se vel
» nuntios suos, sive per litteras, ad eorum dampnum
» nemini pandam. Papatum Romanum, regalia sancti
» Petri et omnia jura spiritualia et temporalia que
» Sedes Apostolica in regno Portugalie obtinet, adjutor
» eis ero ad retinendum et defendendum contra om-
» nem hominem. Legatum Apostolice Sedis in eundo
» et redeundo honorifice tractabo et in suis necessita-
» tibus adjuvabo. Sic me Deus adjuvet, et hec sancta
» Dei evangelia. »

4997 Latran, 13 décembre 1239.

Priori Sanctae Mariae de Altam., ac Symeoni Roolis et magistro Nicolao, canonicis Ulixbonensibus, scribit : « Dilecti » filii nobilis viri F[errandi], infantis de Serpa, nati clare » memorie .. regis Portugalie, precibus inclinati, presentium » vobis auctoritate mandamus quatenus ea que, postquam » iter arripuit ad Sedem Apostolicam veniendi, in ejus inve» neritis prejudicium attemptata, in statum debitum aucto» ritate nostra legitime revocetis. » — (Reg. 19, f. 139 [133] r°; ann. XIII, c. 179.)

« .. *priori Sancte Marie de Altam., Symeoni Rool[is]*[1] *et magistro Nicolao, canonicis Ulixbonensibus*. Dilecti filii nobilis —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno tertiodecimo. »

4998 Latran, 19 décembre 1239.

Patriarcham Aquilegensem redarguit quod Friderico dicto imperatori, Dei et Ecclesiae inimico, multis ex causis excommunicato, communicaverit; ei scribit se, ad preces B[elae], Hungariae, et C[olomanni], Ruthenorum regum, ipsius patriarchae nepotum, hanc ei tamen gratiam facere, ut, postquam ad Sedem Apostolicam iter arripuerit, ab excommunicationis vinculo quo propter hoc teneatur astrictus, per episcopum Castellanum absolvatur; ei mandat quatenus quam citius poterit, veniat. — (Reg. 19, f. 139 [133] r°; ann XIII, c. 180; — Moreau 1192, f. 119; — Potthast 10808*[2] et 10830*; — Rodenberg 763, I.)

« .. *patriarche Aquilegensi, spiritum consilii sanioris.* Speravit Romana Ecclesia —. Dat. Laterani, XIIII kalendas januarii, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

4999 Latran, 19 décembre 1239.

Episcopo Castellano, de eadem re scribens, mandat quatenus eidem patriarchae Aquilegensi, postquam iter ad Sedem Apostolicam arripuerit, munus absolutionis impendat humiliter postulanti; formam juramenti quod idem patriarcha praestabit, de verbo ad verbum, « per ejus patentes litteras, » suo sigillo signatas, et processum » super hoc ab ipso episcopo factum quantocius ipse episcopus papae mittat. — (Reg. 19, f. 139 [133] v°; ann. XIII, c. 181; — Moreau 1192, f. 120; — Rodenberg 763, II.)

« .. *episcopo Castellano*. [Cum[3]] patriarcha Aquilegensis, pro —. Dat. ut supra. »

5000 Latran, 10 décembre 1239.

Regi Hungariae concedit, sicut olim regi Portugaliae,

1. Reg. 19, f. 139 [133] r°.
2. On trouvera dans le *Liber Censuum*, éd. Fabre-Duchesne, t. I, pp. 285 et suiv., 415 et suiv., etc., de nombreux exemples de formules analogues. Celle-ci peut être rapprochée, pour nous en tenir aux *Registres de Grégoire IX*, de la formule, conçue presque dans les mêmes termes, du serment de fidélité prêté par André de Chauvigny, sire de Châteauroux; elle est imprimée plus haut, sous le numéro 1397 (cf. aussi les n. 4050 et 4053). — Notons encore que le début d'une semblable formule se trouve à la fin de la pièce 4895.

1. Cf. *supra*, n° 4970.
2. A la date du *19 novembre*, au lieu du *19 décembre*, d'après J. Bianchi, *Documenta historiae Forojuliensis saeculi XIII*, dans l'*Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen*, t. XXI (1859), p. 213, n° 126.
3. *Cum*, qui manque dans le *Registre*, doit être nécessairement restitué; la formule initiale de cette bulle est la même que celle du *capitulum* 212 de la XIV[e] année; cf. Rodenberg, n° 800.

juxta formam decretalis[1] sub bulla sua insertam, ut redditus suos Judaeis vel Paganis possit vendere; honori tamen regio credit potius expedire ut, si poterit, praedictos redditus vendat Christianis. — (REG. 19, f. 139 [133] v°; ann. XIII, c. 182; — MOREAU 1192, f. 115[2]; — POTTHAST 10829[3]; cf. *ibid.* 9673.)

« .. *illustri regi Ungarie.* Quia inter ceteros —. Dat. Laterani, IIII idus decembris, anno tertiodecimo. »

[5001]

[Tenor autem decretalis in praecedentibus litteris insertae hic est[4]:]

« Ex speciali quem erga .. illustrem regem Portuga-
» lie gerimus, caritatis affectu »,
« et infra :
« mandamus quatenus regem illum sollicite induca-
» tis ne in officiis publicis Judeos Christianis preficiat,
» sicut in generali concilio continetur[5]; et si forte red-
» ditus suos Judeis vendiderit vel Paganis, Christia-
» num tunc deputet de gravaminibus inferendis cleri-
» cis et ecclesiis non suspectum, per quem Judei sive
» Sarraceni sine Christianorum injuria jura regalia
» consequantur. »

5002 Latran, 20 décembre 1239.

Episcopo Oxomensi significat Ferrandum, dictum infantem de Serpa, filium Alfonsi, quondam regis Portugaliae, sibi confessum esse maxima scelera erga Ecclesiam quibus se contaminaverit, eique scribit quomodo idem Ferrandus paenitentiam agere debeat. — (REG. 19, f. 139 [133] v°; ann. XIII, c. 183; — MOREAU 1192, f. 121, *partim* ex RAYNALDO; — POTTHAST 10831[6].)

« .. *episcopo Oxomensi.* Veniens ad Apostolicam Sedem dilectus filius nobilis vir F[errandus], dictus infans de Serpa, natus clare memorie A[lfonsi], regis Portugalie, humili nobis confessione monstravit quod, de ecclesia Sancti Mammetis Ulixbonensis, ad S[ymeonem] Roolis, fratrem venerabilis fratris nostri .. tunc decani, nunc episcopi[1] Ulixbonensis, pertinente, sexaginta frumenti et quadraginta ordei modios, vinum et res alias ipsius episcopi et quorumdam aliorum ex suis, per quosdam Sarracenos mandans extrahi, domos decanatus sui dirui et comburi ac bona ibidem inventa exinde faciens asportari, de bonis[2] et proventibus mense episcopalis Ulixbonensis multa rapuit et percepit; que omnia, videlicet ad mensam eandem pertinentia, ad minus valere quingentas marcas existimabat. Consanguineos et amicos ejusdem episcopi[3], ut eos interficeret Egidio, archidiacono Santarenensi, qui eidem infanti trecentos persolvit aureos, ut omnia mala que posset, contra dictum episcopum et suos ac Ulixbonensem ecclesiam perpetraret, Nunione Gometii, qui, pro magistro scolarum ecclesie ipsius se gerens, post obitum bone memorie S[ugerii], Ulixbonensis episcopi, ab Ulixbonensi capitulo in temporalibus vicarius constitutus, infanti predicto instrumenta debitorum episcopatus tradidit, et in scriptis loca in quibus bona conservabantur ipsius et episcopales proventus, indicavit eidem, magistro Johanne Fernandi, canonico Bracharensi, Michaële Onequio clerico, qui ei propter hoc et alia perpetranda contra episcopum et alios supradictos, pluries et pluribus servierunt, ac Johanne Gometii et F. Gometii, fratribus magistri scolarum predicti, L. Gonsalvi et R. Gonsalvi, nepotibus archidiaconi supradicti, militibus, procurantibus, extitit multipliciter persecutus; et tam isti quam alii ex ipsorum parte, per ejusdem infantis audaciam et potentiam, eo irrequisito, ipsi episcopo et suis dampna et injurias plurimas irrogarunt; pro quibus omnibus supradictis in eundem infantem extitit per te auctoritate apostolica excommunicationis sententia promulgata. Quamplures etiam clericos interfici, cedi fustibus et alias faciens inhoneste tractari, et in quosdam manus violentas iniciens, quosdam manu propria vulneravit. De proventibus episcopatus Egitaniensis multa rapuit, sed ea sibi venerabilis frater noster .. Egita-

1. Cette décrétale est tirée de la lettre pontificale qui forme le n° 733 de nos *Registres*, t. I, col. 454 et 456.

2. Avec la date *III idus decembris* (= 11 décembre), peut-être d'après une copie faite pour Raynaldi.

3. A la même date *III idus decembris*, d'après THEINER, *Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia*, t. I (1859), p. 173, n° 313; — FEJÉR, *Codex diplomaticus Hungariae*, t. IV, vol. I, p. 175, donne bien la date du *Registre*, *IV idus decembris*.

4. REG. 19, f. 139 [133] v°. — Décret. Gregorii IX, lib. V, tit. 6, *de Judaeis*, c. 18; cf. FRIEDBERG, *Corpus juris canonici*, t. II (1881), col. 778.

5. Concile du Latran de 1215, chap. 69, dans LABBE et COSSART, *Sacrosancta concilia*, ed. COLETI, t. XIII, Venise, 1730, col. 1006.

6. Avec l'*incipit* : « Ad instantiam dicti », d'après RAYNALDI.

1. Le *ms.* portait primitivement : « tunc decani Ulixbonensis »; les mots « nunc episcopi » ont été ajoutés en interligne, de la main même, semble-t-il, qui a tracé le reste de la page.

2. *Ms.* : ac de bonis.

3. Il faut entendre : « Consanguineos et amicos ejusdem episcopi extitit multipliciter persecutus, Egidio ..., Nunione Gometii ..., Johanne Fernandi (et aliis) procurantibus ut eos interficeret. »

niensis episcopus propria voluntate remisit. In pluribus etiam monasteriis et ecclesiis multa confessus est enormia perpetrasse. Quare nobis humiliter supplicabat ut, cum super hiis satisfacere sit paratus, faceremus sibi absolutionis beneficium impertiri. Nos igitur, ad instantiam dicti episcopi Ulixbonensis et M. Roolis, fratris sui, prefatum [Ferrandum], ab eo quod super premissis omnibus mandato apostolico pareat, juramento recepto, ab excommunicationis vinculis quibus pro predictis tenebatur astrictus, per venerabiles fratres nostros .. Tusculanum et .. Ostiensem episcopos juxta formam Ecclesie facientes absolvi, ei sub prestito juramento duximus injungendum ut omnia que ecclesie Ulixbonensi et ejus canonicis abstulit, integre quam cito poterit, restituat, et tam eis quam aliis monasteriis et ecclesiis de dampnis et injuriis irrogatis, secundum posse suum et voluntatem prelatorum et capitulorum ipsorum, satisfactionem curet debitam exhibere; episcopum, decanum et capitulum Ulixbonenses qui pro tempore fuerint, fratres, consanguineos, familiares et alios amicos predicti episcopi, in personis et rebus, per se vel per alium, de cetero non offendat et pro posse suo ab alio non permittat offendi; ecclesiam et eundem episcopum Ulixbonenses et alios supradictos, res suas et suorum et eorum jura contra omnem hominem eo amplius manuteneat et defendat, quo fortius eos noscitur offendisse; de cetero nullum clericum secularem vel religiosam personam interficiat, nec in eos modo alio manus iniciat, nisi quatenus [1] jura permittunt: sed potius ecclesiis quarum clericos interfecit, et parentibus eorumdem pro posse suo satisfacere non omittat; ecclesias, monasteria, res ecclesiasticas personarum ecclesiasticarum nullo tempore violenter invadat, nec non personas ad ecclesias vel monasteria seu cymiteria confugientes eorum, nequaquam inde de cetero extrahat, aut extrahi per alium non procuret. Ceterum per totam quadragesimam, cum ad terram suam primo devenerit, barbam non radat, caput non abluat, indumenta de serico vel scarlato aut aurifrigiata non portet, nec intret ecclesiam; sed, ante fores ipsius usque ad diem Cene Domini divina, cum poterit, audiens, tunc juxta formam Ecclesie per manus episcopi vel sacerdotis se faciet [2] in ecclesiam introduci; eo die, decem pauperibus pedes abluat et eis de simili panno indumenta concedat. Per totam eandem quadragesimam ad mensam suam quinque pauperes omni die reficiat; et omnibus sextis feriis ejusdem in terra solus comedat, uno pulmento et uno servitore contentus. Quod si de pluribus cibariis comedere voluerit, totidem pauperes eo die reficere procurabit. In Parasceve, per omnes ecclesias civitatis vel castri in quo fuerit, discalciatus ambulet: et die sabbati subsequentis, caput ablui et barbam faciat sibi radi. Per septem annos, sextas ferias, quatuor tempora, letanias omnes beate Virginis et omnium Apostolorum et aliorum sanctorum vigilias ab Ecclesia constitutas jejunet. Omni tempore vite sue, in die sabbati carnes non comedat, nisi forte Natale Domini eo die interveniat, vel ipsum gravis necessitas ad id cogat. Apud Santaren[um], ubi clericos precepit interfici, a monasterio fratrum Predicatorum per hospitale Sancti Johannis ad ecclesiam Sancte Marie de Alcaceva, ejusdem castri, in tunica et supertunicali, cum corrigia ad collum, pedibus nudis incedens, in ostio hujusmodi ecclesiarum ab aliquo sacerdote, dum cantabitur *Miserere mei, Deus*, infra octo dies postquam ad illud castrum perveniet, se faciat verberari. Viginti Christianos a Sarracenorum captivitate infra triennium redimat, et ad Sarracenos contra Christianos nunquam se transferens, eis consilium vel auxilium non impendat; quin potius per tres annos in manu forti pro modo suarum virium Sarracenos in Ispania, et specialiter in frontaria regni Portugalie, expugnare procuret. Dat. Laterani, XIII kalendas januarii, anno tertiodecimo. »

1. *Sic*, en toutes lettres. — Cf. *supra*, t. III, col. 66, note 1.
2. *Sic*, peut-être pour *faciat*.

5003. — In eundem fere modum .. *episcopo et capitulo Ulixbonen[sibus]*.

5004 Latran, 20 décembre 1239.

Capitulo Ulixbonensi significat se magistrum Johannem, ipsius papae capellanum, Ulixbonensem decanum, ab ipso papa ad sacerdotii ordinem promotum et postea consecratum, ecclesiae Ulixbonensi concessisse in episcopum, eisque mandat quatenus ei intendant et obediant. — (Reg. 19, f. 110 [131] r°; ann. XIII, c. 184; — Moreau 1192, f. 423; — cf. *supra*, n. 2157, 2171, 3113, 3114, 3811, 3853 et 4835.)

« *Capitulo Ulixbonensi*. Multe compassionis affectus quem, juxta debitum officii pastoralis, ad Ulixbonensem ecclesiam habuimus hactenus, nos induxit ut, quia in spiritualibus et temporalibus, propter vacationem diutinam, gravia sustinuit detrimenta, de sui substitutione pastoris debeeremus, inter alias occupationes innumeras quibus angimur cotidie, cogitare. Sane, prefata ecclesia jamdudum pontificis solacio destituta, et provisione illius Sedi Apostolice reservata, nos ve[ne-

rabilibus] f[ratribus] n[ostris] .. archiepiscopo Toletano et .. episcopo Palentino dedimus nostris litteris in mandatis ut, dilatione ac excusatione cessantibus, providerent ipsi ecclesie, vice nostra, de persona idonea, que tante dignitati congrueret, in pastorem; qui, tanquam honestatis et utilitatis ecclesiastice dilectores, ad Illum solummodo respectum habentes, qui suorum mentes illustrat et dirigit in salutem, venerabilem fratrem nostrum magistrum[1] Johannem, Ulixbonensem episcopum, tunc capellanum nostrum et decanum ejusdem ecclesie, virum litteratum, providum et discretum, cujus probitatem et suavem opinionis odorem nos et fratres nostri liquido cognovimus per effectum, eidem ecclesie in pastorem et episcopum prefecerunt. Sperantes itaque firmiter prefatam ecclesiam per eum consolationem recipere salutarem ac ipsius studio in spiritualibus et temporalibus continue ampliari, episcopo eidem injuncto districte ut, submittens humeros ad portandum, susciperet curam et regimen ecclesie memorate, ipsum ad sacerdotii promovimus ordinem, consecrationis munus sibi postmodum impendendo. Quocirca mandamus quatenus, recognoscentes gratiam quam vobis facimus in hac parte, subtrahentes ipsum nobis et Apostolice Sedi, et eundem Ulixbonensi ecclesie in episcopum concedentes, sibi tanquam episcopo et pastori animarum vestrarum plenarie intendatis, exhibentes ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam: alioquin sententiam quam idem [etc., usque :] observari. Dat. ut supra. »

5005. — In eundem modum *clero civitatis et diocesis Ulixbonen*[*sis*].

5006 Latran, 20 décembre 1239.

« In eundem modum *populo Ulixbonensi*, usque : impendendo. [Ulixbonenses monet quatenus eundem episcopum debito honore suscipiant ejusque monitis et mandatis intendant.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 140 [131] v°; — Moreau 1192, f. 121.)

5007 Latran, 20 décembre 1239.

« In eundem modum .. *illustri regi Portugalie*, usque : impendendo. [Ei praedictum episcopum commendat.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 140 [131] v°; — Moreau 1192, f. 121.)

1. *Ms.* : .. magistrum.

5008 Latran, 21 décembre 1239.

Episcopo Ulixbonensi indulget ut, — cum Ulixbonensis ecclesia importabili debitorum onere premeretur, et multa de ejus bonis, quae ad mensam episcopalem spectabant, fuissent alienata et distracta, — possit, non obstante Lateranensis concilii statuto, beneficia quae in civitate ac dioecesi Ulixbonensi ante promotionem suam habebat, pro suis ipsius et praedictae ecclesiae necessitatibus usque ad apostolicum beneplacitum retinere. — (Reg. 19, f. 140 [131] v°; ann. XIII, c. 185.)

« .. *episcopo Ulixbonensi*. Cum, sicut te —. Dat. Laterani, XII kalendas januarii, anno tertiodecimo. »

5009 Latran, 21 décembre 1239.

« In eundem fere modum .. *episcopo et .. cantori Salamantin*[*is*]. [Eis mandat quatenus beneficiorum ipsorum proventus faciant eidem electo integre assignari.] Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 140 [131] v°.)

5010 Latran, 21 décembre 1239.

Episcopo Ulixbonensi indulget ut nonnullos qui, gerentes, post ipsius episcopi praedecessoris obitum, bonorum Ulixbonensis ecclesiae administrationem, ejusdem ecclesiae proventus in usus proprios converterant, vel alias quaedam ex eisdem bonis illicite distraxerant, possit ad reddendum sibi super praemissis plenam rationem compellere, et ea de illis bonis quae illicite alienata invenerit, ad jus et proprietatem ejusdem ecclesiae valeat revocare. — (Reg. 19, f. 140 [131] v°; ann. XIII, c. 186.)

« .. *episcopo Ulixbonensi*. Cum, sicut accepimus —. Dat. ut supra. »

5011 Latran, 21 décembre 1239.

Archidiacono de Vermui, Bracharensis dioecesis, et P.[1], priori Sancti Jacobi de Alanker, Ulixbonensis dioecesis, quos ipse papa, vacante ecclesia Ulixbonensi, procuratores ejusdem ecclesiae quoad temporalia ordinaverat, significat archiepiscopum Toletanum et episcopum Palentinum eidem ecclesiae magistrum Johannem, ipsius papae capellanum, Ulixbonensem decanum, in episcopum praefecisse; eis mandat quatenus universos redditus et proventus episcopales per

1. Sans doute le personnage appelé *P. Muniz* dans notre pièce 3811.

ipsos hactenus collectos, et cetera bona ad episcopi mensam spectantia, eidem episcopo vel ejus procuratori assignent. — (Reg. 19, f. 140 [134] v°; ann. XIII, c. 187 : — cf. *supra*, n. 3811 et 5004.)

« .. *archidiacono de Vermui, Bracharensis, et P., priori Sancti Jac[obi] de Alanker, Ulixbonensis diocesum*. Olim. Ulixbonensi ecclesia pontificis solatio destituta et provisione ipsius Sedi Apostolice reservata, vos procuratores quoad temporalia ejusdem ecclesie sub certa forma duximus ordinandos. Cum autem venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Toletano et .. episcopo Palentino dederimus nostris litteris in mandatis, ut eidem ecclesie, que, ob vacationem diutinam, gravem in spiritualibus et temporalibus sustinuit lesionem, de persona idonea, que tanto oneri et honori congrueret, vice nostra in episcopum providerent, et iidem, tanquam honestatis et utilitatis ecclesiastice dilectores, venerabilem fratrem nostrum magistrum J[ohannem], Ulisbonensem episcopum, tunc capellanum nostrum et decanum ecclesie predicte, ipsi ecclesie in episcopum prefecerint et pastorem, idemque ad mandatum nostrum eandem susceperit [1] gubernandam : mandamus quatenus universos redditus et proventus episcopales per vos collectos hactenus, et cetera bona ad episcopi mensam spectantia, ornamenta quoque episcopalia, nec non et instrumenta ecclesie, ac alia que ad manus vestras de bonis episcopalibus pervenerunt, ipsi episcopo vel procuratori ejus integre assignare curetis; alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, actore Deo, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. ut supra. »

5012 Latran, 22 décembre 1239.

Episcopo Oxomensi et abbati Vallis Oleti (= Valladolid), Palentinae dioecesis, mandat quatenus, — non obstante quadam compositione qua Ferrandus, dictus infans de Serpa, filius clarae memoriae [Alfonsi,] regis Portugaliae, omne jus et actionem quae in bonis ab eodem rege relictis vel aliis ex testamento seu quocumque modo ipsi Ferrando competerent, fratri suo Sancio, regi Portugaliae, recepta ab eodem Sancio quadam summa pecuniae, remiserat, — praefatum Sancium cogant ut eidem Ferrando restituat bona ad ipsum Ferrandum ex successione praedicti [Alfonsi] regis et inclitae recordationis Leonorae, reginae Daciae, praedictorum Sancii et Ferrandi sororis, pertinentia. — (Reg. 19, f. 141 [135] r°; ann. XIII, c. 188.)

« .. *episcopo Oxomensi et .. abbati Vallis Oleti, Palentine diocesis*. Constitutus in presentia nostra dilectus filius nobilis vir F[errandus], dictus infans de Serpa, natus clare memorie .. regis Portugalie, sua nobis petitione monstravit quod, cum idem rex in ultima voluntate duxerit disponendum ut karissimus in Christo filius noster S[ancius], rex Portugalie, frater ejusdem F[errandi], sibi in regno succederet, ac reliqua bona sua, preter immobilia, idem F[errandus] et nobilis vir A[lfonsus], comes Bolonie, frater ejus, ac inclite recordationis L[eonora], regina Dacie, soror ejus, communiter possiderent : dictus F. cum eodem S. hujusmodi compositionem, sibi valde dampnosam, iniit, a parte altera circumventus, videlicet quod, ab eodem S. quadam pecunie summa recepta, omne jus et actionem que in predictis bonis vel aliis ex testamento seu quocunque modo ipsi F. competerent, dicto S. regi remisit. Quare idem F. nobis humiliter supplicavit ut, cum ipse ex hujusmodi compositione enormiter lesus existat, et adhuc in annis sit minoribus constitutus, subvenire sibi super hoc per beneficium restitutionis in integrum, et dictum regem S. ad restituendum sibi bona que, ad ipsum F. ex successione dicte sororis spectantia, contra justitiam detinet, compellere curaremus. Verum, cum ex nostre servitutis officio simus omnibus in justitia debitores, mandamus quatenus, si est ita, dicta compositione nequaquam obstante, prefatum regem quod eidem F. bona ad ipsum F. ex successione predictorum patris et sororis pertinentia, restituat, ut tenetur, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, previa ratione, cogatis. Proviso ne in regno ipsius S. interdicti etc. Testes etc. Quod si non ambo etc. Non obstante etc., dummodo ultra quintam vel sextam etc., extra regnum Portugalie etc. Quod si non ambo etc. [1] Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno tertiodecimo. »

5013 Latran, 22 décembre 1239.

Tarasiam viduam [2], quam quamplures [illorum] inter quos

1. *Ms.* : susceperint.

1. La répétition de cette formule : « Quod si non ambo etc. », à la fin de la présente bulle, est due sans doute à une négligence de rédaction.

2. Il n'est pas expressément spécifié dans la bulle que la « nobilis mulier Tarasia » que le pape prend sous sa protection, soit veuve; mais le fait ressort de deux passages de la pièce : « ini-

commorabatur, utpote potentiores, super bonis suis multipliciter aggravabant et molestabant, cum eisdem bonis sub beati Petri et sua protectione suscipit. — (Reg. 19, f. 141 [135] r°; ann. XIII, c. 189.)

« *Nobili mulieri Tarasie.* Ne obruatur innocentia —. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno tertiodecimo. »

5014 Latran, 23 décembre 1239.

Capitulo Lascurrensi scribit de electione celebrata de bonae memoriae magistro D. Willelmi in episcopum Lascurrensem, a tribus de eorum collegio, in quos compromiserant, — quam electionem archiepiscopus Auxitanus, loci metropolitanus, cassaverat, — nec non de his quae inde subsecuta fuerant: eis significat se electionem de Bertrando de Lamota, episcopo, tunc canonico Vasatensi, in episcopum Lascurrensem, ab eodem archiepiscopo Auxitano, in quem ipsi Lascurrenses canonici vota sua contulerant, postea factam, cassavisse, pro eo quod, antequam fuerit requisitus praedicti D. Willelmi electi consensus, non potuerant in alium vota sua transferre. — (Reg. 19, f. 141 [135] r°; ann. XIII, c. 190; — cf. *supra*, n. 2881 et 3765.)

« *Capitulo Lascurrensi.* Olim, ecclesia Lascurrensi pastore vacante, vos, habito super electione facienda tractatu, in tres ejusdem ecclesie canonicos qui vobis de pastore idoneo providerent, compromittere unanimiter procurastis; qui, deliberato consilio, bone memorie magistrum D. Willelmi, tunc Bononie disciplinis scolasticis insistentem, duxerunt in Lascurrensem episcopum eligendum. Sed venerabilis frater noster .. archiepiscopus Auxitanus, metropolitanus loci, ante requisitum electi consensum ad ecclesiam ipsam accedens, et eandem electionem ex eo asserens non valere, quod canonicos Lascurrenses per bone memorie A., episcopum Lascurrensem, ob hoc quod, contra interdictum ipsius, capas de blueto, cum essent canonici regulares, in capitulo et choro portaverant, et, contra prohibitionem ejusdem episcopi, quosdam cives Lascurrenses, qui quendam concanonicum vestrum interficere[1], et servientes ipsorum secum retinere presumpserant, esse vinculo excommunicationis astrictos, et sic ligatos electionem dicebat celebrasse predictam, ipsam, dicto magistro absente et non vocato, pro sua voluntate cassavit. Propter quod, et ne vos ad electionem procederetis alterius, Bernardus, frater dicti magistri, ad nostram audientiam appellavit. Cujus appellatione contempta, vobis potestatem eligendi alium in dictum archiepiscopum transferentibus, idem archiepiscopus venerabilem fratrem nostrum .. Olerensem[2] episcopum, tunc archidiaconum Atrebatensem, in Lascurrensem duxit episcopum eligendum. Quo electioni de se facte consentire penitus recusante, idem magister, de Bononia rediens, et appellationem a dicto fratre suo interpositam ratam habens, apud eundem archiepiscopum deposuit de sua electione cassata querelam. Quare, eisdem magistro et archiepiscopo in tres viros fide dignos taliter compromittentibus, ut, si omnes ad proferendum arbitrium simul interesse non possent, idem duo ipsorum proferre valerent, cum duo[3] ex arbitris, prefixa die, archiepiscopo et magistro D. Willelmi predictis presentibus, vellent ad arbitrandum procedere, idem magister, asserens ipsos sibi esse suspectos, ad nostram audientiam appellavit; cujus appellationi [vobis] minime deferentibus et iterato conferentibus in prefatum archiepiscopum vota vestra, ipse sepedicte ecclesie venerabilem fratrem nostrum Bertrandum[4] de Lamota, episcopum, tunc canonicum Vasatensem, in pastorem providit, et eum demum in episcopum consecravit. Verum, cum id ad nostram fuisset audientiam... archidiacono Vallis Veteris[5], Lascurrensis diocesis, referente, perlatum, primo .. priori Sancte Marie Deaurate, Tholosane, et .. de Levitania et .. Basiliaquensi archidiaconis, Tarviensis diocesum, et postremo venerabili fratri nostro .. episcopo Olorensi ejusque collegis apostolico scripto mandavimus ut super premissis plenius veritatem inquirerent, et inventa[m] nobis fideliter intimarent. Iidem vero

quitatis filii, qui pupillo non judicant, nec causa vidue ingreditur ad eosdem » (cf. Isa. I, 23), et « nos, qui patres orphanorum et viduarum judices sumus » (cf. Ps. LXVII, 6). De ces expressions : « qui pupillo non judicant » et « patres orphanorum », on peut également inférer que la veuve à qui la lettre est adressée, avait un ou plusieurs enfants en bas [âge; dans ce cas, il ne saurait s'agir ici de dona Thérèse, fille de Sanche, roi de Portugal, qui avait épousé Alfonse IX, roi de Léon, son cousin germain (mort en 1230), et dont le mariage avait été cassé en 1192.

1. Il faut ou supposer une lacune dans cette phrase, ou entendre : « ob hoc quod ... presumpserant retinere secum quosdam cives Lascurrenses, qui quendam concanonicum vestrum interficere [presumpserant], et servientes ipsorum. »

2. *Sic*, à cet endroit; plus loin, *Olorensi*.

3. *Ms.* : sed, cum duo. — Ce *sed* ne peut guère s'expliquer que si l'on suppose ici encore une lacune. — A noter, en outre, que, quelques lignes plus loin, avant : « minime deferentibus », il faut suppléer *vobis*.

4. *Ms.* : venerabilem fratrem nostrum .. Bertrandum.

5. Peut-être pour *Vici Veteris*. — Il y avait, dans le diocèse de Lescar, un archidiaconé *Vici Vetuli* (= Vicbilh), qui a pu être dénommé aussi *Vicus Vetus*.

episcopus et college, mandato nostro humiliter obsequentes, super premissis diligenter inquirere et inquisitionem super hoc factam ad nos sub sigillis suis mittere curaverunt : propter quod dilectum filium nostrum R[obertum], Sancti Eustachii diaconum cardinalem, in causa dedimus auditorem. Qui de speciali mandato nostro magistrum P. Ispanum in locum dicti archid[iaconi][1], qui nondum venerat, subrogavit. Partibus igitur in ejus presentia constitutis, idem magister, electionem de dicto Bertrando episcopo factam nullam fuisse asserens, quicquid de ipso B[ertrando] episcopo factum fuerat, cassari cum instantia postulabat. E contrario autem idem B[ertrandus] episcopus, affirmans quod, cum electio dicti D.. ab excommunicatis facta, nulla fuisset, et sic quod de se factum fuerat, nequivisset aliquatenus impedire, eidem magistro super hiis imponi silentium et electioni sue apostolice petebat adici roboris firmitatem. Prefatus autem auditor, predictorum inquisitorum processu et hiis que partes coram eo proponere voluerunt, diligentius intellectis, ea nobis et fratribus nostris fideliter recitavit. Nos igitur, attendentes quod ante requisitum predicti electi consensum, nequivistis transferre in alium vota vestra, cum ipse, sicut apparuit ex postfacto, fuerit consentire paratus, dictorum fratrum deliberato consilio, electionem de prefato Bertrando episcopo factam, non persone vitio, cum multa crimina ei objecta fuerint, nec probata, justitia exigente, cassamus. Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno tertiodecimo. »

5015 Latran, 13 décembre 1239.

Praeposito, decano et capitulo ecclesiae Sancti Petri Duacensis, Atrebatensis dioecesis, significat se confirmare quoddam statutum ab ipsis, ecclesiae praedictae Sancti Petri statum considerantibus, editum, videlicet ut praebenda quam ipse praepositus tunc in eadem ecclesia obtinebat, « de cetero » prepositure cum suo onere perpetuo sit annexa, et, ne pre- » bendarum numerus in eadem ecclesia minuatur, si aliquis » de gremio ipsius in prepositum assumi contigerit, preposi- » tura recepta, prebendam quam, existens canonicus, obti- » nebat, cum ad prepositum ipsum spectet collatio preben- » darum, conferre persone idonee teneatur ». — (Reg. 19, f. 141 [135] v°; ann. XIII, c. 191.)

« .. *preposito. .. decano et capitulo ecclesie Sancti Petri Duacensis, Atrebatensis diocesis.* Hiis que pro —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno tertiodecimo. »

1. Quel archidiacre? Il en a été nommé plusieurs dans la bulle.

5016 Latran, 10 janvier 1240.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, causam quae inter archiepiscopum Narbonensem, ex una parte, et electum capitulumque Lodovenses, ex altera, [super facto electionis episcopi in ecclesia Lodovensi] vertebatur, informandam de novo et decidendam committit. — (Reg. 19, f. 142 [136] r°; ann. XIII, c. 192; — Moreau 1192, f. 128.)

« .. *episcopo Penestrino. Apostolice Sedis legato.* Venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Narbonensis et dilect[orum] fil[iorum] .. electi et capituli Lodovensium procuratoribus, olim apud Sedem Apostolicam constitutis, bone memorie Th[omam], tituli Sancte Sabine presbiterum cardinalem[1], concessimus auditorem. Coram quo quedam tam contra personam ejusdem electi, quam venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Viennensis, tunc Apostolice Sedis legati, et capituli supradicti processus, procuratore ipsius Narbonensis archiepiscopi proponente, dictus electi et capituli procurator de multiplici excommunicatione adversus eundem archiepiscopum Narbonensem excepit. Quia vero tractus temporis et litigiorum circuitus nonnunquam in talibus consueverunt afferre dispendium, super hoc ex officio nostro providimus procedendum, fraternitati tue per apostolica scripta mandantes quatenus, vocatis [etc.. usque :] propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas —. Non obstantibus litteris super hoc ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Soranum, tunc in partibus illis legatum Sedis Apostolice, in forma simili impetratis, et processu habito per easdem. Dat. Laterani, IIII idus januarii, anno tertiodecimo. »

5017 Latran, 24 novembre 1239.

Gaufrido de Pontius, canonico Pictavensi, scribit : « Nobilis viri .. comitis Marchie ac Engolisme, cujus consan- » guineus diceris, devotis precibus inclinati, ut canonicatum » Pictavensem quem obtines, una cum ecclesia Beate Marie » de Glenosa, curam animarum habente, Pictavensis dioce- » sis, quam postmodum te proponis adeptum, non obstante » constitutione concilii generalis, retinere valeas, auctoritate » tibi presentium indulgemus, ita tamen quod in dicto cano- » nicatu residentiam personalem[2] et in ecclesia ipsa facias

1. L'expression « bonae memoriae », appliquée à ce personnage, est due sans doute à une inadvertance du rédacteur de la lettre ou d'un copiste; Thomas de Capoue, cardinal du titre de Sainte-Sabine depuis 1216, ne devait mourir qu'en 1243.

2. Les deux mots « residentiam personalem » sont le résultat d'une correction; ils sont régis par « facias » en même temps que « deserviri ».

» per vicarium idoneum deserviri. » — (Reg. 19, f. 142 [136] r°; ann. XIII, c. 193.)

« *Gaufrido de Pontius, canonico Pictavensi.* Haberi faciles debemus —. Dat. Laterani, VIII kalendas decembris, anno tertiodecimo. »

5018 Latran, 21 novembre 1239.

Philippo de Vernia, canonico Pictavensi, similiter indulget ut ecclesiam Sanctae Mariae de Auriniaco, Pictavensis dioecesis, una cum canonicatu Pictavensi, quem postmodum fuerat adeptus, possit retinere. — (Reg. 19, f. 142 [136] r°; ann. XIII, c. 194.)

« *Philippo de Vernia, canonico Pictavensi.* Haberi faciles etc., ut supra, usque : inclinati, ut ecclesiam Sancte Marie[1] de Auriniaco, curam animarum habentem, Pictavensis diocesis, quam obtines, una cum canonicatu Pictavensi, quem postmodum te proponis adeptum etc., ut supra, usque in finem. Dat. ut supra. »

5019 Latran, 11 janvier 1240.

Priori et conventui Wintoniensibus, — qui, postulatione quam de Cicestrensi episcopo in suum episcopum celebraverant, ab ipso papa non admissa, supplicaverant facultatem eligendi seu postulandi, cum his qui vocem in electione habebant, sibi restitui, archidiaconis Wintoniensi et Surreiae, qui vocem in electione praetendebant, proponentibus praedictos priorem et conventum non esse ad eligendum seu postulandum sine ipsis archidiaconis admittendos, — significat se Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandare ut elaboret ad reducendum partes ad concordiam, eosque monet et hortatur quatenus, si concordia provenire nequiverit, sibi, cum his ad quos electio pertineat, per electionem seu postutationem, de persona idonea in episcopum, de ipsius legati consilio, provideant. — (Reg. 19, f. 142 [136] r°; ann. XIII, c. 195.)

« .. *priori et conventui Wintoniensibus.* Postulatione quam dudum, ecclesia Wintoniensi vacante, de venerabili fratre nostro .. Cicestrensi episcopo celebrastis, per nos, de fratrum nostrorum consilio, non admissa, et potestate vobis providendi, cum hiis qui vocem in electione habere noscuntur, eidem ecclesie de persona idonea dumtaxat, per electionem canonicam, nichilominus reservata : quia infra tempus a jure prefixum, interveniente, ut asseritis, impedimento legitimo, ad electionem procedere nequivistis, nobis per dilectos filios Ricc[ardum] de Leycestria et Gilbertum de Crundel, monachos, nuntios et procuratores vestros, supplicastis humiliter et instanter ut vos ad electionem seu postulationem restituere de benignitate Sedis Apostolice curaremus. Ceterum dilectus filius magister Robertus, procurator dilectorum filiorum Hugonis, Wintoniensis, et Luce, Surreie, Wintoniensis diocesis, archidiaconorum, proposuit ex adverso quod, cum dicti archidiaconi vocem in electione habere noscantur, non eratis ad eligendum seu postulandum sine ipsis aliquatenus admittendi. Nos igitur, auditis que fuere proposita coram nobis, ad eligendum seu postulandum, vobis, de consilio dilecti filii nostri O[ttonis], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, Apostolice Sedis legati, personam idoneam in pastorem vestrum et episcopum, cum hiis qui vocem habent in electione, facultatem de gratia concedentes, eidem legato nostris damus litteris in mandatis, ut ad reducendum partes ad concordiam, ita quod provideri eidem ecclesie absque dissentione valeat, secundum datam sibi a Deo gratiam, efficaciter elaboret. Ideoque universitatem vestram monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, si, quod absit! hujusmodi concordia provenire nequiverit, studeatis vobis, cum hiis ad quos electio pertinet, per electionem canonicam seu postulationem concordem, de tali persona que tanto congruat honori et oneri, de ipsius legati dumtaxat consilio, providere. Dat. Laterani, III idus januarii, anno tertiodecimo. »

5020 Latran, 20 décembre 1239.

Toletano et Terraconensi archiepiscopis significat se litteras ipsius Terraconensis archiepiscopi recepisse, et « processus[1] » electionis de W. Oriz, archidiacono, et postulationis de » Lupo Garsie, clerico Pampilonensibus, in Pampilonensi » ecclesia minus canonice presumptarum », nec non processus[2] per ipsum Terraconensem archiepiscopum super provisione ejusdem ecclesiae Pampilonensis habitos, non duxisse admittendos ; unde eis mandat quatenus eidem ecclesiae de persona idonea provideant. — (Reg. 19, f. 142 [136] r°; ann. XIII, c. 196.)

« .. *Toletano et .. Terraconensi archiepiscopis*[3]. Litteras

1. Les deux mots « Sancte Marie » sont également le résultat d'une correction.

1. *Ms.* : process.
2. *Ms.* : processum.
3. Cette bulle a été refaite après coup; les mots : « cum proces-

tuas, frater —. Dat. Laterani. XIII kalendas januarii, anno tertiodecimo. »

5021 Latran, 12 janvier 1240.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, — cum prior et conventus Wintonienses, ex una parte, postulatione quam de Cicestrensi episcopo in suum episcopum celebraverant, ab ipso papa non admissa, supplicavissent facultatem eligendi seu postulandi, cum his qui vocem in electione habebant, sibi restitui, et archidiaconi Wintoniensis et Surreiae, ex altera parte, qui vocem in electione praetendebant, proponerent praedictos priorem et conventum non esse ad eligendum seu postulandum sine ipsis archidiaconis admittendos, — mandat quatenus elaboret ad reducendum partes ad concordiam, et, si concordia provenire nequiverit, priori et conventui supradictis injungat ut sibi per electionem seu postulationem, cum his ad quos electio pertineat, de persona idonea in episcopum, de ipsius legati consilio, provideant. — (Reg. 19, f. 142 [136] r°; ann. XIII, c. 197; — cf. *supra*, n° 5019.)

« O[*ttoni*], *Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali. Apostolice Sedis legato.* Postulatione etc., ut supra, [in litteris sub numero CXCV notatis,] usque : concedentes, mandamus quatenus ad reducendum partes ad concordiam, ut provideri eidem ecclesie absque dissentione valeat, secundum datam tibi a Deo gratiam, efficaciter elabores, et, si, quod absit! hujusmodi concordia provenire nequiverit, injungas priori et conventui supradictis ut sibi studeant, per electionem canonicam seu postulationem concordem, de persona idonea, cum hiis ad quos electio pertinet, de tuo dumtaxat consilio, providere. Dat. Laterani, II idus januarii, anno tertiodecimo. »

5022 Latran, 13 janvier 1240.

Rusudae reginae et David, ejus filio, regi Georgianorum, significat se gaudere quod in eorum partibus fides firma permanserit; non ammirentur, si Romana Ecclesia, quae multas persecutiones hoc tempore patitur, exercitum contra Tartaros, ipsorum hostes, non mittit; eos rogat quatenus Romanam Ecclesiam matrem agnoscant et subditos suos ad Apostolicae Sedis obedientiam inducant; ad eos plures de ordine Praedicatorum fratres transmittit, quos benigne audiant. — (Reg. 19, f. 142 [136] v°; ann. XIII, c. 198; — Moreau 1192, f. 431; *ibid.* 1193, f. 169, ex Raynaldo; — Potthast 10841; — Rodenberg 765, *non integra.*)

« *Rusude regine et David, nato ejus, Georgianorum regi illustribus.* Vas ammirabile sol —. Gaudemus igitur pro vobis, filii, pro vobis letitia summa gaudemus, quod caritati vestre Dei verbum innotuit, quod in partibus vestris fides, ut scribitis, a tempore nascentis Ecclesie firma et sine ruga permansit. Gaudemus et iterum, quod Dei filius, inclinatis misericordie sue celis[1], vos duxit in sui notitiam nominis —. Illud quoque in vestris contentum litteris, quod Tartari, hostes catholice fidei, vestrum regnum intraverant[2], conceptam letitiam minuit, et quod vobis dampna gravia intulerunt, acquisitum nobis gaudium vulneravit. Verumtamen in hoc exultationem resumpsimus, quod, etsi predictis hostibus terga dederitis, victi tamen finaliter palmam victorie de victoribus reportastis, gravisque illos afflixit dampni periculum, qui arma in vestrum sumere presumpserant detrimentum. Decet autem et vos nobis compati, qui multas persecutiones ab hostibus fidei hoc tempore patimur, quo, preter Sarracenos, qui in Ispanie et Syrie partibus fidem impugnant catholicam, nonnulli alii, a fide Christi apostatantes et Ecclesiam Dei quibus possunt, impugnantes viribus, novam perditionis sectam[3] inducere et fidem salutis et redemptionis humane de terra exterminare conantur —. Verumtamen speramus quod Redemptor noster, post hanc tempestatem, tranquillum faciet[4] et adversarios Apostolice Sedis sub pedibus suis conterere non omittet. Igitur, filii, desinite ammirari, si contra dictos Tatarros Ecclesie Romane exercitus in vestrum non venit auxilium, quia id interpositorum Sarracenorum, quos in dicta Syria expugnari mandavimus, prohibuisset improbitas, et interjacentium, que vix istos permiserunt ad nos venire rumores, non permisissent intervalla terrarum, nos, quod[5] in succursum vestrum insufficientes extitimus, qui ad defensionem fidei Christiane in Ytalia et dictis Syrie et Ispanie partibus sine intermissione totis viribus laboramus. Ideoque, dum vobis aliter succurrisse nequivimus, nostras sinceritati vestre duximus litteras destinandas, ut, qui nostrum ad vos affectum ex expectatis scire non poteratis auxiliis, saltim ex scriptura vobis nostre quam ad vos gerimus,

s[us] electionis ... postulationis », ont été écrits sur un grattage, et la suite, depuis : « de Lupo Garsie », a été ajoutée, pour la plus grande partie, dans la marge extérieure.

1. Cf. Ps. CXLIII, 5.
2. *Sic*, peut-être pour *intraverunt*.
3. *Ms.* : septam.
4. Cf. Tob. III, 22.
5. Il semble qu'il y ait une lacune à cet endroit ; peut-être aussi faut-il lire *nosque* au lieu de *nos quod*.

innotesceret indicium caritatis. Super eo vero, quod domum vestram nostre uniri postulatis et petitis, tanto digniori in Domino laude magnitudinem vestram efferimus, quanto istud, si quid forsan ad perfectionem salutis vestre hactenus omissum extitit, salutem ipsam et nostrum de vobis gaudium, juxta mensuram bene confertam et coagitatam[1], fortius adimplebit. Una est enim Ecclesia catholica —. Quare oportet, filii karissimi, ut et vos et ceteri vestre jurisdictioni subjecti, Romanum Pontificem, beati Petri successorem et Christi vicarium, patrem et caput fidei vestre[2] humiliter agnoscentes, et dolentes quod id bonum preteritis temporibus non fecistis, ei et Ecclesie Romane uniri, et in hiis que ad salutem animarum vestrarum [pertinent], quam et nichil aliud postulamus a vobis, obedire curetis—. Hinc est quod celsitudinem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, obsecrantes per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, quatinus[3] Romanam Ecclesiam matrem recognoscere, et ipsius pontifici obedire, ac ad Apostolice Sedis obedientiam subditos vestros efficaciter inducere studeatis, ita quod ex hoc vobis corona dupplicetur in celis, dum studio vestro Oriens et Occidens in unum corpus convenerint ecclesiastice unitatis —. Ad hec dilectos filios fratres Huguicionem, Jacobum, Benevenutum, Rubinum, Petrum, Bernardum, Lambertum et Guizardum, ordinis fratrum Predicatorum, potentes in opere ac sermone, in quibus vivificat vita doctrinam et doctrina vitam informat, dum hoc in eorum moribus legitur, quod sermonibus explicatur, ad vestram presentiam venientes, immo Christum in ipsis, benigne recipere et eorum salubria monita exaudire curetis. Dat. Laterani, idibus januarii, anno tertiodecimo. »

5023 Latran, 17 janvier 1240.

Episcopo et archidiacono Wigorniensibus et abbati de Evesham, Wigorniensis dioecesis, scribit de decano et capitulo Lincolniensibus, qui, praetextu quarundam litterarum praedecessorum episcopi Lincolniensis tunc existentis, jurisdictionem episcopalem graviter mutilare nitebantur; eis mandat quatenus, si partes voluerint, eas ad concordiam per compositionem adducant; si vero iidem decanus et capitulum componere recusarint, eos moneant ut eidem episcopo Lincolniensi debitam obedientiam et reverentiam exhibeant et de juribus episcopalibus respondeant; quod si ipsorum monitioni illi non acquieverint, causam audiant et, si de partium voluntate processerit, terminent; alioquin eam ad apostolicum examen sufficienter instructam remittant, memorato episcopo et praefatis decano et capitulo terminum peremptorium assignando, quo apostolico conspectui se praesentent. — (Reg. 19, f. 143 [137] v°; ann. XIII, c. 199.)

« .. *episcopo et .. archidiacono Wigorniensibus et .. abbati de Evesham, Wigorniensis diocesis.* Venerabilis frater noster .. Lincolniensis episcopus sua nobis petitione monstravit quod quidam predecessores sui, .. decano et capitulo Lincolniensibus omnia jura episcopalia et exactiones quaslibet perpetuo minus provide per suas remittentes litteras, decreverunt ut archidiaconi vel eorum officiales ab ipsis, ratione prebendarum suarum vel ecclesiarum spectantium ad easdem, nichil exigerent, aut in causam traherent homines eorundem, sed in prebendis suis, quemadmodum Saresberienses canonici, de cetero libertate gauderent. Quarum litterarum pretextu, jurisdictionem episcopalem dicti decanus et capitulum graviter mutilantes, eundem episcopum corrigere canonicorum excessus, et, tam in Lincolniensi quam [in] aliis ecclesiis et prebendis eorum, sacerdotes vel vicarios instituere ac institutos pro excessibus suis suspendere, aut quicquam ordinarie jurisdictionis exercere aliquatenus non permittunt, ea que sunt ordinis tantummodo reservando, et quod cause per appellationem dumtaxat deferri valeant ad eundem —. Dat. Laterani, XVI kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5024 Latran, 20 janvier 1240.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, — cum, referentibus priore et conventu Wintoniensibus, ipse papa audivisset in quosdam ejusdem conventus, « ad impediendum » electionis processum » in eorum ecclesia, quasdam excommunicationis et suspensionis exceptiones fuisse ab eorum adversariis objectas, — excommunicationum seu suspensionum sententias in eos promulgatas relaxet, « recepta prius ab eis » idonea cautione quod, si constiterit eas rationabiliter esse » latas, super hiis pro quibus late fuerunt, Ecclesie mandato » parebunt ». — (Reg. 19, f. 143 [137] v°; ann. XIII, c. 200.)

« *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* Cum, sicut ex —. Dat. Laterani, XIII kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5025 Latran, 26 mai 1239.

Roderico archiepiscopo et capitulo Toletanis petentibus

1. Cf. Luc. VI, 38.
2. Raynaldi : nostre.
3. *Sic*, en toutes lettres ; cf. *supra*, n. 2294, 4222 et 4709.

quaedam munimenta ecclesiae Toletanae ex regestis Urbani II papae, praedecessoris sui, deprompta, scilicet sex epistolas ejusdem pontificis, sub bullae suae munimine transmittit, ne, regestis ipsis perditis casu fortuito aut vetustate consumptis, jus ipsius ecclesiae contingat cum pereuntibus deperire. — (REG. 19, f. 144 [138] r°; ann. XIII, c. 201; — POTTHAST 10749[1].)

« *Roderico archiepiscopo et capitulo Toletanis.* Supplicasti nobis, frater archiepiscope, ut, cum in regestis Romanorum Pontificum quedam contineantur munimenta ecclesie Toletane, illa conscribi et tibi tradi sub bulle nostre munimine faceremus, ne, regestis ipsis perditis casu fortuito aut vetustate consumptis, jus ipsius ecclesie contingat cum pereuntibus deperire. Nos igitur, tue sollicitudinis providentiam commendantes, presentium significatione testamur quod in regestis felicis recordationis Urbani secundi, predecessoris nostri, scriptum est de bone memorie Bernardo, Toletano archiepiscopo, in hec verba :

[5026]

[Excerpta ex regestis Urbani secundi papae de Bernardo, Toletano archiepiscopo, his verbis sequuntur :]

« Hoc tempore, Toletanus archiepiscopus Bernardus, » Romam ad dominum Urbanum papam veniens, ei » pro episcoporum more juravit, et palleum et privile» gium accepit, regnisque Ispaniarum primas insti» tutus est. Tunc etiam in Gallicia omnis diocesis » Sancti Jacobi ab omni est officio excommunicata di» vino, quia Sancti Jacobi episcopus in regis carcere » depositus fuerat. Unde et hec regi Ildefonso epistola » missa est :

[5027] (Anagni, 15 octobre 1088?)

[Urbanus papa II Ildefonso, Galliciae regi, Toletanam ecclesiam Sarracenis ereptam gratulatur; commendat Bernardum, archiepiscopum Toletanum, a sese pallio donatum, primatemque in totis Hispaniarum regnis constitutum; hortatur ut [Didacum Pelaez,] episcopum Sancti Jacobi, vinculis mandatum, dimittat. — (REG. 19, f. 144 [138] r°; — JAFFÉ-LŒWENFELD 5367; — RAYNALDI, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 534, col. 1-2, ann. 1239, §§ 48 et 49.)]

« *Idem regi Ildefonso Gallecie.* Duo sunt, rex — et » eterno perempniter gratuleris. Amen. »

[5028] (Anagni, 15 octobre 1088?)

[Urbanus papa II Terraconensi et ceteris Hispaniarum archiepiscopis significat archiepiscopum Toletanum primatem iis a se praepositum esse. — (REG. 19, f. 144 [138] r°; — JAFFÉ-LŒVENFELD 5370; — RAYNALDI, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 534, col. 2, ann. 1239, § 50.)]

« *Idem Terraconensi et ceteris Ispaniarum archiepis» copis.* Quisquis voluntatem gerit — velut proprio » subesse debebunt. Valete. »

[5029] (Anagni. 15 octobre 1088?)

[Urbanus II papa Hugoni, abbati Cluniacensi, Bernardum, archiepiscopum Toletanum, primatem Hispanorum episcoporum omnium constitutum pallioque ornatum nuntiat, et significat se monasterii Cluniacensis bona tuenda suscipere. — (REG. 19, f. 144 [138] v°; — JAFFÉ-LŒWENFELD 5371.)]

« *Idem Hugoni, Cluniacensi abbati.* Venerabilem fra» trem nostrum — et ad gaudia nos eterna perducat. »

[5030] (1089, vers août.)

[Urbanus II papa Bernardo, archiepiscopo Toletano, nuntiat post ejus discessum venisse Riccardum, presbyterum cardinalem et abbatem Massiliensem, testatumque esse Terraconensem provinciam ad ecclesiam Narbonensem pertinere; post haec vero Beringarium, Auxonensem episcopum, contraria prorsus asseruisse, et ecclesiae suae privilegia protulisse, « quibus vice Terraconensis videbatur ecclesie hono» rata »; si quid certi de hac re ipse archiepiscopus Toletanus recognoverit, hoc ipsi papae intimet; addit de litteris ab ipso papa ad episcopos et principes provinciae Terraconensis directis, hortaturque eum ut una cum illis restitutioni ecclesiae Terraconensis det operam. — (REG. 19, f. 144 [138] v°; — JAFFÉ-LŒWENFELD 5406 α.)]

« *Idem Bernardo, Toletano archiepiscopo.* Postquam a » nobis — te et auxilium impendere postulamus. »

[5031] (Anagni,) 25 avril (1092).

[Urbanus papa II Berengarium, archiepiscopum Terraco-

1. Cette bulle, avec les six lettres d'Urbain II qui y sont insérées, est la reproduction d'une bulle d'Honorius III du 7 janvier 1218, transcrite dans le Registre de ce pape; cf. *Regesta Honorii papae III*, éd. P. PRESSUTTI, t. I (1888), n° 980, pp. 166-167.

nensem, monet ne in erigenda ecclesia Terraconensi negligenter agat, utque [Bernardo] primati, archiepiscopo Toletano, nunc suo in Hispania universa et in Narbonensi provincia constituto vicario, obediat. — (Reg. 19, f. 144 [138] v°; — Jaffé-Lœwenfeld 5165; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 534, col. 2, ann. 1239, § 51.)]

« *Idem Urbanus B[erengario], Terraconensi archiepis-» copo.* Novit dilectio tua —. Dat. VII kalendas maii. »

[5032] (1089-1090.)

[Urbanus II papa Raynerio, cardinali presbytero, inter cetera mandat quatenus « Terraconensibus episcopis » praecipiat ut archiepiscopo « Narbonensi tanquam proprio metro-» politano obediant, donec, prestante Domino, Terraconensis » restauretur ecclesia, Toletano autem sicut primati reveren-» tiam exhibeant, donec Narbonensis archiepiscopus se eorum » primatem fuisse certa possit auctoritate monstrare ». — (Reg. 19, f. 145 [139] r°; — Jaffé-Lœwenfeld 5117; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 534, col. 2, ann. 1239, § 52, *fragm.*)]

« *Idem Rainerio, cardinali presbitero.* Quantum de tua » religione — et monachos ejusdem cenobii exercere » precipimus. »

« Dat. Laterani, VII kalendas junii, pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

5033 Latran, 1er juin 1239.

Eidem [Roderico, archiepiscopo Toletano,] similiter quaedam munimenta ecclesiae Toletanae ex regestis Adriani IV, Anastasii IV et Alexandri III paparum, praedecessorum suorum, deprompta, scilicet unam epistolam Adriani IV, quattuor epistolas Anastasii IV et duas epistolas Alexandri III, praedictorum pontificum, sub bullae suae munimine transmittit, ne, regestis ipsis perditis casu fortuito aut vetustate consumptis, jus ipsius ecclesiae contingat cum pereuntibus deperire. — (Reg. 19, f. 145 [139] r°; ann. XIII, c. 202[1].)

« *Eidem.* Supplicasti nobis etc., ut supra, usque : quod id regestis felicis recordationis Adriani quarti, Anastasii quarti et Alexandri III, Romanorum Pontificum, predecessorum nostrorum, continentur littere in hec verba :

1. Reproduction, comme la précédente, d'une bulle d'Honorius III; cette autre bulle, du 5 janvier 1218, a été également insérée dans le Registre de ce pape; cf. *Regesta Honorii papae III*, éd. P. Pressutti, t. I (1888), n° 976, p. 164.

[5034] Bénévent, 19 janvier (1156).

[Adrianus IV papa [Johanni], Bracharensi archiepiscopo, mandat quatenus J[ohanni], Toletano archiepiscopo, totius Hispaniarum regni primati, debitum honorem tribuat. — (Reg. 19, f. 145 [139] r°; — Jaffé-Lœwenfeld 10125; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 535, col. 1, ann. 1239, § 53.)]

« *Adrianus .. Bracharensi archiepiscopo.* Si quanta sit » —. Dat. Beneventi, XIIII kalendas februarii. »

[5035] Latran, 8 avril (1154).

[Anastasius IV papa [Johanni], Bracharensi archiepiscopo, mandat et praecipit quatenus J[ohanni], archiepiscopo Toletano, infra triginta dies post praesentium receptionem tanquam primati obedientiam exhibeat. — (Reg. 19, f. 145 [139] v°; — Jaffé-Lœwenfeld 9858; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 535, col. 1, ann. 1239, § 54.)]

« *Anastasius .. Bracharensi archiepiscopo.* Quanti cri-» minis habeatur —. Dat. Laterani, VI idus aprilis. »

[5036] Latran, 8 avril (1154).

[Anastasius IV papa [Bernardo], archiepiscopo Terraconensi, praecipit ut J[ohanni], archiepiscopo Toletano, debitam primati obedientiam praestet; alioquin « ab usu pallei » se noverit « esse suspensum ». — (Reg. 19, f. 145 [139] v°; — Jaffé-Lœwenfeld 9942[1]; — P. Kehr, *Aeltere Papsturkunden in den päpstlichen Registern*, 1, dans : *Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philologisch-historische Klasse*, 1902, pp. 428-429.)]

« *Idem .. Terraconensi archiepiscopo.* Reprehensibile » nimis est —. Dat. Laterani, VI idus aprilis. »

[5037] Latran, 19 septembre (1153).

[Anastasius papa IV [Johanni], Bracharensi archiepiscopo, mandat quatenus J[ohanni], Toletano archiepiscopo, tanquam primati suo obedientiam exhibeat sub poena officii pontificalis.

1. Sans date, et d'après l'analyse donnée par Pflugk-Harttung, *Iter italicum*, p. 249, n° 481.

— (Reg. 19, f. 145 [139] v°; — Jaffé-Lœwenfeld 9795[1]; — P. Kehr, *Aeltere Papsturkunden in den papstlichen Registern*, I, dans : *Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philologisch-historische Klasse*, 1902, pp. 427-428.)]

« *Idem .. Bracharensi archiepiscopo.* Plurimum admi-
» ramur quod —. Dat. Laterani, XIII kalendas oc-
» tobris. »

[5038] (Latran, 8 avril 1151[2].)

[Anastasius papa IV Hyacintho, diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus curet ut Bracharensis, Terraconensis et Compostellanus archiepiscopi [Johanni], primati Toletano, debitam obedientiam exhibeant. — (Reg. 19, f. 145 [139] v°; — Jaffé-Lœwenfeld 9901[3]; *ibid.* 9859[4]; — cf. Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 535, col. 1-2, ann. 1239, § 56, *fragm.*; — P. Kehr, *Aeltere Papsturkunden in der päpstlichen Registern*, I, dans : *Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philologisch-historische Klasse*, 1902, pp. 429-430[5].)]

« *Idem Jacinto, diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.*
» Ex quo prudentie — facias humiliter obedire. »

[5039] (1170-1180[6].)

[Alexander papa III Bracharensi archiepiscopo ejusque suffraganeis sub interminatione gravissimarum poenarum iterum mandat et praecipit quatenus C[erebruno], archiepiscopo Toletano, successori J[ohannis] archiepiscopi, debitam obedientiam exhibeant eumque tanquam primatem suum honorent. — (Reg. 19, f. 146 [140] r°; — Jaffé-Lœwenfeld 10609[1]; — P. Kehr, *Aeltere Papsturkunden in der päpstlichen Registern*, I, dans : *Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philologisch-historische Klasse*, 1902, pp. 431-432[2].)]

« *Alexander .. Bracharensi archiepiscopo et ejus suffra-*
» *ganeis episcopis.* Cum dignum sit — procul dubio fa-
» cietis. »

[5040] Déols, 27 juin (*lis.* 11 juillet) (1163)[3].

[Alexander papa III suffraganeis ecclesiae Bracharensis significat se nuper archiepiscopo Bracharensi mandasse ut Toletano archiepiscopo ejusque successoribus jure primatiae humiliter deferat eumque tanquam primatem suum veneretur; alioquin eidem archiepiscopo Bracharensi tanquam metropolitano suo non obediant; ipsi eundem archiepiscopum Toletanum tanquam primatem suum honorent. — (Reg. 19, f. 146 [140] r°; — Jaffé-Lœwenfeld 13784[4]; — P. Kehr, *Aeltere Papsturkunden in der päpstlichen Registern*, I, dans : *Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philologisch-historische Klasse*, 1902, p. 431.)]

« *Idem universis suffraganeis ecclesie Bracharensis.* Di-
» gnum est et —. Dat. apud Dolense monasterium, V
» kalendas julii. »

« Dat. Laterani, kalendis junii, anno tertiodecimo. »

5041 Latran, 27 juin 1239.

Eidem [Roderico, archiepiscopo Toletano,] sub bullae suae munimine quoddam privilegium ab Alexandro III papa Johanni, ipsius archiepiscopi praedecessori, concessum, continens jura ecclesiae Toletanae, quod privilegium jam vetus-

1. Sans date, et d'après l'analyse donnée par Pflugk-Harttung, *Iter italicum*, p. 249, n° 480.
2. Sur la date, voir P. Kehr, *loc. cit.*, p. 429.
3. A la date du 15 mai 1154, d'après Pflugk-Harttung, *Iter italicum*, p. 251, n° 493.
4. A la date supposée du 8 avril 1154, acceptée par Kehr comme de beaucoup la plus probable, et avec l'*incipit* : « Quoniam fratri... », d'après la publication fragmentaire de Mansi, de d'Aguirre et de Migne.
5. Le texte donné par M. Kehr doit être corrigé en deux endroits. Dans la phrase : « Cum tamen nos Bracharensi et Terrachonensi ... mandaverimus ut Bracharensis illam exhiberet ei obedientiam..., Terraconensi autem, vel obedientiam ei... impenderet... paratus. Quocirca... », il faut, au lieu de : « ... Terraconensi autem... », lire : « ... Terraconensis autem... », et, au lieu de : « ... paratus. Quocirca... », lire : « ... paratus : quocirca... »
6. C'est entre ces deux dates que, d'après les *Series episcoporum* de Gams, se place l'archiépiscopat de « Cerebrunus », successeur de Jean.

1. Avec l'incipit : « Cum sit [dignum?]... », et à la date approximative 1159-1160, d'après Pflugk-Harttung, *Iter italicum*, p. 261, n° 555.
2. Sans date; mais par le rang que cette pièce occupe dans la publication de M. Kehr, il semble que cet auteur lui attribue une date intermédiaire entre les années 1163 et 1166.
3. D'après Kehr, *loc. citat.*, la date « V idus julii », fournie par le Registre d'Honorius III (*Regesta Honorii papae III*, éd. P. Pressutti, t. I (1888), p. 164, col. 2), serait préférable à la date « V kal. julii », fournie par le Registre de Grégoire IX; cette pièce aurait ainsi été donnée le même jour que la pièce 10905 de Jaffé-Lœwenfeld, qui se rapporte à la même affaire.
4. Sans date, et d'après l'analyse donnée par Pflugk-Harttung, *Iter italicum*, p. 290, n° 723.

tate consumi incipiebat, exscriptum transmittit. — (Reg. 19, f. 146 [140] r°; ann. XIII, c. 203.)

« *Eidem*. Supplicasti nobis ut, cum privilegium quod felicis recordationis Alexander papa, predecessor noster, bone memorie Johanni, predecessori tuo, archiepiscopo Toletano, concessit, jam incipiat vetustate consumi, illud conscribi et tradi tibi sub bulle nostre munimine faceremus. Nos igitur, tuis precibus inclinati, privilegium ipsum, inspectum a nobis, de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari. Cujus tenor talis est :

[5042] Latran, 11 décembre 1166.

[Alexander III papa Johanni, archiepiscopo Toletano et Hispaniarum primati, primatus dignitatem per Hispaniarum regna confirmat; ei notum facit quibus festivitatibus pallio ipsi concesso uti debeat, et jura Toletanae ecclesiae in Complutensem parochiam, nec non in ecclesias Palentinam, Segobiensem, Oxomensem et Seguntinam, nec non in ecclesias quae antiquis temporibus eidem Toletanae ecclesiae tanquam metropolitanae subjacebant, et in dioeceses civitatum quae, Sarracenis invadentibus, proprios metropolitanos amiserint, definit. — (Reg. 19, f. 146 [140] r°; — Jaffé-Lœwenfeld 11301[1]; *ibid.* 11252[2]; — Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, t. XIII (1646), p. 535, col. 2, ann. 1239, § 57, *fragm.*)]

« [*Alexander*[3] *episcopus, servus servorum Dei, venerabili » fratri Johanni, Toletano archiepiscopo et Ispaniarum » primati, ejusque successoribus canonice substituendis, in » perpetuum.*] Sacrosancta Romana et Apostolica Ecclesia ab ipso Salvatore omnium, domino Jhesu » Christo, caput et cardo est ecclesiarum constituta. » Non decet igitur a capite membra dissidere, sed » eminenti rationi et superne provisioni capitis obedire. Moderatrix autem discretio capitis, singulorum » membrorum officiosas actiones considerans, unicui» que jus et ordinem a natura constitutum distincte » conservat et quibusque nobilibus venustatis sue dignitatem, sine invidia, sociali caritate custodit. Hac » igitur inducti ratione, honorem nobilis et famose » Toletane ecclesie, Apostolice Sedis proprie et specialis filie, volumus conservare. Ideoque, venerabilis » frater Johannes, quem vera in Christo caritate diligimus, tuis rationabilibus postulationibus paterne » pietatis affectu duximus annuendum. [Per presentis] » igitur [privilegii paginam, primatus dignitatem per » Ispaniarum regna tibi et ecclesie Toletane auctoritate » apostolica confirmamus. Palleo itaque a Sede Apostolica tue caritati concesso, in missarum celebrationibus uti debebis tantum in precipuis festivitatibus : » tribus videlicet diebus in Natale Domini; in Epyphania, Hypapanton[1], Cena Domini, Sabbato Sancto; » tribus diebus in Pascha; in Ascensione, Pentecostes; » in sollempnitatibus sancte Marie, sancti quoque Michaelis et sancti Johannis Baptiste; in omnibus nataliciis Apostolorum, et eorum martirum quorum » pignora in vestra ecclesia requiescunt; sancti quoque » Martini et Ildefonsi confessorum et Omnium commemoratione Sanctorum; in consecrationibus ecclesiarum, episcoporum et clericorum; in ann[u]o consecrationis tue die, et in natale etiam sancti Isidori et » Leandri. Primatem te presules Ispaniarum recipient, » et ad te, si quid inter eos questione dignum exortum » fuerit, referent; salva tamen in omnibus Apostolice » Sedis auctoritate. Verum, personam tuam in manu » nostra propensiori gratia retinentes, censemus ut » solius Romani Pontificis judicio ejus causa, si qua » fuerit, decidatur.] Sane Toletanam ecclesiam presentis privilegii stabilitate munimus, Complutensem » ei parrochiam, cum terminis suis, nec non et ecclesias omnes quas jure proprio antiquitus possedisse » cognoscitur, confirmantes. Episcopales preterea sedes » quas impresentiarum juste et quiete possides, scilicet » Palentiam, Segobiam, Oxomam[2] et Seguntiam, eidem Toletane ecclesie tanquam metropolita[ne] subditas esse decernimus. Reliquas vero, que antiquis ei » temporibus subjacebant, cum Dominus omnipotens » Christianorum restituerit potestati, sue dignatione » misericordie, ad caput proprium referendas decreti » hujus auctoritate sancimus. Porro illarum dioceses » civitatum, que, Sarracenis invadentibus, metropolitanos proprios ammiserunt, eo tenore vestre subicimus ditioni, ut quoad sine propriis extiterint metro-

1. D'après Pflugk-Harttung, *Iter italicum*, p. 266, n° 585; Pflugk-Harttung ne donne de cette pièce qu'une courte analyse, d'après une copie conservée dans le ms. C. 23, fol. 64b de la bibliothèque Vallicellane, à Rome.

2. A la date supposée 1159-1166, et avec l'*incipit* : « Per praesentis privilegii », d'après la publication fragmentaire de Mansi.

3. On a placé ici entre crochets [ ] les passages de cette pièce déjà publiés. — La présente bulle est signalée, comme se trouvant dans le Registre de Grégoire IX, par P. Kehr, *Aeltere Papsturkunden in den päpstlichen Registern*, I, dans : *Nachrichten von der königl. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, philol.-histor. Klasse*, 1902, p. 414, mais non reproduite par lui dans l'appendice de son travail.

1. *Ms.* : Hypopanton.

2. *Ms.* : Oxoniam.

» politan[is], ut[1] proprio debeant subjacere; ita quidem » quod in sedibus episcopalibus liberam habeas potes- » tatem episcopos, in castellis vero et villis presbiteros » auctoritate nostra instituere, et, prout tibi Dominus » administraverit, ordinare, scilicet tam in hiis epis- » copatibus qui de antiquis ecclesie tue terminis esse » noscuntur, quam in illis qui proprium non habuerint » metropolitanum. Si que autem metropoles in statum » fuerint proprium restitute, suo queque diocesis me- » tropolitano restituatur, ut sub proprii regimine pas- » toris super divini collatione beneficii glorietur. Si » qua igitur in futurum etc., usque : ultioni. Cunctis » autem etc., usque : Amen. Dat. Laterani, per ma- » num Gerardi, Sancte Romane Ecclesie scriptoris, » III idus decembris, indictione XV, Incarnationis » Dominice anno M°C°LXVI°, pontificatus vero donni » Alexandri pape III anno octavo. »

« Dat. Laterani, V kalendas julii, anno tertiodecimo. »

5043 Anagni, 27 octobre 1239.

Abbatissae et conventui monasterii Sancti Francisci de Ofida, ordinis sancti Damiani, Firmanae dioecesis, immunitatem et libertatem quas prior et conventus Sanctae Mariae castri Ofidae, spiritualem in eodem castro jurisdictionem et temporalem habentes, eis concesserant, confirmat, huic confirmationi quasdam concessiones addens. — (Reg. 19, f. 146 [140] v°; ann. XIII, c. 204; — Potthast 10805 [2].)

« .. *abbatisse et conventui monasterii Sancti Francisci de Ofida, ordinis sancti Damiani, Firmane diocesis.* Hii a Sede —. Dat. Anagnie, VI kalendas novembris, anno tertiodecimo. »

5044 Latran, 9 décembre 1239.

Eisdem significat se statuere ut earum monasterium « vige- » nario tantum numero monialium vel sororum sit contentum, » et nulla de cetero ultra eundem numerum in monialem sive » sororem recipiatur ibidem, absque Sedis Apostolice speciali » licentia vel mandato, et nisi ea fecerint de presentibus » mentionem ». — (Reg. 19, f. 147 [141] r°; ann. XIII, c. 205; — Potthast 10826.)

« *Eisdem.* Cum, propter multitudinem —. Dat. Laterani, V idus decembris, anno tertiodecimo. »

1. Avant *ut*, il faut suppléer : « vobis » ou « tibi ».

2. Avec l'*incipit* : « Ii a sede », d'après Wadding, *Annales Minor.*, III, 410, n°21, et Sbaralea, *Bullar. Francisc.*, I, 272, n°301. — Dans ces deux auteurs, on lit, dans le corps de la bulle, *claustro* au lieu de *castro*.

5045 Latran, 17 janvier 1240.

Abbati de Gradis (= Hradiste), Olomucensis dioecesis, Praemonstratensis ordinis, et priori de Dubrarak, ejusdem dioecesis, mandat quatenus Olomucensis episcopi, insanabili infirmitate gravati et confracti senio, cessionem spontaneam pastoralis officii recipiant, et ad cedendum cogant eundem, si forte ipsum contingeret paenitere. — (Reg. 19, f. 147 [141] r°; ann. XIII, c. 206; — Potthast 10842.)

« .. *abbati de Gradis, Premonstratensis ordinis, et .. priori de Dubrarak, Olomucensis diocesis.* Usque in senectam —. Dat. Laterani, XVI kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5046 Latran, 12 janvier 1240.

Archiepiscopo Senonensi mandat quatenus clericos male viventes non permittat privilegiis ecclesiasticis, in nobilium laicorum praejudicium, abuti. — (Reg. 19, f. 147 [141] r°; ann. XIII, c. 207; — Moreau 1192, f. 429.)

« .. *archiepiscopo Senonensi.* Sicut te accepimus referente, nonnulli clerici de terris nobilium tue provincie, in minoribus ordinibus constituti, licet quidam eorum uxores habeant et interdictas clericis passim negociationes seculares ac etiam dampnabile lucrum exerceant usurarum, aliqui [1], post perpetratum delictum, ut penam laicalem effugiant, coronas, quas primo dimiserant, reassumant, et quidam, post contracta matrimonia, coronas, quas nunquam habuerant, de novo assumere minime vereantur, respondere de commissis maleficiis coram secularibus judicibus, ac onera, sicut ceteri laici subjecti prefatis nobilibus, supportare recusant, clericale privilegium pretendentes, in eorundem nobilium prejudicium et gravamen. Unde, cum nobiles ipsi contra ecclesias, hujusmodi occasione, turbentur, provideri super hoc a nobis humiliter postulasti. Quocirca mandamus quatenus prefatum privilegium denunties in predictis nullatenus talibus suffragari. Dat. Laterani, II idus januarii, anno tertiodecimo. »

1. Avant *aliqui*, il faut, semble-t-il, suppléer : « cum. »

5047 Latran, 11 février 1240.

Archidiacono, cancellario et officiali Parisiensibus mandat quatenus, — cum hominibus terrae Balduini, heredis imperii Romaniae, diceretur non esse tutum ad episcopum Cameracensem, quem ipse papa conservatorem bonorum praedicti Balduini deputaverat, recurrere, — non permittant praefatum Balduinum et bona quae idem in imperio Alemanniae et in regno Franciae obtineat, indebite molestari. — (Reg. 19, f. 147 [141] r°; ann. XIII, c. 208; — cf. *supra*, n° 4625.)

« .. *archidiacono, .. cancellario et .. officiali Parisiensibus.* Cum dilecto filio nobili viro Balduino, heredi imperii Romanie, qui Dei et Ecclesie obsequio se exponit, oportunum sit protectionis nostre munimen, propter quod illum suscepimus sub protectione Apostolice Sedis et nostra, eique venerabilem fratrem nostrum .. Cameracensem episcopum conservatorem bonorum suorum duximus deputandum : quia, ut eodem B[alduino] accepimus intimante, hominibus terre sue super hoc ad eundem episcopum recurrere non est tutum, mandamus quatenus prefatum B[alduinum] et bona sua que in imperio Alemannie et regno Francie obtinet, non permittatis ab aliquibus indebite molestari; molestatores etc. Non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque :] dummodo ultra tertiam vel quartam aliqui extra suam diocesim [etc., usque :] non trahantur —. Dat. Laterani, III idus februarii, anno tertiodecimo. »

5048 Latran, 7 février 1240.

Militibus castri de Frusinone significat se sententiam in controversia quae inter ipsos, ex una parte, et populares ejusdem castri, « ex altera, super corredo quod » iidem milites sibi in denariis ab eisdem popularibus deberi dicebant, vertebatur, a St[ephano], ipsius papae capellano, tunc Campaniae Maritimaeque rectore, pro ipsis militibus contra eosdem populares promulgatam, et a R[aynaldo], Ostiensi episcopo, auditore partibus concesso, confirmatam, auctoritate apostolica confirmare. — (Reg. 19, f. 147 [141] r°; ann. XIII, c. 209; — Rodenberg 766.)

« *Militibus castri de Frusinon*[*e*]. *Verulane diocesis.* Ea que judicio —. Dat. Laterani, VII idus februarii, anno tertiodecimo. »

5049 Latran, 31 janvier 1240.

Abbati et conventui Majoris Monasterii Turonensis et prioribus eidem monasterio subjectis indulget supplicantibus ut « conveniri per litteras apostolicas aliquatenus » non possint, « que tacito Majoris Monasterii Turonensis nomine fue» rint impetrate ». — (Reg. 19, f. 147 [141] v°; ann. XIII, c. 210.)

« .. *abbati et conventui Majoris Monasterii Turonensis et prioribus eidem monasterio pleno jure subjectis.* Eos qui mundo —. Dat. Laterani, II kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5050 Latran, 5 février 1240.

Archiepiscopo Eboracensi mandat quatenus crucesignatos Eboracensis provinciae moneat ut non prius iter transmarinum arripiant, quam a Sede Apostolica mandatum transfretandi receperint. — (Reg. 19, f. 147 [141] v°; ann. XIII, c. 211.)

« .. *archiepiscopo Eboracensi.* Etsi adeo necessaria sit voti solutio, ut sine proprie salutis dispendio alicui resilire auctoritate sua non liceat ab hiis que sollempniter ac sponte promisit : quia tamen dicendus non est voti transgressor, qui quod vovit, de auctoritate Sedis Apostolice, presertim ex justa causa, distulit adimplere, cupientes tam karissimi in Christo filii nostri .. Anglorum regis illustris quam regni ejus indempnitatibus precaveri, et attendentes nichilominus, consideratis circumstantiis universis, quod transfretatio crucesignatorum ad presens parvum esset vel nullum orientali terre comodum, et regi ac regno predictis grave periculum allatura, mandamus quatenus crucesignatos tue provincie moneas et inducas ut non prius iter arripiant transmarinum, quam a Sede Apostolica mandatum receperint transfretandi. Dat. Laterani, nonis februarii, anno tertiodecimo. »

5051 Latran, 6 février 1240.

Archiepiscopo et archidiacono Cantuariensibus mandat quatenus, — non obstante mandato apostolico eis directo, videlicet ut abbati conventuique Cluniacensibus, debitis gravatis, facerent usque ad triennium ab universis abbatibus et prioribus Angliae, Cluniacensis ordinis, decimam partem omnium proventuum et reddituum suorum exhiberi, — exactioni decimae quae a prioratu de Lewes, ejusdem ordinis, Cicestrensis dioecesis, deberi dicebatur, supersedeant. — (Reg. 19, f. 147 [141] v°; ann. XIII, c. 212.)

« .. *archiepiscopo et .. archidiacono Cantuariensibus.*

Sua nobis dilectus filius nobilis vir .. comes Warensis petitione monstravit quod clare memorie progenitores sui —, prioratum de Lewes. Cluniacensis ordinis. Cicestrensis diocesis. in fundo proprio construentes, illum de bonis suis ita magnifice dotarunt. ut in ipso centum monachi residerent. et ibidem nichilominus hospitalitas perpetua et circa quoslibet concurrentes continue caritatis affluentia servaretur. Tandem vero, .. abbate ac conventu Cluniacensibus molientibus, sub pretextu jurisdictionis spiritualis quam obtinent in eodem. illius bona pro sua voluntate dispergere ac alias ipsum vexationibus multimodis pregravare: quia inclite recordationis H[amelinus], pater. et I[sabella], mater ipsius comitis. videntes vota progenitorum suorum tam enormiter defraudari. super lesione prioratus ejusdem graviter turbabantur. inter ipsos, ex una parte. accedente consensu dicti comitis, ac eosdem abbatem et conventum, ex altera. mediantibus bone memorie .. predecessore tuo. frater archiepiscope, ac .. episcopo Norwicensi. amicabilis inter partes compositio intervenit. videlicet quod .. abbas Cluniacensis qui pro tempore fuerit, in eodem prioratu centum solidorum sterlinguorum censu annuo sit contentus, nec aliquam aliam ibi exactionem faciet. plena sibi jurisdictione in spiritualibus reservata, sicut in litteris super hoc confectis plenius dicitur contineri. Verum, cum vos, pretextu litterarum nostrarum, nullam de compositione ipsa facientium mentionem. quas vobis direximus. ut ab universis abbatibus et prioribus eorumque conventibus monasteriorum et locis aliis Anglie dicti ordinis, eisdem abbati et conventui. gravatis, ut dicebant. importabili sarcina debitorum. decimam partem omnium suorum proventuum et reddituum exhiberi usque ad triennium faceretis, vos[1] decimam hujusmodi ab eisdem priore et conventu. ad dictorum abbatis et conventus instantiam. exigatis : idem comes nobis humiliter supplicavit ut, cum ex hoc grave scandalum oriatur, et dictus prioratus magno prematur onere debitorum, et constitutis ibidem, laudabiliter predicte hospitalitati vacantibus, materia [possit] multi discriminis immineri, si dictam decimam solvere cogerentur. super hoc paterne provisionis studium apponere curaremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, quousque super hoc mandatum nostrum receperitis speciale, exactioni ipsius decime supersedere curetis. Dat. Laterani. VIII idus februarii, anno tertiodecimo. »

1. *Vos* a déjà été exprimé plus haut : « Cum vos, pretextu... »

5052 Latran, 7 février 1240.

Drogoni de Crablevilla. clerico regis Angliae, — qui ex proventibus trium beneficiorum, curam animarum habentium, quorum unum ante generale concilium et duo reliqua post idem concilium. sponte pluribus aliis resignatis, cum dispensatione apostolica adeptus erat. non poterat secundum personae suae statum et terrae consuetudinem expensas necessarias sustinere. — indulget, supplicante rege Angliae, ut ei, unum ex beneficiis illis resignanti, liceat aliud, etiam si curam consimilem habeat, recipere et una cum eisdem retinere. — (Reg. 19, f. 147 [141] v°; ann. XIII, c. 213.)

« *Drogoni de Crablevill[a], clerico karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Anglie.* Cum, sicut ex —. Dat. Laterani. VII idus februarii. anno tertiodecimo. »

5053 Latran, 7 février 1240.

Simoni de Offham, capellano regis Angliae, indulget, supplicante eodem rege, ut cum beneficio, curam animarum habenti, quod tunc obtinebat, unum aliud, etiam si similem curam habeat, recipere et retinere possit. — (Reg. 19, f. 148 [142] r° ; ann. XIII, c. 214.)

« *Symoni de Offham, capellano karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Anglie.* Volentes propter probitatem —. Dat. ut supra. »

5054 Latran, 7 février 1240.

Aimarico de Plasseto, rectori ecclesiae de Blatwic (= Blatherwycke), Lincolniensis dioecesis, indulget ut cum eadem ecclesia, curam animarum habenti, cujus proventus viginti quinque marcas, sicut dicebat idem rector, non excedebant, unicum beneficium. etiam si similem curam habeat, recipere et retinere possit. — (Reg. 19, f. 148 [142] r° ; ann. XIII, c. 215.)

« *Aimarico de Plasseto, rectori ecclesie de Blatwic*[1]. *Lincolniensis diocesis.* Ad faciendam tibi —. Dat. ut supra. »

5055 Latran, 4 février 1240.

Episcopum et capitulum Saresberienses rogat et monet quatenus W[illelmum] Hardel, regis Angliae clericum, quem

1. Nous donnons cette partie de l'adresse telle qu'on la lit dans la table des *capitula* de la XIII[e] année; ce texte est vraisemblablement celui d'une rubricelle aujourd'hui disparue. La leçon, moins bonne, semble-t-il, de la rubrique, est : « *Aumarico de Plesseto, rectori ecclesie de Blarwic...* »

ipse papa, propter ejusdem regis, supplicantis pro eodem, considerationem, volebat speciali gratia prosequi, in canonicum et in fratrem recipiant, eique, non obstante quod duo beneficia cum animarum cura jam obtinebat, super quibus idem clericus asserebat fuisse secum dispensatum, praebendam in Saresberiensi ecclesia, si qua tunc vacabat, vel quam cito facultas se obtulerit, conferant, etiam si illi praebendae similis cura sit annexa; noverint ipsum papam magistro R[ogerio] de Cantilupo et W[illelmo] de Haverell. (= Haverhill), canonicis London[iensibus], mandasse ut ipsos Saresberienses ad hujus mandati exsecutionem, dummodo aliquid rationabile non obsistat, compellant. — (Reg. 19, f. 148 [142] r°; ann. XIII, c. 216.)

« .. *episcopo et capitulo Saresberiensibus.* Etsi ex meritis —. Dat. Laterani, II nonas februarii, anno tertiodecimo. »

5056 Latran, 1[er] février 1240.

Priori et conventui de Kirkeam (= Kirkham), ordinis sancti Augustini, Eboracensis dioecesis, — conquerentibus quod fratres Cistercienses infra fines parochiarum ipsorum prioris et conventus consistentes, propria lucra sectantes, in eisdem parochiis terras passim emebant et aliis modis acquirebant, ac de decimis quas ipsi prior et conventus ex eisdem terris percipiebant, ipsos defraudabant, — significat se nolle, per tales terrarum emptiones seu acquisitiones, eorum juri ullum praejudicium generari. — (Reg. 19, f. 148 [142] r°; ann. XIII, c. 217.)

« .. *priori et conventui de Kirkeam, ordinis sancti Augustini, Eboracensis diocesis.* Ex parte vestra —. Dat. Laterani, kalendis februarii, anno tertiodecimo. »

5057 Latran, 9 février 1240.

Abbates monachosque monasterii de Torneia (= Thorney) et idem monasterium sub beati Petri et sua protectione suscipit, eorumque bona, quae nominatim recenset, nec non et privilegia et libertates confirmat. — (Reg. 19, f. 148 [142] r°; ann. XIII, c. 218.)

« .. *abbati monasterii de Torneia ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.* Religiosam vitam etc., usque : infringat. Eapropter etc., usque : clementer annuimus, et monasterium de Torneya, Eliensis diocesis, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri etc., usque : privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo monasticus, qui secundum Deum et beati Benedicti regulam etc., usque : observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona etc., usque : permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis ; Sancte Marie de Witleseya et Sancti Jacobi de Esldepinges ecclesias, cum omnibus pertinentiis suis ; jus patronatus quod habetis in de Santgrunt[1], de Jakesleya, de Haddun., de Wddeston., de Neuton., de Stibinton., de Twiwella, de Tid. de Bolleerst, Sancti Gutlaci de Deping. et Omnium Sanctorum de Huntedon. ecclesiis; annuum redditum duarum marcarum, quem habetis in ecclesia de Jakesleya ; annuum redditum dimidie marce, quem habetis in ecclesia de Addon.; annuum redditum dimidie marce, quem habetis in ecclesia de Wdeston.: annuum redditum triginta solidorum, quem habetis in ecclesia de Neuton. ; annuum redditum unius marce, quem habetis in ecclesia de Stibinton.; annuum redditum viginti solidorum, quem habetis in ecclesia de Twiwella; annuum redditum duarum marcarum, quem habetis in ecclesia de Tid; annuum redditum duarum marcarum, quem habetis in ecclesia Sancti Gutlaci de Deping. ; annuum redditum decem solidorum, quem habetis in ecclesia Omnium Sanctorum de Huntedon. ; decimas quas habetis in Stangrunt, Bolleerst, Pertenhale, Graffam, Islepe, Drartun., Addingtun., Cestretun., Sibistun. et Stibintun. parrochiis ; capellas quas habetis in Stangrunt, Jakesleya, Neuton., Withleseya, Tuiwella, Boleerst, Cerwalton. et Salubring villis, cum omnibus pertinentiis suis : de Stangrunt, de Farseved, de Jakesleya, de Addon., de Neuton., de Wddeston., de Wtleseya, de Tuiwell[a], de Bolleerst, de Cerwalton. et de Salubring villas, cum decimis quas habetis in eis et omnibus pertinentiis suis ; in Sibiston., duas hydas et dimidiam ; in Stibinton., quinque virgatas terre ex dono quondam Ade, filii Drogonis ; terras quas habetis in Sibiston., Stibinton. et Walmesford villis, cum omnibus pertinentiis suis : terras quas habetis in Flekeno, Wlfamecont et Lufwich. ex dono quondam Ade de Marisco; annuum redditum quinque marcarum in villa de Pappewrth ; annuum redditum sex marcarum, quem percipitis de terra de Rand. ; annuum redditum decem solidorum, quem habetis in molendino de Thesburch ; annuum redditum dimidie marce, quem habetis de terra de Chelse : terram quam habetis in villa de Wenge, cum omnibus pertinentiis suis ; salinas quas habetis in Hoyland[ia] ; domos quas habetis in Hunte-

1. *Sic*, pour *Stangrunt* (= Standground), que l'on trouve plus loin, à trois reprises, dans la présente pièce.

don. et Wisebeche. ex dono quondam Walteri. filii Walteri; molendinum et annuum redditum quinque solidorum, quem habetis in villa de Levrington.; molendinum de Ruitono; piscarias quas habetis in Witlesmar., Trendelmar., Foxmar, Helm. et Welle, cum pertinentiis suis; terram et domos quas habetis in villa de Stanford; heremitorium de Trokenholter, cum purpresturis, mariscis, pasturis, piscariis et omnibus pertinentiis suis; prioratum Sancti Jacobi de Estdeping., cum terris, redditibus. pratis et omnibus pertinentiis suis; hospitale ville de Jakesleya, cum omnibus pertinentiis suis; nec non alias possessiones vestras, cum pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum. que propriis manibus vel sumptibus colitis. de quibus etc., usque : presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos etc.. usque : retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum etc., usque : nisi artioris religionis obtentu de eodem loco discedere; discedentem vero etc., usque : retinere. Cum autem generale interdictum etc., usque : celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero etc., usque : sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper ut infra fines etc., usque : Pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones etc., usque : fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipsius loci etc., usque : corpora assumuntur. Decimas preterea et possessiones etc., usque : de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te etc., usque : providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre etc., usque : audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates etc., usque : communimus. Decernimus ergo etc., usque : profutura; salva Sedis Apostolice auctoritate, diocesani episcopi canonica justitia, et in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si quis igitur etc., usque : subjaceat ultioni. Cunctis autem etc., usque : pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Dat. Laterani, per manum fratris Jac[obi], de ordine fratrum Predicatorum, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, V idus februarii, indictione XIII, Incarnationis Dominice anno M°CC°XXXVIIII[°], pontificatus vero donni Gregorii pape VIIII anno tertiodecimo. »

5058 [Latran, 9 février 1240[1] ?]

Templariis, quos, ex eo quod « capis clausis » super armis utebantur, « quasi manibus impeditis et brachiis », ipsorum inimici facilius offendere poterant, et quibus, eadem causa, defendendi libertas adimebatur, indulget supplicantibus ut, cum ipsos in locis suspectis morari aut per illa transire contigerit, eis liceat « supertunicalibus largis uti, gerendo super » eis in pectore signum crucis ». — (Reg. 19, f. 149 [143] r° ; ann. XIII, c. 219.)

« *Magistro et fratribus domus militie Templi.* Fuit ex parte —. »

5059 Latran, 27 janvier 1240.

Episcopo Majoricensi concedit supplicanti, — cum civitas Majoricarum Christiano nomini de novo esset acquisita, — facultatem « in ecclesia Majoricensi collegium canonicorum » secularium ac dignitates ecclesiasticas instituendi, secundum consuetudinem vicinarum ecclesiarum, nec non per- » sonatibus et canonicis ejusdem ecclesie certas deputandi » prebendas », requisito tamen super hoc religiosorum virorum consilio. — (Reg. 19, f. 149 [143] r° ; ann. XIII, c. 220.)

« .. *episcopo Majoricensi.* Libenter in hiis —. Dat. Laterani, VI kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5060 Latran, 25 janvier 1240.

Eidem significat se, — « intellecto quod insula Majorica- » rum longo maris tractu sit a circumstantibus sejuncta pro- » vinciis, et illuc navigantibus sepe periculum mortis immi- » neat », — indulgere ut ipse episcopus vel clerici Majoricensis civitatis et dioecesis, « ac aliqui de familia » ipsius episcopi, non possint extra eandem insulam per apostolicas litteras conveniri, quae de hac indulgentia non fecerint plenam mentionem. — (Reg. 19, f. 149 [143] r°; ann. XIII, c. 221.)

« *Eidem.* Intellecto quod insula —. Dat. Laterani, VIII kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5061 Latran, 28 janvier 1240.

Eidem concedit ut haereticos in regno Majoricarum constitutos, qui ad ecclesiasticam unitatem redire sponte voluerint, si ipsi episcopo per debita signa de illorum evidenti conversione constiterit, ab excommunicatione absolvat eisque injungat paenitentiam, « prius tamen a dictis hereticis coram » clero et populo heresi sollempniter abjurata, et ab ipsis ne » ulterius in pravitatis heretice contagia relabantur, quam

1. La présente pièce ne porte pas de date dans le *Registre*; c'est par pure conjecture que nous lui attribuons la date que porte la pièce précédente.

» prestare poterunt, cautione recepta ». — (Reg. 19, f. 149 [143] r°; ann. XIII, c. 222.)

« *Eidem*. Nil arbitrantes animarum —. Dat. Laterani. V kalendas februarii. anno tertiodecimo. »

5062 Latran, 28 janvier 1240.

Eidem mandat quatenus civibus Majoricarum, — qui, « propter novitatem incolatus. in multis penuriam » patiebantur, et qui ad praesens, sine ipsorum dispendio, Sarracenorum commercio carere, sicut asserebant, non poterant, — largiatur, si reppererit quod sine eorundem civium praejudicio et damno terrae id fieri valeat, et postquam de his cum domino Majoricarum colloquium tenuerit, licentiam petitam, videlicet ut « prefatis Sarracenis, preter equos et mulos, arma, » ferrum et lignamina, victualia, tempore pacis, ferre possint » et vendere », unde illa terra « commodius et plenius reddi » populosa valeat ». — (Reg. 19, f. 149 [143] r°; ann. XIII, c. 223.)

« *Eidem*. Dilecti filii cives —. Dat. Laterani. V kalendas februarii. anno tertiodecimo. »

5063 Latran, 26 janvier 1240.

Eidem, — Christianis ex populo Majoricarum supplicantibus ut, cum plures ex Sarracenis, servis suis, baptismate, ut aufugere possent, recepto, postea in statum pristinum, « non » absque gravi dampno fidelium », relaberentur, « hujus» modi baptizatos ut servos possidere valeant », — mandat quatenus, « consideratis circumstantiis universis, super hoc » provideat « prout animarum saluti et terre statui » viderit expedire. — (Reg. 19, f. 149 [143] r°; ann. XIII, c. 224.)

« *Eidem*. Insinuantibus dilectis filiis —. Dat. Laterani. VII kalendas februarii. pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

5064 Latran, 25 janvier 1240.

Episcopo Vicensi et priori Sancti Pauli Barchinonensis, ordinis sancti Benedicti, mandat quatenus, si nihil juris in ecclesia Evizae alia ecclesia obtineat, episcopo Majoricensi concedant ut in eadem omnia spiritualia quae ad jus episcopale pertineant, exercere valeat. — (Reg. 19, f. 149 [143] r°; ann. XIII, c. 225.)

« *.. episcopo Vicensi et .. priori Sancti Pauli Barchinonensis. ordinis sancti Benedicti*[1]. Venerabilis frater noster .. episcopus Majoricensis nobis humiliter supplicavit ut. cum insula Evize a tempore cujus non estat memoria, insule Majoricarum subjecta fuerit. illius matricem ecclesiam ecclesie Majoricarum unire, ac quod ipsa sub ejusdem episcopi et successorum ipsius perpetua jurisdictione consistat, statuere de benignitate solita curaremus. Nos igitur, gratiam quam cum Deo et honestate possumus. sibi facere cupientes, mandamus quatenus, si nichil juris alia ecclesia obtinet in eadem ecclesia Evize, auctoritate nostra dicto episcopo concedatis ut libere in ipsa omnia spiritualia que ad jus episcopale pertinere noscuntur, exerceat. mandato Sedis Apostolice per omnia semper salvo. Dat. Laterani, VIII kalendas februarii. pontificatus nostri anno tertiodecimo. »

5065 Latran. 25 janvier 1240.

Petrum, dictum Infantem, dominum Majoricarum, nec non universos participes, Templarios et Hospitalarios regni Majoricarum rogat et obsecrat quatenus non permittant insulas Majoricarum et Evizae a Sarracenis populari, sed ad hoc industriam suam dirigant, ut Sarraceni ibidem cum Christianis cohabitantes se sub jugo servitutis esse positos recognoscant. — (Reg. 19, f. 149 [143] v°; ann. XIII, c. 226; — cf. J. Delaville Le Roulx, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 576, n° 2248.)

« *Nobili viro P[etro], dicto Infanti, domino. et universis participibus ac Templariis et Hospitalariis regni Majoricarum*[1]. Sicut salutis procurari —. Cum igitur insule Majoricarum et Evize, sicut scitis, multis laboribus et expensis, divina suffragante potentia, Christianorum sint acquisite dominio. universitatem vestram rogamus et obsecramus in Domino Jhesu Christo, per apostolica

1. Le *Registre* donne comme rubrique *Eidem*; il est clair que c'est là une erreur, l'évêque de Majorque que représenterait cet *Eidem*, étant nommé dès la première ligne de la bulle, et l'expression : « concedatis », employée vers la fin, indiquant suffisamment que cette pièce est adressée à deux personnes au moins; nous rétablissons la véritable adresse d'après la table des *capitula* de la XIII[e] année, table qui, ici tout au moins, reproduit évidemment une rubricelle aujourd'hui disparue; dans le corps du *Registre*, l'adresse véritable de la pièce 225 a été maladroitement soudée à l'adresse de la pièce 226 (n° 5065).

1. Nous donnons l'adresse de la présente bulle d'après la table des *capitula* de la XIII[e] année; nous avons indiqué (voir la note précédente) que, dans le corps du *Registre*, l'adresse de cette pièce et celle de la pièce 225 (n° 5064) sont accolées l'une à l'autre, de manière à n'en faire apparemment qu'une seule; il importe essentiellement de les distinguer.

vobis scripta mandantes quatenus, circa ipsarum custodiam attentionis plenitudinem adhibentes, ac sollerti meditatione pensantes quod, dum robur Sarracenis acquiritur, Christianorum profectui derogatur, dictas insulas ab eisdem Sarracenis populari minime permittatis, ad hoc semper vestram industriam dirigentes, ut illum modum cohabitandi Christianis habeant, quod, ipsorum respectu, se sub jugo servitutis positos recognoscant, maxime cum sit de preterito presumendum, quia, quod absit! si eis ledendi facultas occurreret, ipsorum horrenda feritas in gregem Domini more solito deseviret. Ceterum, quod tam pie suggeritur et utiliter suadetur, sic ex animo studeatis exequi, ut divine propitiationis gratiam possitis uberius promereri. Nullis litteris obstantibus, si que forsan super populatione hujusmodi sunt a Sede Apostolica impetrate. Dat. ut supra. »

5066 Latran, 7 février 1240.

Archiepiscopo Senonensi mandat quatenus sententiam excommunicationis nimium severam, immo iniquam, quam magister Gaufridus de Pontibus, in causa inter quosdam mercatores Senenses, ex una parte, et majorem, scabinos juratosque communiae castri de Pruvino, ex altera, exorta, in cunctos ejusdem castri viros et mulieres tulerat, in irritum revocet; eundem Gaufridum, officio beneficioque suspensum, ad Apostolicam Sedem transmittat, eumque renitentem excommunicatum publice nuntiet, et in sua contumacia perdurantem custodiae carcerali tradat. — (Reg. 19, f. 149 [143] v°; ann. XIII, c. 227; — Moreau 1192, f. 437.)

« .. *archiepiscopo Senonensi*. Ad nostram noveris audientiam pervenisse quod, cum causam que inter Bonitium, Mainardum et eorum socios, mercatores Senenses, ex parte una, et .. majorem, scabinos et juratos communie castri de Pruvino, Senonensis diocesis, ex altera, super quadam summa pecunie vertebatur, .. decano Parisiensi duxerimus committendam, et idem decanus magistro Gaufrido de Pontibus causam subdelegarit eandem, dictus G., sequens proprie voluntatis impulsum, discretionis ratione ammissa, occasione sententie contra prefatos majorem, scabinos et juratos super hoc late, cui parere noluerant, ut dicebat, in cunctos illius castri viros et mulieres a sedecim annis [et] supra, uxores et familias, et omnes participantes eisdem in mercimoniis, locationibus et conductionibus, ac omnes qui eis ignem vel aquam tribuerent, aut secum ambularent, vel in domos et curias suas ipsos intrare permitterent, seu eis opus aliquid exhiberent, nec non hominibus ejusdem castri de debitoribus ac injuriatoribus suis justitiam facientes, aut furnorum et molendinorum usum communicantes eisdem, excommunicationis sententiam promulgavit, alia plura eidem sententie inserendo, quorum seriosa narratio induceret auribus cujusque stuporem; et, licet de consilio provincialis concilii, monueris eundem ut hujusmodi excessum corrigeret, revocando premissa, idem tamen, cordis nequitiam prosequens, excessum corrigere ac revocare premissa contempsit. Verum, cum ex tam indiscreto et horrendo processu sententias prelatorum vilipendendas reddiderit et claves Ecclesie contempnendas, gravi exinde in ecclesia Dei scandalo generato, volentes in ipso tante temeritatis abusum pena debita castigare, ut et sibi pro meritis tribuatur et alii metu pene similia de cetero non presumant, mandamus quatenus, si est ita, tam iniquo processu in irritum penitus revocato, transgressorem hujusmodi, officio beneficioque suspensum, infra mensem post susceptionem presentium cum litteris tuis ad Apostolicam Sedem transmittas, prout meruit, recepturum; qui si venire forte contempserit, in eum extunc excommunicationis sententiam auctoritate nostra proferens, ipsum singulis diebus dominicis et festivis excommunicatum publice nunties et facias ab omnibus arctius evitari; et, si adhuc in sua contumacia perdurarit, tradas eundem custodie carcerali, ad hoc invocato, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis —. Dat. Laterani, VII idus februarii, anno tertiodecimo. »

5067 Latran, 10 janvier 1240.

Episcopo Praenestino significat se ejus, nec non Arelatensis archiepiscopi et comitis Provinciae litteras recepisse, eique mandat quatenus praedictis archiepiscopo et comiti, ac civitati Arelatensi, qui contra F[ridericum], dictum imperatorem, Ecclesiae constanter assistebant, de subventione quam a praelatis et ecclesiis suae legationis recipiet, super qua ipsi papae idem episcopus scripserat, providere et subvenire procuret. — (Reg. 19, f. 150 [144] r°; ann. XIII, c. 228; — Moreau 1192, f. 425; — Potthast 10838*; — Rodenberg 764.)

« .. *episcopo Prenestino* [1], *Apostolice Sedis legato*. Litteris tuis benigne —. Dat. Laterani, IIII idus januarii, anno tertiodecimo. »

1. *Sic*; la table des *capitula* donne la forme habituelle *Penestrino*.

5068 Latran, 10 février 1240.

Episcopo Majoricensi scribit quid agere debeat super absolutione et dispensatione clericorum concubinariorum Majoricensis dioecesis. — (Reg. 19, f. 150 [144] r°; ann. XIII, c. 229.)

« .. *episcopo Majoricensi*. Ex tua insinuatione percepimus quod nonnulli clerici tue civitatis et diocesis, pro concubinarum cohabitatione, prolatas a legato Apostolice Sedis suspensionis et excommunicationis sententias incurrerunt, quorum aliqui receperunt ordines et divina celebrarunt officia sic ligati. Verum, cum, viarum impediente discrimine, difficile sit eis nostram adire presentiam, pro absolutionis et dispensationis gratia obtinenda, nos, ad preces tuas volentes misericorditer agere cum eisdem, presentium tibi auctoritate concedimus ut hujusmodi[1] concubinariis, si, prorsus abjectis focariis, de non resumendo ipsas vel alias sufficientem prestiterint cautionem, possis, hac vice, juxta formam Ecclesie absolutionis beneficium impertiri, ac [cum[2]] eisdem super eo quod, facti immemores vel juris ignari, excommunicati et suspensi ascenderunt ad ordines et divina officia celebrarunt, injuncta eis pro modo culpe penitentia competenti, eaque peracta, prout eorum saluti expedire videris, valeas dispensare. Si vero aliqui predictorum scienter talia presumpserunt, ipsis per biennium ab ordinum executione suspensis, et imposita sibi penitentia salutari, eos postmodum, si fuerint bone conversationis et vite, ad gratiam dispensationis admittas, si videris expedire. Proviso ut que[3] predicti expensuri essent, veniendo ad Sedem Apostolicam, morando ibidem et redeundo ab ipsa, tibi assignari facias, in fabrica[m][4] Majoricensis ecclesie, que de novo construi dicitur, convertenda. Dat. Laterani, IIII idus februarii, anno tertiodecimo. »

5069 Latran, 12 février 1240.

Episcopo Portuensi et Stephano, tituli Sanctae Mariae Transtiberim presbytero cardinali, mandat quatenus canonicis basilicae Sancti Petri, qui, aliquas possessiones, sibi hoc tempore opportunas, emere intendentes, non habebant unde illas valerent comparare, facultatem tribuant usque ad trecentas libras distrahendi de his quae in ejusdem basilicae capside asservabantur. — (Reg. 19, f. 150 [144] r°; ann. XIII, c. 230; — Moreau 1192, f. 440; — Potthast 10846.)

« .. *episcopo Portuensi et S[tephano]. tituli Sancte Marie Transtiberym presbitero cardinali*. Cum dilecti filii —. Dat. Laterani, II idus februarii, anno tertiodecimo. »

1. *Ms.* : ut cum hujusmodi. — Dans le passage correspondant de la pièce 233 de cette même XIII[e] année (n° 5072), on lit : « ut eisdem. »
2. *Cum*, omis ici, est exprimé dans la pièce précitée 233 (n° 5072).
3. *Ms.* : quod; — même leçon dans la pièce 233 (n° 5072).
4. *Fabricam*, dans la pièce 233 (n° 5072).

5070 Latran, 12 février 1240.

Comitissae Ossatiae, quae elegerat sub religionis habitu Domino famulari, significat se eam, nec non ejus filios, familiam et bona sub beati Petri et sua protectione suscipere, et statuere ut dicti ipsius comitissae filii, « donec ad » legitimam viginti quinque annorum etatem pervenerint, » sub Apostolice Sedis tutela et defensione consistant ». — (Reg. 19, f. 150 [144] r°; ann. XIII, c. 231.)

« *Nobili mulieri .. comitisse Ossatie*. Sacrosancta etc. —. Dat. Laterani, II idus februarii, anno tertiodecimo. »

5071 Latran, 8 février 1240.

Abbati et conventui Simigiensibus (= de Sümegh), ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis dioecesis, — cum, inter ipsos, ex parte una, et Andream, regem Hungariae, ex altera, « super quibusdam annuis mensuris vini, *cibriones* vulgariter » appellatis, provenientis de vineis nove plantationis, sitis » juxta villam Eng, in terra capelle » ipsorum « Sancti Ni- » colai de Marchia, Quinqueecclesiensis diocesis, questione » suborta, idem rex, comperto » « quod dicte mensure vini » de prefatis vineis sibi solvi non debuerint, nec unquam » fuerint persolute, ipsas memorate capelle » dimisisset, « concedens eidem ut eas quiete et pacifice perpetuo possi- » deret », — significat se quod a dicto rege super hoc factum fuerat, confirmare. — (Reg. 19, f. 150 [144] r°; ann. XIII, c. 232; — Potthast 10845.)

« .. *abbati et conventui Simigiensibus, ordinis sancti Benedicti, Vesprimiensis diocesis*. Cum a nobis —. Dat. Laterani, VI idus februarii, anno tertiodecimo. »

5072 Latran, 27 janvier 1240.

Episcopo Majoricensi scribit quid agere debeat super absolutione et dispensatione nonnullorum clericorum et laicorum Majoricensis civitatis et dioecesis, qui pro violenta manuum injectione in clericos et alias religiosas personas, ac pro rapinis, incendiis et sacrilegiis, nec non pro eo quod Albigensibus contra Ecclesiam astiterant, sive quod Sarraceni detulerant prohibita, suspensionis et excommunicationis sen-

tentias incurrerant. — (Reg. 19, f. 150 [144] v°; ann. XIII, c. 233.)

« .. *episcopo Majoricensi*. Exhibita nobis tua petitio continebat quod nonnulli clerici et laici tue civitatis et diocesis pro violenta injectione manuum in clericos et alias religiosas personas, ac pro rapinis, incendiis et sacrilegiis, nec non pro eo quod Albigensibus contra Ecclesiam astiterunt, sive quod detulerunt lignamina, ferrum, vestes et alia prohibita Sarracenis, suspensionis et excommunicationis sententias incurrerunt. Quare nobis humiliter supplicasti ut, cum difficile sit eis, quorum est non modica multitudo, ad nostram laborare presentiam, pro absolutionis et dispensationis gratia obtinenda, super hoc providere de benignitate solita curaremus —. Concedimus ut eisdem manuum injectoribus, incendiariis, sacrilegis et raptoribus ac aliis supradictis, dummodo injuriam et dampna passis satisfaciant competenter, et eorum non sit difficilis et enormis excessus, propter quem sint merito ad Sedem Apostolicam destinandi, possis, hac vice [etc., ut supra, in litteris sub numero 5068 notatis, usque in finem]. Dat. Laterani, VI kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5073 Latran, 23 janvier 1240.

Magistro Johanni de Stokes, personae ecclesiae de Huneden. (= Hundon), Norwicensis dioecesis, capellano Roberti, Sancti Eustachii diaconi cardinalis, indulget ut cum eadem ecclesia de Huneden. unicum aliud beneficium, curam habens animarum annexam, recipere et retinere valeat, proviso quod in eorum altero personaliter, in reliquo vero per idoneum vicarium deserviat. — (Reg. 19, f. 150 [144] v°; ann. XIII, c. 234.)

« *Magistro Johanni de Stokes, persone ecclesie de Huneden., Norwicensis diocesis, capellano dilecti filii nostri R[oberti], Sancti Eustachii diaconi cardinalis*. Illos precipue prosequi —. Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5074 Latran, 23 février 1240.

Hominibus castri Racanati, attendens eorum fervorem et fidelitatem erga Romanam Ecclesiam, nec non damna quae pro causa Ecclesiae pertulerant, significat se eis gratiam et concessionem quas de quibusdam rebus ad Romanam Ecclesiam spectantibus, eis fecerat S[inibaldus], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, marchiae Anconitanae rector, nec non antiquas eorum consuetudines, libertates et immunitates confirmare. — (Reg. 19, f. 150 [144] v°; ann. XIII, c. 235; — Rodenberg 767.)

« *Hominibus castri Racanat[i], fidelibus nostris, Humanat[is] diocesis*. Efficax vestre devotionis —. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno tertiodecimo. »

5075 Latran, 25 février 1240.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum Franciae mandata dat de redemptione votorum crucesignatorum pro subsidio imperio Romaniae impendendo, eique concedit ut illis qui pro violenta manuum injectione in clericos et religiosos alios in canonem latae sententiae inciderint, absolutionis beneficium impertiri possit, expensis quas illi, laborando personaliter ad Sedem Apostolicam pro absolutione obtinenda, essent facturi, in manibus ipsius prioris assignandis et Balduino, heredi ejusdem imperii, exhibendis. — (Reg. 19, f. 151 [145] r°; ann. XIII, c. 236; — Potthast 10848.)

« .. *priori provinciali fratrum Predicatorum Francie*. Desiderantes toto mentis affectu succursum imperii Romanie, cujus defensio eo utilior Ecclesie noscitur, quo sibi ejusdem ammissio dispendiosior redderetur, mandamus quatenus crucesignatos omnes in imperii prefati subsidium, qui voluerint redimere vota sua, de bonis eorum in subsidium ipsum juxta facultates proprias destinando, cum pecunie subventio noscatur ad presens eidem imperio plurimum oportuna, militibus dumtaxat exceptis, auctoritate nostra a voto crucis absolvas, illam, juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum, concedens eisdem veniam peccatorum, que talibus pro Terre Sancte subsidio indulgetur. Ad hec presentium auctoritate tibi concedimus ut, in provinciis et locis ad que tuus extenditur prioratus, illis qui pro violenta manuum injectione in clericos et religiosos alios in canonem late sententie inciderunt, possis juxta formam Ecclesie absolutionis beneficium impertiri, injuncto eis quod injungi talibus consuevit, dummodo passis injuriam satisfaciant competenter, et expensas quas essent, laborando personaliter ad Sedem Apostolicam, morando et redeundo de ipsa, facturi pro absolutione obtinenda hujusmodi, fideliter in manibus tuis assignent, dilecto filio no[bili] viro B[alduino], heredi ejusdem imperii, in ipsius subsidium exhibendas, et eorum[1] non sint adeo graves et enormes excessus, quod merito ad Sedem Apostolicam venire debeant

1. Il faut entendre : « et dummodo eorum ... »; *dummodo* est exprimé quelques lignes plus haut.

absolvendi. Dat. Laterani, VI kalendas martii, anno tertiodecimo. »

5076 Latran, 13 février 1240.

Archiepiscopo Arelatensi eadem quae supra, in litteris sub numero 4924 notatis, ad episcopum Portuensem, apostolicum legatum, directis, scribit de Raymundo Bernardi, priore de Manso, quem abbas de Condomio a possessione bonorum de quibus in prioratu de Causdrot eidem priori auctoritate apostolica fuerat provisum, violenter ejecerat, cui abbates de Aureliaco et de Sarlato, nec non priores Sancti Caprasii, Sancti Sacerdotis (= Saint-Sardos) et [Sanctae Mariae] de Portu[1] provisionem eidem priori in ipsorum monasteriis et prioratibus assignatam, solvere denegabant, et quem Amalfinus de Blancafort (= Blanquefort), clericus, Agennensis dioecesis, super parte provisionis eidem priori factae in praefato prioratu Sancti Sacerdotis, laedebat, illam partem per violentiam detinendo; unde ei mandat quatenus praefatos abbates et priores, ac quosdam alios illius turbatores, compellat ut eidem priori praefatam provisionem persolvant, subtracta restituant, ac de damnis, injuriis et expensis satisfactionem exhibeant; insuper, quod eidem priori de sua provisione deficiat, supplere et etiam augmentare procuret in Claromontensi, Burdegalensi, Vasatensi et Agennensi civitatibus et dioecesibus, in quibus Tornacensis episcopus, apostolicus legatus, ac postmodum Engolismensis episcopus ejusque collegae certam provisionem eidem priori de Manso auctoritate apostolica assignaverant, nec non in aliquibus ecclesiis vel monasteriis Burdegalensis et Auxitanae provinciarum, ac Caturcensis, Lemovicensis et Tholosanae dioecesium, vel ipsarum aliqua. — (Reg. 19, f. 151 [145] r°; ann. XIII, c. 237.)

« .. *archiepiscopo Arelatensi*[2]. Sua nobis dilectus filius R[aymundus] Bernardi[3], prior de Manso, conquestione monstravit [etc., ut supra, in litteris sub numero 4924 notatis, ad episcopum Portuensem, apostolicum legatum, directis, usque :] ac etiam in aliquibus ecclesiis vel monasteriis et pertinentiis eorumdem Burdegalensis et Auxitane provinciarum, [ac] Caturcensis, Lemovicensis et Tolosane diocesum, vel ipsarum aliqua, etiam si ordinis Cluniacensis existant [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita tamen quod ultra decimam aliqui [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque in finem]. Dat. Laterani, idibus februarii, anno tertiodecimo. »

1. Cf. *supra*, t. III, col. 104, note 1.

2. Cette pièce n'est précédée d'aucune adresse; nous empruntons celle qu'on lit ici : « ... *archiepiscopo Arelatensi* », à la table des *capitula* de la XIIIe année, table qui évidemment reproduit ici une rubricelle aujourd'hui disparue.

3. Cf. *supra*, t. III, col. 104, note 3.

5077 Latran, 14 février [1240].

Eidem fere eadem, nonnullis mutatis et additis, quae supra, in litteris sub numero 4925 notatis, ad episcopum Portuensem, apostolicum legatum, directis, scribit de episcopo Agennensi, qui, eundem Raymundum Bernardi, priorem de Manso, multimodis persequens et vexans, decimas Vesalmensis et Cairanensis (= de Bezaume et de Cayran) archidiaconatuum, ad ecclesiam de Manso spectantium, occupaverat, qui excommunicatus in interdictis ecclesiis de Condomio et Sancti Caprasii divina celebraverat, ad illa abbatem de Condomio et priorem Sancti Caprasii, similiter excommunicatos, admittens, qui in praefata ecclesia de Manso, interdicto subjecta, divina celebraverat, ad ipsa in eadem homines ejusdem loci excommunicatos recipiens, et qui denique comiti Tholosano excommunicato communicaverat; unde ei mandat quatenus praefatum episcopum canonica poena castiget et compellat ut eidem priori et eidem ecclesiae de Manso sublata restituat, de damnis illatis et injuriis congruam eisdem satisfactionem impendat, nec non et ab eorundem persecutione desistat; similia mandat de Montaldo, canonico Agennensi, et de magistro Willelmo dicto Orguol, archipresbytero Cajadensi, Petragoricensis dioecesis, qui diversis modis eosdem priorem et ecclesiam de Manso molestaverant, non obstante quod praedictum Montaldum decanus Sancti Severini Burdegalensis ab excommunicationum sententiis quibus propter hoc fuerat auctoritate apostolica innodatus, absolverat. — (Reg. 19, f. 151 [145] v°; ann. XIII, c. 238.)

« *Eidem*. Dilecto filio R[aymundo] Bernardi, priore de Manso, accepimus conquerente [etc., ut supra, in litteris sub numero 4925 notatis, ad episcopum Portuensem, apostolicum legatum, directis, usque :] excommunicationis vinculo innodatos. Nec hiis contentus, nobili viro .. comiti Tolosano, pro eodem priore cum suis participibus auctoritate apostolica vinculo excommunicationis astricto ac excommunicato denuntiato per ipsum, proprie salutis oblitus, temere communicare presumpsit, in contemptum Ecclesie clavium ac ipsorum prioris et ecclesie grave dispendium et jacturam. Preterea dictus episcopus, infringendo libertates, et Montaldus, canonicus Agennensis, jura usurpando ecclesie nominate, ac magister Willelmus dictus Orguol, archipresbiter Cajadensis, Petragoricensis diocesis, qui, captus cupiditate dampnabili, prefato priore apud Sedem Apostolicam constituto, per eundem episcopum in dictum archidiaconatum Cairanensem se

procuravit intrudi, propter quod per conservatores a nobis eisdem ecclesie ac priori concessos, idem archipresbiter fuit excommunicatione ligatus, justitia exigente, prefatum priorem, ejusdem comitis favore suffulti, immaniter persequi non verentur. Dictus etiam canonicus [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] celebrare divina et excommunicatos ad eadem in locis interdictis admittere, ac prescripto comiti sic ligato communicare presumpsit, canonica pena castigans, amoto a prenominato archidiaconatu archipresbitero antedicto, episcopum ipsum ac eosdem archipresbiterum et canonicum, quod eidem priori [etc., ut supra, in eisdem litteris, paucissimis mutatis, usque :] ita quod ultra decimam pars [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque in finem]. Dat. Laterani, XVI kalendas martii. »

5078 Latran, 1er mars 1240.

Eidem significat Soranum episcopum, tunc in partibus illis apostolicum legatum, sententias excommunicationis in comitem Tholosanum et in Willelmum Arnaldi, senescalcum [Agennensem ejusdem comitis], nec non interdicti in terram ejusdem comitis, a decanis Sancti Andreae Burdegalensis et Sancti Severini Burdegalensis, propter spoliationem Raymundi Bernardi, prioris de Manso, auctoritate apostolica prolatas, perperam relaxavisse, eique mandat quatenus praedictos comitem et senescalcum moneat et inducat ut infra duorum mensium spatium plene de damnis et injuriis priori eidem et ecclesiae de Manso illatis satisfaciant; alioquin, cum non de jure iidem comes et senescalcus fuerint absoluti, illi et praedicti comitis terra in pristinas excommunicationis et interdicti sententias reducentur. — (Reg. 19, f. 152 [146] r°; ann. XIII, c. 239; — cf. *supra*, n. 1574, 2732 et 4926.)

« *Eidem*. Miseret nos grandium graviumque gravaminum et laborum, que dilectus filius R[aymundus Bernardi], prior de Manso, pro ecclesiastica pertulisse dinoscitur libertate, super quibus affectu sibi paterno compatimur et ipsius pressuris et doloribus ex intimo condolemus. Cum enim nobilis vir .. comes Tolosanus olim ipsum et ecclesiam suam villa de Manso, ac seculari justitia et ipsius dominii possessione vel quasi, ad eandem ecclesiam pertinentibus pleno jure, nec non et aliis bonis suis contra justitiam spoliasset, ab hominibus dicte ville juramentum fidelitatis extorquens : tandem per .. Sancti Andree et .. Sancti Severini decanos Burdegalenses fuit idem prior ad predicta omnia, cum perceptis ex eis fructibus et que percipi potuerunt, cognitis cause meritis, auctoritate nostra sententialiter restitutus, et condempnatus dictus comes ad satisfaciendum congrue de expensis, ac dampnis et injuriis per ipsum eisdem priori et ecclesie irrogatis. Et quia prefatus comes ipsorum sententie non solum parere contumaciter recusabat, verum etiam in ipsum priorem per se ac Willelmum Arnaldi senescalcum et alios satellites suos durius solito seviebat, contra juramentum suum super hoc prestitum temere veniendo, dicti judices in eos primo excommunicationis, ac demum, ejusdem comitis crescente contumacia manifesta, in terram ejus et locum ad quem deveniret, interdicti sententias, exigente justitia, protulerunt. Et licet nos, ratas sententias ipsas habentes, eas usque ad satisfactionem condignam mandaverimus inviolabiliter observari, fuerintque dicte sententie, prout exigebat protervia predicti comitis, aggravate, persistentibus comite ac senescalco jamdictis per sex annos indurato animo in eisdem, .. Soranus episcopus, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatus, sequens voluntatis impulsum, non judicium rationis, irrequisito ipso priore, dictas sententias, nulla satisfactione prestita, nullaque justitie forma servata, de facto, cum de jure non posset, perperam relaxavit, in ipsorum prioris et ecclesie grave prejudicium et pene irreparabile detrimentum. Quare nobis idem prior humiliter supplicavit ut, cum, attritus laboribus et exhaustus expensis, nec non et longa quam apud Sedem Apostolicam passus est, infirmitate confractus, ad prosecutionem negotii sufficiens non existat, et processus ipsius episcopi nullus debeat de jure censeri, cum contra juris formam non absque multa fuerit temeritate presumptus, mandaremus illum nullum penitus nuntiari. Quamvis igitur redeuntibus humiliter ad mandatum Ecclesie debeat ejus gremium aperiri, quia tamen in absolutione talium non debet jus alterius penitus absorberi —, mandamus quatenus supradictos comitem et senescalcum attentius moneas et inducas, ut infra duorum mensium spatium a monitione tua plene ac integre satisfaciant de premissis, nullam eis super hiis molestiam de cetero illaturi; alioquin, cum talis absolutio de jure non valeat, nos extunc ipsos et terram suam in pristinas excommunicationis et interdicti sententias duximus reducendos, quas, elapso hujusmodi termino, usque ad satisfactionem condignam, appellatione, contradictione et excusatione cessantibus, facias inviolabiliter observari. Non obstantibus constitutione de duabus dietis [etc., ut supra, in litteris sub numero 5076 notatis, usque in finem]. Dat. Laterani, kalendis martii, anno tertiodecimo. »

5079 Latran, 6 mars 1240.

Archiepiscopo Toletano et episcopo Palentino mandat quatenus, — cum de circumstantiis postulationis a decano et capitulo ecclesiae Burgensis factae de Oxomensi episcopo, regni Castellae et Legionis cancellario, in suum episcopum, ipse papa nondum veritatem scire potuisset, — ad eandem ecclesiam accedentes, de modo postulationis et studiis postulantium inquisita veritate, si postulationem eandem invenerint concorditer et canonice celebratam, et, consideratis necessitate et utilitate ac circumstantiis universis, viderint expedire, praefato episcopo, a cura Oxomensis ecclesiae absoluto, transeundi ad jamdictam ecclesiam Burgensem licentiam tribuant, et, recepto ab eo, Ecclesiae Romanae nomine, fidelitatis solitae juramento, juxta formam eis sub ipsius papae bulla missam, eidem a praedictae ecclesiae Burgensis subditis obedientiam et reverentiam debitam exhiberi faciant; alioquin eidem ecclesiae de persona idonea faciant provideri; formam juramenti quod ille praestiterit, de verbo ad verbum per ejus patentes litteras, ejusdem sigillo signatas, per proprium nuntium ad Sedem Apostolicam quantocius destinent. — (Reg. 19, f. 152 [146] r°; ann. XIII, c. 240.)

« .. *archiepiscopo Toletano* [*et .. episcopo Palentino*][1]. Dilectus filius R., archidiaconus Burgensis, procurator dilectorum filiorum .. decani et capituli ecclesie Burgensis, in nostra proposuit presentia constitutus quod, ecclesia ipsa vacante, ipsi convenientes in unum, de futuri substitutione pontificis tractaturi, post tractatus varios et diversos tandem venerabilem fratrem nostrum .. Oxomensem[2] episcopum, regni Castelle et Legionis cancellarium, in suum episcopum unanimiter postularunt. Quare dictus archidiaconus nobis humiliter supplicavit ut, cum eadem ecclesia, que, ob vacationem diutinam, gravem in spiritualibus et temporalibus sustinuit hactenus lesionem, grata speretur in utrisque incrementa per eum, actore Domino, susceptura, et in suis juribus et libertatibus conservanda, hujusmodi postulationem admittere de benignitate Sedis Apostolice curaremus —. Dat. Laterani, II nonas martii, anno tertiodecimo. »

5080 Latran, 28 février 1240.

Capitulo Vulterrano scribit : « Licet, vobis dilectum filium » Opizonem, archidiaconum Lucanum, in vestrum eligenti- » bus episcopum et pastorem, idem electioni de se facte » consenserit, si de nostre procederet beneplacito voluntatis, » quia tamen, consideratis utilitate Lucane ecclesie ac aliis » circumstantiis universis, electionem hujusmodi non pro- » vidimus confirmandam, mandamus quatenus provideatis » vobis in pastorem per electionem canonicam de persona » idonea. » — (Reg. 19, f. 152 [146] v°; ann. XIII, c. 241.)

« *Capitulo Vulterrano*. Licet, vobis dilectum —. Dat. Laterani, III kalendas martii, anno tertiodecimo. »

5081 [Latran, 28 février 1240[1]?]

Archiepiscopo Arelatensi, qui, « pro dissolvendis impieta- » tis colligationibus et profliganda heretica pravitate » de sua provincia, eandem provinciam debebat frequenter visitare, facultatem concedit exigendi et recipiendi semel in anno ab ejusdem provinciae monasteriis et ecclesiis moderatas procurationes pro quindecim personis et totidem evectionibus, et contradictores per censuram ecclesiasticam compescendi. — (Reg. 19, f. 152 [146] v°; ann. XIII, c. 242; — Moreau 1192, f. 427.)

« .. *archiepiscopo Arelatensi*. Cum, sicut tua —. »

5082 Latran, 6 mars 1240.

Capitulo Strigoniensi nuntiat se postulationem quam de M[atthia], episcopo Vaciensi, in Strigoniensem archiepiscopum concorditer celebraverant, duxisse admittendam, eisque illum de speciali gratia in patrem concessisse et pastorem; addit se pallium mittere per Colocensem archiepiscopum, jamdicto episcopo transferendum; hortatur denique eos ut eundem patrem et pastorem benigne recipiant atque ejusdem monita et mandata humiliter suscipiant. — (Reg. 19, f. 152 [146] v°; ann. XIII, c. 243; — Potthast 10850.)

« *Capitulo Strigoniensi*. Dilectos filios .. prepositum —. Dat. Laterani, II nonas martii, anno tertiodecimo. »

5083 Latran, 7 mars 1240.

Abbati et conventui Trium Fontium, Cisterciensis ordinis, Agriensis dioecesis, decimas quorundam praediorum, terrarum et vinearum ipsorum monasterii, existentium in dioecesi Agriensi, quae quinquagesimam partem decimarum ad Cle-

1. L'emploi constant du pluriel dans le dispositif de cette pièce : « ... accedentes ... inveneritis ... videritis ... tribuatis ... » etc., indique surabondamment que l'adresse *archiepiscopo Toletano*, donnée ici par le *Registre*, est incomplète ; l'adresse complète est fournie par la table des *capitula* de cette XIII[e] année, table qui, ici comme ailleurs, doit reproduire une rubricelle aujourd'hui disparue.

2. *Ms.* : Exonien.

1. Cf. t. III, col. 181, note 1.

tum, episcopum Agriensem, spectantium non excedebant et ab eodem episcopo pro ipsorum sustentatione concessae erant, confirmat. — (Reg. 19, f. 152 [146] v°; ann. XIII, c. 244; — Potthast 10852.)

« .. *abbati et conventui Trium Fontium, Cisterciensis ordinis, Agriensis diocesis.* Cum a nobis —. Dat. Laterani, nonis martii, anno tertiodecimo. »

5084 Latran, 7 mars 1240.

Rectori hospitalis Sancti Jacobi Agriensis notificat se confirmare statutum quo Cletus, Agriensis episcopus, praedictum hospitale, « a prima fundatione sui usibus infirmorum » et pauperum deputatum », deinde autem « in benefi- » cium secularibus clericis concessum », in statum pristinae hospitalitatis reformaverat. — (Reg. 19, f. 153 [147] r°; ann. XIII, c. 245; — Potthast 10853.)

« .. *rectori hospitalis Sancti Jacobi Agriensis.* Justis petentium etc. —. Dat. ut supra. »

5085 Latran, 6 mars 1240.

Episcopo quondam Vaciensi, in Strigoniensem archiepiscopum electo, pallium mittit, quo intra ecclesiam suam illis diebus utatur, qui in privilegiis ecclesiae Strigoniensis expresse continentur. — (Reg. 19, f. 153 [147] r°; ann. XIII, c. 246; — Potthast 10851 ; — cf. *supra*, n° 5082.)

« .. *episcopo quondam Waciensi, in archiepiscopum Strigoniensem electo.* Dilectos filios .. prepositum —. Dat. Laterani, II nonas martii, anno tertiodecimo. »

5086 Latran, 10 février 1240.

Mir., decano Nigripontensi, indulget ut una cum decanatu Nigripontensi unicum beneficium recipere et retinere possit, ita tamen quod in eodem decanatu personaliter et in alio beneficio per idoneum vicarium studeat deservire. — (Reg. 19, f. 153 [147] r°; ann. XIII, c. 247.)

« *Mir., decano Nigripontensi.* Cum sic dicaris —. Dat. Laterani, IIII idus februarii, anno tertiodecimo. »

5087 Latran, 20 janvier 1240.

Abbati et priori de Driburch (= Dryburgh), Sancti Andreae dioecesis, nec non priori de Kelkou (= Kelso), ejusdem dioecesis, mandat quatenus procedant in causa quae inter monasterium de Dundraynan, Cisterciensis ordinis, ex una parte, et Nicolaum [de Karden, *alias* de Culenes[1]], militem, ac Caeciliam, ejus uxorem, Candidae Casae dioecesis, ex altera, super quibusdam possessionibus et rebus aliis, quae dicebantur ad dotem praedictae Caeciliae spectare, vertebatur. — (Reg. 19, f. 153 [147] r°; ann. XIII, c. 248; — Potthast 10843.)

« .. *abbati de Driburc*[*h*][2], *et .. de Driburch et .. de Kelkou prioribus, Sancti Andree diocesis.* Dil[ecti] fil[ii] abbas —. Dat. Laterani, XIII kalendas februarii, anno tertiodecimo. »

5088 Latran, 13 mars 1240.

Archiepiscopo Senonensi indulget ut cum viginti clericis suae provinciae defectum natalium patientibus, quos ad dispensationis gratiam obtinendam noverit esse dignos, « exceptis » de incestu, adulterio, et sacerdotibus ac regularibus pro- » creatis », valeat dispensare quod in susceptis ordinibus ministrare et ad majores promoveri ac beneficia ecclesiastica obtinere possint. — (Reg. 19, f. 153 [147] v°; ann. XIII, c. 249; — Moreau 1192, f. 441.)

« .. *archiepiscopo Senonensi.* Petitiones tuas eo —. Dat. Laterani, III idus martii, anno tertiodecimo. »

5089 Latran, 13 mars 1240.

Priori monasterii Sanctae Mariae Deauratae Tholosanae, Cluniacensis ordinis, qui in villa Sancti Cypriani et in loco qui dicebatur Claustrum Sanctae Mariae, ac in quibusdam aliis locis in Tholosanis civitate et dioecesi constitutis, in quibus jurisdictionem habebat temporalem, non poterat sententias quas ferebat, exsecutioni mandare, — unde ipsius prioris auctoritas adeo vilescebat, quod ipsius subditi ad ipsum vel ad ipsius vicarios pro justitia recurrere dedignabantur, et aliena suffragia potius requirebant, in grave praedicti Sanctae Mariae Deauratae monasterii detrimentum, alias ipsi « rebelles et injuriosi plurimum existentes », — indulget « ut, ad exequendas predictas sententias ac subditorum ipso- » rum insolentiam reprimendam », valeat auxilium bra-

1. Nicolaus « de Karden », d'après la pièce 50 de la XV° année. — Les deux mots « de Culenes » ont été restitués par Potthast, dans l'analyse qu'il donne de la présente pièce, d'après une bulle d'Innocent IV du 30 juillet 1243 se rapportant à la même affaire (Potthast 11104; É. Berger, *Les Registres d'Innocent IV*, n° 44; Bliss, *Papal letters*, t. I, p. 199); ce même personnage est encore appelé Nicolaus « de Kerdeses » dans une autre bulle d'Innocent IV, du 17 octobre 1246 (É. Berger, n° 2152; Bliss, p. 228).

2. *Driburc* dans la rubrique; *Driburch* dans la table des *capitula*.

chii saecularis invocare. — (Reg. 19, f. 153 [147] v°; ann. XIII, c. 250.)

« .. *priori monasterii Sancte Marie Deaurate Tolosane, Cluniacensis ordinis.* Oblata nobis ex —. Dat. Laterani, III idus martii, anno tertiodecimo. »

5090 Latran, 13 mars 1240.

« In eundem fere modum .. *abbati Moysiacensi, Cluniacensis ordinis, Caturcensis diocesis,* [qui, « in villa Moysiacensi et » Villa Nova et quibusdam aliis locis in Caturcensi, Ruthe- » nensi, Tolosana, Albiensi et Claromontensi diocesibus con- » stitutis, jurisdictionem » habens temporalem, similiter sententias quas ferebat, non poterat exsecutioni mandare, idem indulget]. Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 153 [147] v°.)

5091 Latran, 14 mars 1240.

Abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae Eboracensis, ordinis sancti Benedicti, concedit facultatem ingrediendi possessionem ecclesiae Sancti Michaelis de Apelby (= Appleby), Carleolensis dioecesis, in qua jus patronatus habebant, et quam bonae memoriae Bernardus et Hugo, Carleolenses episcopi, ipsorum monasterio contulerant, in usus monachorum prioratus ipsorum de Wederhale (= Wetheral), ejusdem dioecesis, convertendam. — (Reg. 19, f. 153 [147] v°; ann. XIII, c. 251; — Potthast 10854.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancte Marie Eboracensis, ordinis sancti Benedicti.* Referentibus vobis, accepimus —. Dat. Laterani, II idus martii, anno tertiodecimo. »

FIN DE LA TREIZIÈME ANNÉE.

LITTERAE

DE EXCOMMUNICATIONE

FRIDERICI IMPERATORIS

[La présente série de pièces ne se distingue du Registre proprement dit de la XIII[e] année, par aucun signe extérieur, si ce n'est qu'elle en est séparée par un blanc, ménagé à dessein, qui occupe tout le verso du feuillet 154 [148]; elle n'avait pas été numérotée primitivement. Il y a, dans la XIII[e] année, 251 *capitula;* mais un 252[e] est annoncé; c'est sans doute pourquoi, à une époque relativement récente, on a donné à la première pièce de cette série supplémentaire, non le n° 252, qui aurait convenu, mais le n° 253. — Cette série ne porte pas de titre spécial; mais il importe de signaler, à la fin de la table qui précède les bulles de la XIII[e] année, la référence suivante, due à quelque notaire de la fin du XIII[e] ou plutôt du commencement du XIV[e] siècle (fol. 102, anc. 96) : « Vide in fine contra Fredericum imperatorem »; à cette note une main plus moderne a ajouté : « P. 149. »]

5092 Latran, 7 avril 1239.

Archiepiscopo Rothomagensi et ejus suffraganeis scribit se Fridericum, dictum imperatorem, pro excessibus suis, singillatim sub sua bulla expressis, excommunicasse, et loca ad quae venerit, interdicto subjecisse; eis mandat quatenus has sententias publicari faciant. — (Reg. 19, f. 155 [149] r°; *post* ann. XIII, c. 253 [*rectius* 252]; — Moreau 1192, f. 296; cf. *ibid.*, f. 313 et f. 304, *fragm.*, ex Raynaldo; — Rodenberg 741; — cf. Potthast 10724 et 10725.)

« .. *archiepiscopo Rothomagensi et suffraganeis ejus.* Sedes Apostolica, sicut totus fere orbis facti evidentia didicit, Fr[idericum], dictum imperatorem, ex quo ipsum ex utero matris excepit genibus, affectu materno prosequens, lactavit uberibus et humeris bajulavit, quem olim, omni pene destitutum auxilio et dubiis tantum derelictum eventibus, suo recepit patrocinio confovendum, opponens se potenter invasoribus regni sui, qui in terram ejus oculos aviditatis injecerant, cujus jam fines ingressi, eam absque ullo defensionis obstaculo usurpabant, et defendens eundem ab insidiantibus vite sue, qui, emuli salutis ipsius, conabantur animam ejus extinguere et de terra ipsius memoriam abolere. Cumque idem, protectionis ecclesiastice clipeo premunitus, persone et regni sui bone memorie G[regorio] de Gualgan[o], tituli Sancte Anastasie presbitero cardinali, a Sede Apostolica per multos annos deputato custode, majoris metas attigisset etatis, tandem ad altioris dignitatis apicem per eam extitit sublimatus. Sed diligentie studium circa personam ejus impensum, labores plurimos quos Ecclesia subiit propter eum, quoad ipsum perdidisse videtur, cum tot beneficiorum sit immemor, tante gratie sit ingratus, et utinam illius ingratitudinis non excederet terminos, per quam perceptorum bonorum existeret negatione contentus — ! Verum, quantumcumque ipsum Apostolica Sedes dilexerit

et suppreme culmine potestatis crexerit secularis, suis tamen exigentibus culpis, de quibus, quamquam pluries a nobis monitus, satisfacere non curavit, coacti fuimus, licet inviti, animadvertere in eundem —. Que autem a dicto F[riderico], pro tot bonis sibi collatis, Ecclesia retributionis premia reportarit, universitatem vestram volumus non latere, pauca de multis presenti pagina declarando. In Urbe siquidem gravem seditionem movit, exinde nos et fratres nostros totis viribus nisus excludere, ut sic Apostolice Sedis honorem deprimeret ac libertatem ipsius penitus conculcaret, contra juramenta prestita veniendo. Et venerabilem fratrem nostrum .. Penestrinum episcopum, dum ipsum ad partes Albigensium[1] disponeremus, pro corroboratione fidei catholice, destinare, per quosdam suos fideles in via impediri mandavit. Cathedrales etiam et alias vacantes ecclesias regni sui nequaquam ordinari permittit, in animarum periculum et grave detrimentum ipsarum, eas et quasdam alias nichilominus spoliando fere omnibus bonis suis, et tallias ac exactiones indebitas prelatis, religiosis et aliis clericis secularibus imponendo. Nobilibus quoque pauperibus, orphanis et viduis usque ad exinanitionem extremam deductis, eos ad modicum dura et crudelis exactorum suorum acerbitas non patitur respirare; et sic totum fere regnum, [3]quod est speciale patrimonium beati Petri, pro quo juramento fidelitatis Apostolice Sedi tenetur et ipsius ligius vassallus existit, quantum in eo est, in favillam quasi et cinerem jam redegit; quod si, postquam monitus fuerit a nobis, non duxerit corrigendum, nos super hoc, actore Domino, sicut expedire videbimus, procedemus. Insuper negotium impedit Terre Sancte nec non etiam imperii Romanie. Preterea, cum, tempore concordie inter ipsum et Ecclesiam reformate, in manibus Sedis Apostolice legatorum juraverit Ecclesie obedire preceptis, ipse mandatum receptum ab eis, quod terram Ecclesie, vel terras eorum quos tunc ad suas manus tenebat, aut ipsorum personas, nullatenus caperet, occuparet seu etiam devastaret, adimplere contempsit, terram Ecclesie occupando, videlicet, in Lombardia, Ferrariam, Bondenum, Pigonagam et Bondenum[2], terram quidem Sardinie, et Massam, Lunensis diocesis, capiendo et eiciendo illos quos ad manus suas Ecclesia reservavit, et devastando terras ipsorum, licet extunc in eum presentem ipsi legati excommunicationis sententiam tulerint, si super hiis non faceret quod mandarant. Idem etiam nepotem regis Tunisi[1], ad Romanam Ecclesiam pro percipiendo sacri baptismatis lavacro accedentem, ac dilectum filium P[etrum] Sarracenum[2], nobilem civem Romanum, ex parte karissimi in Christo filii nostri .. illustris regis Anglie ad Apostolicam Sedem missum, et filium ejus carceri detinet mancipatos. Quia vero, super hiis et quampluribus aliis excessibus pluries a nobis monitus, correctionis medelam non sentiens, cum suarum sint ulcera indurata culparum, cotidie deteriora committere non veretur, nos, hec absque Christi offensa preterire sub dissimulatione ulterius non valentes, de fratrum nostrorum consilio, ex parte Dei omnipotentis, cujus vicem in terris gerimus, licet immeriti, et auctoritate beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, ac nostra, in eum et[3] omnes illos qui in premissis vel alias contra Romanam Ecclesiam sibi prestiterint consilium, auxilium vel favorem, excommunicationis et anathematis sententiam duximus promulgandam, tradentes ipsum sathane in interitum carnis, ut spiritus ejus in die Domini salvus fiat; omnes qui ei fidelitatis juramento tenentur, decernendo ab observatione juramenti hujusmodi absolutos, et firmiter prohibendo ne sibi fidelitatem observent, donec fuerit vinculo excommunicationis astrictus. Ad hec[4], civitates, castra, villas et alia loca ad que ipse pervenerit, quamdiu ibi fuerit, ecclesiastico subicimus interdicto, ita quod publice vel secreto nullum ibi divinum officium celebretur, indulgentia vel privilegio quolibet non obstante; omnesque qui eidem presumpserint celebrare vel potius prophanare divina, pene depositionis perpetuo decernimus subjacere; universis patriarchis, archiepiscopis et episcopis, abbatibus etiam et aliis ecclesiarum prelatis districtius inhibentes, ne vocati ad eum vadant nec cum ipso morentur; alioquin debitam non effugient ultionem. Quocirca universitatem vestram monemus et hortamur at[tente], per apostolica vobis scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandantes quatenus, nullum sibi prestantes consilium, auxilium vel favorem, predictam excommunicationis et anathematis sententiam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et can-

1. *Ms.* : Albigentium.

2. Il faut entendre : « Bondenum vetus, Pigonagam et Bondenum novum; » cf. RODENBERG, p. 638, n. 1. — Ces localités sont nettement distinguées dans une bulle d'Honorius III du 18 février 1221, publiée par RODENBERG, n° 165 (p. 115, l. 25).

1. Après *Tunisi*, le manuscrit porte *detinet* exponctué.

2. Cf. *supra*, n. 3298, 3299 et 4386, et la note 1 de la col. 1039 du t. II.

3. Le membre de phrase : « et omnes illos ... auxilium vel favorem », a été ajouté dans la marge de fond.

4. La phrase : « Ad hec, civitates ... non effugient ultionem », a été ajoutée dans la marge extérieure.

delis accensis, ac generaliter[1] alia omnia que presentibus continentur, sollempniter publicare ac nuntiare curetis, et faciatis simili modo per vestras civitates et dioceses publicari et etiam nuntiari; mandatum nostrum taliter impleturi, quod de negligentia redargui aliquatenus non possitis, et nos contra vos alias procedere non cogamur. Ceterum, cum prefatus F[ridericus] de aliis magnis et gravibus sit plurimum infamatus, nos, dante Domino, super hiis, suo loco et tempore, procedemus, prout in talibus negotii natura requiret. Verum, quia terroris sonitus semper est in auribus impiorum, et etiam quando pax est, insidias suspicantur, eo quod turbata conscientia semper seva presumit, idem F[ridericus], prius quam sententia excommunicationis lata esset in ipsum, quasdam fratribus nostris decrevit litteras transmittendas, pro parte inferius annotatas, que, post eandem latam sententiam ipsis presentate, ad nostram et eorumdem notitiam pervenerunt. Unde, quia voluit Dominus occulta cordis ejus detegere, qui manifestat abscondita tenebrarum et cordium secreta revelat, ex ipsarum tenore litterarum aperte colligi[tur], quam gerat devotionem ad Romanam Ecclesiam, matrem suam, quam ad Summum Pontificem et fratres ejus ac Sedem Apostolicam reverentiam habeat, cujus, ratione regni, vassallus existit; contra nos enim et ipsos conspirasse videtur; ex quo quantum et quale crimen incurrerit, satis patet. Inter cetera vero, que sua continebat epistola, hec habebantur inserta : « Propter[2] quod non indigne dolemus, si pater apostolicus offendere tam graviter nos intendat, ut. dum in » constantem virum tam vehemens cadat injuria, etsi » patienter ferre velimus, immanitas negotii non per» mittat[3] quin ad ultiones quibus Cesares uti solent, » facti violentia nos impellat. Verumtamen, dum con» sideramus impatientiam procedentis et difficultatem » attendimus offensoris, si ex equo liceret privatas » exercere vindictas, quas[4] in hominem, per quem » scandalum venit, et in sui participes sanguinis com» pensare possemus, ut in ipsum et suos attemptata » nostre sedis injuria redundaret, tolerabilius ducere» mus. Sed, cum nec ipse nec tota propter hoc sua » passura progenies tanti forent, ut culmen imperii » zelaret ultionem ipsorum, cumque sedis auctoritas » audacie sibi frena relaxet et tot venerabilium fra» trum moles eum in concepta fovere pertinacia vi» deatur, angit nos altiori mente turbatio, quod, dum » nos intendamus a persequente defendere, oporteat » nos defendendo gravius offendere resistentes. » In premissis autem negotium Ecclesie vobis duximus attentius commendandum, ut, ipsum tanquam proprium assumentes, ad fidei catholice robur, conservationem ecclesiastice libertatis et totius populi Christiani quietem efficaciter intendatis. Dat. Laterani, VII idus aprilis, anno tertiodecimo. »

1. Le membre de phrase : « ac generaliter ... publicare », résulte d'une correction et a été écrit en surcharge.

2. La lettre de Frédéric II dont Grégoire IX reproduit ici un passage, est datée du 10 mars [1239]; c'est celle qui porte le n° 2427 dans le t. V des *Regesta Imperii* de Böhmer-Ficker.

3. *Ms. :* permittit.

4. *Ms. :* que.

5093. — In eundem modum *universis archiepiscopis et episcopis, tam exemptis quam aliis.* — (Potthast 10724.)

5094. — In eundem fere modum *regibus, ducibus, comitibus et aliis nobilibus*, usque : Quocirca nobilitatem vestram monemus et hortamur — quatenus ipsum — cures[1] in omnibus evitare, nullum sibi prestantes consilium, auxilium vel favorem, ita quod affectum quem habetis ad Ecclesiam, matrem vestram, possimus cognoscere per effectum, et nos in tuis oportunitatibus invenias favorabiles et benignos. Ceterum, cum prefatus F[ridericus] etc., usque in finem. — (Reg. 19, f. 155 [149] v°; — Moreau 1192, f. 302 v°.)

5095 Latran, 7 avril 1239.

Archiepiscopum Remensem et ejus suffraganeos monet quatenus excommunicationis et anathematis sententias in Fridericum, dictum imperatorem, promulgatas publicari faciant, et omnes crucesignatos et alios qui eidem Friderico auxilium praestiterint, excommunicent. — (Reg. 19, f. 155 [149] v°; *post* ann. XIII, c. 254 [*rectius* 253]; — Moreau 1192, f. 305; — Rodenberg 712; — cf. Potthast 10721[2].)

« .. *archiepiscopo Remensi et suffraganeis suis.* Cum nuper in — : universitatem vestram monemus [etc., ut supra, in litteris sub numero 5092 notatis, usque :] mandantes quatenus hujusmodi excommunicationis [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] candelis accensis, sollempniter publicare, ac absolutionem et inhibitionem nuntiare curetis, ea per civitates et dioceses vestras publicare similiter facientes et etiam nuntiari, ferendo excommunicationis sententiam in

1. On a déjà remarqué (Rodenberg, p. 639, n. *d*) le mélange assez étrange de singulier et de pluriel qui choque dans la présente pièce; ces anomalies ne se retrouvent plus dans la pièce 5100, dont la teneur est, pour une partie, identique à celle de notre n° 5094.

2. Lettre adressée à l'archevêque de Milan et à ses suffragants, à la date du 21 mars, et dans laquelle le texte s'arrête à : « et etiam nuntiari », pour reprendre à : « mandatum nostrum taliter. »

omnes crucesignatos et alios, qui predicto F[riderico], vel per se vel per alios, cum armis maxime, auxilium prestiterint vel favorem, Apostolice Sedis indulgentia, qua noscitur prohiberi ne quis crucesignatos eosdem excommunicare audeat, non obstante; mandatum nostrum taliter impleturi, quod ex hoc affectum quem ad Romanam Ecclesiam habere debetis, plenius cognoscamus et de negligentia redargui aliquatenus non possitis. Dat. ut supra. »

5096. — In eundem modum *aliis archiepiscopis et episcopis de regno Francie.*

5097. — In eundem modum .. *archiepiscopo Salzburgensi et quibusdam aliis*, usque : nuntiari, ferens[1] sententiam excommunicationis in omnes qui sibi, per se vel per alios, contra Christianos, maxime cum armis, auxilium prestiterint vel favorem. — (Reg. 19, f. 156 [150] r°; — Moreau 1192, f. 306.)

5098 Latran, 7 avril 1239.

« In eundem modum *episcopis Marchie*, usque : nuntiari, mandantes potestatibus, consiliariis et communitatibus civitatum, sub pena mille marcarum, ne nuntios predicti F[riderici], jam excommunicati a nobis, admittant, aut consilium convocent propter eos, nec bannum recipiant ex ipsius parte propositum vel observent, ferendo nichilominus excommunicationis sententiam in ipsos et omnes qui venire presumpserint contra ista. Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 156 [150] r°; — Moreau 1192, f. 306.)

5099 Latran, 7 avril 1239.

« In eundem modum *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, et aliis Apostolice Sedis legatis*, usque : nuntiare curetis et faciatis per omnes terras legationis vestre publicari similiter et etiam nuntiari, ferentes[2] excommunicationis sententiam in omnes qui sibi, per se [vel per alios], contra Christianos, maxime cum armis, auxilium prestiterint et favorem; mandatum nostrum taliter impleturus, quod diligentiam tuam commendare merito debeamus. Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 156 [150] r°; — Moreau 1192, f. 306 v°.)

5100 Latran, 7 avril 1239.

« In eundem fere modum *nobili viro B[alduino], heredi imperii Constantinopolitani, et aliis comitibus, baronibus et nobilibus.* » Eos monet quatenus praedictum Fridericum curent evitare, « nullum sibi prestantes consilium [etc., ut supra, in litteris sub numero 5094 notatis[1], usque :] benignos. Dat. ut supra. » — (Reg. 19, f. 156 [150] r°; — Moreau 1192, f. 307.)

1. *Sic.*, au lieu de *ferendo*, qui se lit dans les pièces 5095 et 5098.
2. *Ms.* : facientes.

5101 Latran, 22 mai 1239.

Archiepiscopo Ebredunensi et ejus suffraganeis eadem scribit de Friderico, dicto imperatore, excommunicato, et de ejus excommunicatione publicanda, quae supra archiepiscopo Rothomagensi et ejus suffraganeis, in litteris supra sub numero 5092 notatis. — (Reg. 19, f. 156 [150] r°; *post* ann. XIII, c. 255 [*rectius* 254]; — Rodenberg 747; — cf. J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 139, n° 207.)

« .. *archiepiscopo Ebredunensi et suffraganeis suis.* Sedes Apostolica, sicut totus fere orbis etc., ut in prima[2], usque in finem. Dat. Laterani, XI kalendas junii, anno tertiodecimo. »

5102. — In eundem modum .. *archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis suis.*

5103. — In eundem modum .. *Rothomagensi archiepiscopo et suffraganeis suis*[3].

5104. — In eundem modum .. *archiepiscopo Lugdunensi et suffraganeis suis.*

5105. — In eundem modum .. *archiepiscopo Eboracensi et suffraganeis ejus.*

5106. — In eundem modum .. *archiepiscopo Senonensi et suffraganeis ejus.*

5107. — In eundem modum .. *archiepiscopo Turonensi et suffraganeis ejus.*

5108. — In eundem modum .. *archiepiscopo Remensi et suffraganeis ejus.*

5109. — In eundem modum .. *archiepiscopo Burdegalensi et suffraganeis ejus.*

5110. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bituricensi et suffraganeis ejus.*

5111. — In eundem modum .. *archiepiscopo Januensi et suffraganeis ejus.*

5112. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bisuntino et suffraganeis ejus.*

1. Mais avec *curetis, vestris, inveniatis*, au lieu de *cures, tuis, invenias.*
2. Il faut entendre : « in prima epistola hujus appendicis. »
3. Cet *in eundem modum* fait double emploi avec la première pièce de cette série (n° 5092), adressée également : .. *archiepiscopo Rothomagensi et suffraganeis ejus*, mais datée du 7 avril, et non du 22 mai 1239, comme notre pièce 5101. (Cf. Rodenberg, p. 643, n. 3.)

5113. — In eundem modum *universis abbatibus et fratribus Cisterciensis ordinis.*

5114. — In eundem modum *universis abbatibus et fratribus Cluniacensis ordinis.*

5115. — In eundem modum *universis abbatibus et fratribus Premonstratensis ordinis.*

5116. — In eundem modum *universis prioribus et fratribus ordinis Predicatorum.*

5117. — In eundem modum *universis ministris et fratribus ordinis fratrum Minorum.* — (Cf. Potthast 10725[1].)

5118 Latran, 1er juillet 1239.

Archiepiscopo Remensi et ejus suffraganeis fuse scribit, respondens ad capitula et seriatim encyclicae quam Fridericus, dictus imperator, contra Sedem Apostolicam propalaverat, calumniasque quas ibidem congesserat, in adversarium retorquet; eos monet quatenus, ne praedictus Fridericus « corda fidelium fallacibus verbis subvertere vel contagione » sui possit quomodolibet gregem dominicum maculare », quae in sua bulla continentur, clero et populo sibi subditis plene ac fideliter exponant. — (Reg. 19, f. 156 [150] v°; *post* ann. XIII, c. 256 [*rectius* 255]; — cf. Moreau 1192, f. 357, *fragm.*, ex Raynaldo; — Rodenberg 750; — cf. Potthast 10766[1].)

« .. *archiepiscopo Remensi et suffraganeis ejus.* Ascendit de mari —. Dat. Laterani, kalendis julii, anno tertiodecimo. »

5119. — In eundem modum *universis archiepiscopis et episcopis.*

5120. — In eundem modum .. *illustri regi Francie* [quatenus supradicta sibi faciat diligenter exponi].

5121. — In eundem modum *universis regibus.*

1. Avec la date *VII idus aprilis* (= 7 avril), date des pièces 5092 à 5100.

1. A la date du 20 juin, et avec l'adresse : *archiepiscopo Cantuariensi et suffraganeis ejus*, d'après Matthieu de Paris, Mansi, etc. — Il ne nous a pas semblé nécessaire de reproduire ici, malgré son importance, cette très longue bulle, plusieurs fois réimprimée, en dernier lieu par M. Rodenberg, qui en donne un texte soigneusement collationné sur le *Registre*.

INCIPIT REGESTUM

DOMINI GREGORII PAPE NONI

ANNI QUARTIDECIMI

5122 Latran, 24 mars 1240.

Episcopis per marchiam Anconitanam constitutis scribit quid de vestimentis Eremitarum fratris Johannis Boni, ordinis sancti Augustini, ipse papa statuerit, eisque mandat quatenus, — cum praedicti Eremitae, et alii religiosi illis conformes habitu, in eadem marchia constituti, in fratrum Minorum infamiam formam vestium prohibitam, plane parem formae vestium fratrum eorundem, gestarent, — in eos qui praescripto Eremitarum certo habitui contraveniant, excommunicationis sententiam promulgent. — (Reg. 20, f. 1 r°; ann. XIV, c. 1; — Moreau 1193, f. 1; — Potthast 10860.)

« *Venerabilibus fratribus episcopis per Anconitanam marchiam constitutis.* Dudum [1] apparuit in partibus Lombardie religio, cujus professores, vocati Heremite fratris Johannis Boni, ordinis sancti Augustini, nunc succincti tunicas cum corrigiis, baculos gestantes in manibus, nunc vero dimissis baculis, incedebant, pecuniam pro elemosinis aliisque subsidiis deposcentes, et adeo variantes ordinis sui substantiam, ut, dilectis filiis fratribus Minoribus uniformes, in derogationem multiplicem ipsorum ordinis crederentur, eisdem propter hoc minorem apud fideles sentientibus in suis oportunitatibus caritatem. Sane, cum per venerabilem fratrem nostrum .. Ostiensem episcopum et bone memorie Th[omam], tituli Sancte Sabine presbiterum cardinalem[1], tunc in partibus illis legatione fungentes, hujusmodi presumptio ad nostram audientiam pervenisset, nos, ne idemptitas vestium in ordinibus ipsis confusionem pareret, et inde scandala graviora consurgerent, ad utrorumque quietem providimus statuendum, ut prior et universi ac singuli fratres predicti ordinis sancti Augustini in exterioribus vestimentis, que nigri vel albi debebant esse coloris, quorum altero, videlicet nigro, jam electo ab eis, ipsos volumus manere contentos, largas et protensas manicas, quasi ad instar cucullarum, et desuper ipsa ferant peramplas corrigias et patenter omnibus apparentes; ita quod omnes cincti deforis eas vestibus nequaquam contegant; et portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expresse in elemosinarum petitione, cujus sint ordinis, declarantes, adeo suarum vestium longitudinem temperent, quod a quibusque ipsorum calciamenta libere videantur; ut sic, habitus confusione semota et sublata materia scandali, a predictorum ordinum fratribus possit virtutum Domino liberius et gratius deserviri. Verum, cum quidam heremite

1. Cette pièce, première du *Registre*, commence par une belle initiale ornée, avec des dessins à la plume, non en couleur.

1. On a déjà noté plus haut (t. III, col. 158, note 1) l'expression « bonae memoriae » appliquée à Thomas de Capoue.

prefati ordinis sancti Augustini, ac alii religiosi supradictis heremitis conformes habitu, in eadem marchia constituti, formam predicte idemptitatis prohibitam gestare dicantur, in eorumdem fratrum Minorum infamiam et scandalum plurimorum, firmiter precipiendo mandamus quatenus universis et singulis dictorum[1] heremitarum ac religiosorum districtius injungatis ut, circa premissa memorate provisionis statutum inviolabiliter observantes, eum qui contraveniens monitus non resipuerit, excommunicandum ab eis, donec redeat ad mandatum, a suo consortio excludere non postponant —. Dat. Laterani, VIIII kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5123 Latran, 23 mars 1240.

Priori provinciali ordinis fratrum Praedicatorum in Hungaria mandat quatenus, per se ac per alios sui ordinis fratres, verbum crucis ex nunc usque ad triennium in Hungariae regno proponat, et vota crucesignatorum et aliorum qui bellatores vel alium congruum subsidium in Terram Sanctam transmittere promiserant, in succursum imperii Romaniae, quod Vatacius graviter persequebatur, pluribus ejusdem imperii civitatibus funditus jam destructis, commutet; eosdem et alios catholicos ut eidem succurrant imperio, moneat et inducat. — (Reg. 20, f. 1 r°; ann. XIV, c. 2; — Moreau 1193, f. 3; — Potthast 10858.)

« .. *priori provinciali ordinis fratrum Predicatorum in Ungaria.* Quia per subsidium —. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5124 Latran, 28 mars 1240.

Capitulo Telesino significat se electionem quam de R., archidiacono Telesino, in Telesinum episcopum celebraverant, — quam electionem archiepiscopus Beneventanus infirmaverat, et Salpensis episcopus, cui ipse papa causam commiserat eandem, confirmaverat, — confirmandam duxisse; unde eis mandat quatenus dictum electum devote recipiant et ejus monitis mandatisque intendant. — (Reg. 20, f. 1 v°; ann. XIV, c. 3.)

« *Capitulo Telesino.* Dudum ecclesia vestra pastoris solacio destituta, et electione de dilecto filio R., archidiacono ipsius ecclesie, in ejusdem episcopum celebrata, infirmata per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Beneventanum, metropolitanum loci : cum ad nostram fuisset audientiam appellatum, venerabilis frater noster .. Salpensis episcopus, cui hujusmodi causam commisimus, electionem eandem, cum repperisset ipsam canonicam, sententialiter confirmavit. Nobis igitur eorundem archiepiscopi et episcopi processibus presentatis, et super eis examinatione habita diligenti, quia prefatam electionem de persona idonea et canonice celebratam invenimus, cassato ipsius Beneventani processu, eam, de fratrum nostrorum consilio, duximus confirmandam —. Dat. Laterani, V kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5125. — In eundem modum *clero civitatis et diocesis Thelesin*[*e*].

5126 Latran, 29 mars 1240.

Abbati de Pelis, Cisterciensis ordinis, Vesprimiensis dioecesis, thesaurario Budensi, ejusdem dioecesis, et praeposito Vesprimiensi mandat quatenus in enormes Michaelis, praepositi Albensis, excessus inquirant : praesumpsit enim ille cancellariam regis Hungariae, ad Albensem ecclesiam pertinentem, alienare; donavit nonnullos ejusdem ecclesiae servos, irrequisitis canonicis, libertate; arctavit homines ejusdem compedibus; destruxit, associatus multitudine armatorum, villam praefatae ecclesiae, ejusdem villae virginibus violatis et in contumeliam pudoris feminei tractatis mulieribus impudenter. — (Reg. 20, f. 1 v°; ann. XIV, c. 4; — Potthast 10861.)

« .. *abbati de Pelis, Cisterciensis ordinis, .. thesaurario Budensi*[1], *Vesprimiensis diocesis, et .. preposito Vesprimiensi.* Dilecti filii canonici —. Dat. Laterani, IIII kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5127 Latran, 30 mars 1240.

Decano de Holt, Norwicensis dioecesis, mandat quatenus Petro Cinthii Guidonis, ipsius papae subdiacono et capellano, « in aliqua ecclesia regni Anglie in beneficio prebendali » quod ad minus quinquaginta marcas sterlinguorum valeat » annuatim, si vacat ad presens, vel quam primum vacare » contigerit », non obstante si pro aliis in ecclesia in qua eidem Petro ipse decanus duxerit providendum, ipse papa scripserit, vel quod alibi idem Petrus beneficiatus existat, faciat provideri. — (Reg. 20, f. 2 r°; ann. XIV, c. 5.)

« .. *decano de Holt, Norwicensis diocesis*[2]. Cum non-

1. Ce mot est ajouté, d'une écriture très fine, dans la marge extérieure.

1. *Ms. :* Bundensi.

2. Le parchemin, à l'endroit occupé par cette bulle, a été par-

nunquam ignotis —. Dat. Laterani, III kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5128 Latran, 5 avril 1240.

Episcopo Sancti Marci committit examinandam electionem celebratam a priore et conventu monasterii Sanctae Mariae de Cameliano, ordinis sancti Benedicti, Rossanae dioecesis, de C., priore monasterii Sancti Michaelis, ejusdem ordinis, Cusentinae dioecesis, in abbatem praedicti monasterii Sanctae Mariae; ei mandat quatenus, si idem monasterium Sanctae Mariae ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertineat, et si electionem illam ipse invenerit de persona idonea canonice celebratam, illam confirmet, et faciat electo obedientiam exhiberi ac benedictionem impendi; ab eodem electo recipiat fidelitatis juramentum, et formam juramenti ab illo praestiti, de verbo ad verbum per ejusdem electi patentes litteras, ejusdem sigillo signatas, ad Sedem Apostolicam destinet; alioquin, eadem electione cassata, faciat eidem monasterio Sanctae Mariae de persona idonea per electionem canonicam provideri. — (Reg. 20, f. 2 r°; ann. XIV, c. 6.)

« .. *episcopo Sancti Marci*. Dilecti filii .. prior et conventus monasterii Sancte Marie de Canelian[o], ordinis sancti Benedicti, Rossane diocesis, transmissa nobis petitione mon[strarunt] quod[1], monasterio ipso, quod ad Romanam Ecclesiam nullo, ut dicitur, pertinet mediante, abbatis regimine destituto, ipsi, prout moris est, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, C., priorem monasterii Sancti Michaelis, ejusdem ordinis, Cusentine diocesis, virum, ut asserunt, providum et honestum, in abbatem suum canonice ac concorditer elegerunt; nobis humiliter supplicantes ut, cum, propter paupertatem dicti monasterii de Cameliano, prefatus electus nequeat Apostolicam Sedem adire, pro confirmationis et benedictionis munere obtinendo, confirmari et benedici eum in illis partibus mandaremus —. Dat. Laterani, nonis aprilis, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5129 Latran, 28 mars 1240.

Episcopo Glasguensi, magistro Matthaeo de Aberden, Glasguensi archidiacono, nec non et Tevidaliae archidiacono, Glasguensis dioecesis, significat se ecclesiam de Aberlevenach, Sancti Andreae dioecesis, si tunc vacabat, duxisse magistro Johanni de civitate Antina, ipsius papae scriptori, ipsi papae et Sedi Apostolicae accepto, conferendam, eisque mandat quatenus, amoto ab illa quolibet illicito detentore, procuratorem ejusdem scriptoris in ejusdem ecclesiae corporalem possessionem inducant et defendant inductum, non obstante quod electus Sancti Andreae ad eandem ecclesiam praefatum scriptorem admittere recusaverat. — (Reg. 20, f. 2 r°; ann. XIV, c. 7.)

« .. *episcopo Glasguensi, et magistro Matheo de Aberden, Glasguensi, et .. Tevidalie, Glasguensis diocesis, archid*[*iaconis*]. Dilectus filius magister Johannes de civitate Antina, scriptor noster, exposuit coram nobis quod, cum .. abbati et conventui de Jeddewrd, ordinis sancti Augustini, Glasguensis diocesis, ut eidem providerent in ecclesiastico beneficio competenti, quod consueverit clericis secularibus assignari, et magistro Johanni Roman[o], subdecano Eboracensi, ut, si necesse foret, mandatum apostolicum exequi procuraret, contradictores etc., nostris dederimus litteris in mandatis : vacante nuper ecclesia de Aberlevenach, Sancti Andree diocesis, in qua iidem abbas et conventus jus obtinent patronatus, et dictis abbate et conventu beneplacito nostro obsequi cupientibus ac dilecto filio .. electo Sancti Andree ad eandem ecclesiam scriptorem representantibus nominatum, prefatus electus eum ad ipsam admittere contra justitiam recusavit —. Dat. Laterani, V kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5130 Latran, 29 mars 1240.

Archiepiscopo Turonensi mandat quatenus pecuniam ab abbate de Castellariis et archipresbytero Sancti Maxentii collectam ex redemptionibus votorum crucesignatorum terrae comitis Marchiae et Engolismae ac dioecesis Xanctonensis, quae comiti Britanniae vel alicui alii de mandato apostolico concessae non essent, filio Guidonis de Rupe Forti, crucesignati, fratris consobrini praedicti comitis, ad partes transmarinas profecti, vel ejusdem Guidonis procuratoribus, faciat assignari. — (Reg. 20, f. 2 v°; ann. XIV, c. 8; — Moreau 1193, f. 4.)

« .. *archiepiscopo Turonensi*. Dilectus filius nobilis vir Guido de Rupe Forti, crucesignatus, sua nobis petitione monstravit quod nos olim, faciendo sibi gratiam specialem, .. abbati de Castellariis, Cisterciensis ordinis, et .. archipresbitero Sancti Maxentii, Pictavensis diocesis, direximus scripta nostra ut, redemptiones votorum crucesignatorum terre nobilis viri .. comitis Marchie et Engolisme, cujus idem G[uido] frater consobrinus existit, ac diocesis Xanctonensis, que tamen

tout soigneusement gratté, sauf à la rubrique ; le texte qui se lit actuellement a donc été substitué à un texte antérieurement transcrit à la même place.

1. *Ms.* : quod cum.

per nos nobili viro .. comiti Brittannie vel alicui alii concesse non essent, colligi et sub eorum sigillis, nomine ipsius G[uidonis], in securo loco conservari fideliter facientes, sibi, cum ad transmarinas partes, duce Christo, perveniret cum honorabili numero bellatorum, curarent sine diminutione aliqua assignare ; contradictores etc. Sed, licet de redemptionibus supradictis septingentas et quadraginta marcas, ut asserit, collegerint, illas tamen penes se detinentes, prefato nobili assignare, cum iter proponeret transmarinum arripere, denegarunt, quanquam ab ipso super hoc fuissent pluries requisiti. Quare idem nobilis nobis humiliter supplicavit ut, cum, de hujusmodi gratia sibi facta confidens, tota terra sua nec non filio ejus pignori obligatis, se ad partes transtulerit transmarinas, nec ad ministranda sibi et centum equitibus, inter milites, armigeros et balistarios quos secum duxit, stipendia, tota per eos collecta pecunia nec proprie suppetant facultates, mandaremus pecuniam ipsam filio suo, vel Reginaldo de Perata et A. de Bosco, procuratoribus ejusdem nobilis, aut eorum alteri, assignari. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, pecuniam eandem sine diminutione qualibet dictis filio vel procuratoribus, aut alteri procuratorum ipsorum, facias assignari. Contradictores etc. Dat. Laterani, IIII kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5131 Latran, 9 avril 1240.

Abbatibus Sancti Vedasti Atrebatensis, Sancti Auberti Cameracensis et Sancti Cornelii Compendiensis mandat quatenus quosdam monasterii Corbeiensis, Ambianensis dioecesis, monachos, in diversis excessibus pestilentes, — de quibus ab eodem monasterio amovendis ipse papa eisdem abbatibus jam scripserat, et quos iidem abbates minus caute fecerant absolvi ab excommunicationis sententia quam in eos abbas Corbeiensis tulerat, et ad testimonium admiserant, — si quod de eorum perversitate proponebatur, constiterit esse verum, de praefato monasterio, juxta continentiam litterarum jam ad ipsos abbates directarum, propellant, eorum testimonio contra alios non admisso. — (Reg. 20, f. 2 v°; ann. XIV, c. 9 ; — cf. *supra*, n° 4492.)

« .. *Sancti Vedasti Atrebatensis, .. Sancti Oberti Cameracensis et .. Sancti Cornelii Compendiensis abbatibus.* Intellecto dudum de quibusdam monachis monasterii Corbeiensis, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis diocesis, ad Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis, quod ipsi, bona ejusdem monasterii nunc per violentiam nunc furtive surripere ac distrahere presumentes, in ipso continuam seminabant materiam scandalorum, et, superioris non petita vel obtenta licentia, claustrum indifferenter exibant et per seculum vagabantur, ceteros ejusdem monasterii monachos infames reddere moliendo : vobis nostris litteris dedimus in mandatis ut, personaliter accedentes ad locum, illos ex eisdem quos inveniretis ipsi monasterio pestilentes, ab eo imperpetuum amovere ac in aliis monasteriis dicti collocare ordinis curaretis, mandando eos taliter detineri, quod, sublata facultate vagandi, monasterium ipsum aut ejus possessiones offendere non valerent ; contradictores [etc., usque :] compescendo; invocato ad hoc [etc., usque :] brachii secularis. Vos quidem, sicut accepimus, dictum monasterium adeuntes, eisdem monachis ad vestram presentiam evocatis, Johannem de Chessoy, Petrum Meuret, Girardum dictum Infirmarium, Robiotum de Bova et Gamelinum de Esclemuler, ipsius monasterii monachos, in predictis ac aliis diversis excessibus pestilentes, propter quos specialiter de ipso monasterio expellendos a nobis hujusmodi emanasse littere referuntur, per dilectum filium .. abbatem ipsorum ab excommunicationis sententia quam idem in eos, ipsorum culpis exigentibus, tulerat, cum nolletis aliter in negotio ipso procedere, fecistis absolvi, eosdem, qui potius repelli debebant, cum aliis ad testimonium admittentes; propter quod status monasterii nimium dicitur perturbari, presertim cum dicti monachi, dum sibi timent culpe imminere judicium, reliquos per infamiam socios habere cupiant criminum et penarum. Verum, cum intentionis nostre fuerit ut idem monasterium, propulsis ex ipso pestilentibus, deberet consequi status gratiam salutaris, mandamus quatenus, si quod de predictorum Johannis, Petri, Gerardi, Robioti et Gamelini perversitate proponitur, veritate fulcitur, eos, ipsorum testimonio contra alios non admisso, juxta priorum litterarum continentiam, de prefato monasterio propellatis, si quos alios in eo pestilentes inveneritis, de ipso similiter nichilominus propulsuri —. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno quartodecimo. »

5132 Latran, 5 avril 1240.

Archiepiscopo Compostellano concedit supplicanti ut cum illegitimis Compostellanae provinciae clericis in frontaria Sarracenorum pro defensione fidei catholicae commorantibus, et cum triginta illegitimis Compostellanae dioecesis, quos ad dispensationem obtinendam noverit esse dignos, valeat dispensare quod in susceptis ministrare ordinibus et ad majores promoveri, ac beneficia ecclesiastica obtinere possint, « ex-

» ceptis de incestu, adulterio, et sacerdotibus ac regularibus » procreatis ». — (Reg. 20, f. 3 r°; ann. XIV, c. 10.)

« .. *archiepiscopo Compostellano.* Tuis devotis precibus —. Dat. Laterani, nonis aprilis, anno quartodecimo. »

5133 Latran, 10 avril 1240.

Archiepiscopo Beneventano, nec non priori fratrum Praedicatorum et ministro fratrum Minorum de Benevento mandat quatenus populo de Benevento licentiam concedant obligandi regalia ad Sedem Apostolicam pertinentia « usque ad » summam quingentarum unciarum auri, tam pro sustentatione .. rectoris et pauperum habilium ad pugnandum, » quam pro reparatione murorum » terrae suae. — (Reg. 20, f. 3 r°; ann. XIV, c. 11; — Moreau 1193, f. 5, ex cod. Vatic. 6531, fol. 76 v°; *ibid.*, f. 215; — Potthast 10865[1]; — Rodenberg 769.)

« .. *archiepiscopo et .. priori fratrum Predicatorum et .. ministro fratrum Minorum Beneventanis.* Ut dilecti filii —. Dat. Laterani, IIII idus aprilis, anno quartodecimo. »

5134 Latran, 10 avril 1240.

Eisdem, pro eisdem Beneventanis scribens, mandat « qua» tenus legalia et fidei commissa, si qua in Terre Sancte » subsidium sunt relicta, in usus pauperum habilium ad » pugnandum et in reparationem murorum » terrae Beneventanorum convertant. — (Reg. 20, f. 3 r°; ann. XIV, c. 12; — Potthast 10864; — Rodenberg 770.)

« *Eisdem.* Invicte fidei et —. Dat. ut supra. »

5135 Latran, 23 mars 1240.

Episcopo quondam Mutinensi, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus episcopo Prusciae, — qui, a detentione ac carcere Paganorum de Samplandia (= Samland), datis obsidibus, liberatus, ideo Paganis ipsis in octingentarum marcarum pecuniae quantitate tenebatur, nec habebat unde valeret ab hoc debito liberari, — concedat ut pecuniam quam illi qui ferrum, sal et alia necessaria in subsidium Paganorum Prusciae contra apostolicam inhibitionem detulerant, et propter hoc excommunicati fuerant, se promiserant pro illius excessus satisfactione exhibituros, usque ad quantitatem eandem possit percipere, in ejusdem episcopi et H., germani ejus, qui in praedictorum Paganorum carcere detinebatur, liberationis subsidium convertendam. — (Reg. 20, f. 3 r°; ann. XIV, c. 13; — Potthast 10859; — cf. Rodenberg, p. 719, note 1; — cf. *infra*, ann. XV, c. 83.)

« .. *episcopo quondam Mutinensi, Apostolice Sedis legato.* Venerabilis frater noster .. episcopus Pruscie nobis humiliter supplicavit quod, cum a detentione ac carcere Paganorum de Samplandia, qui captivum tenebant eundem, datis obsidibus, fuerit liberatus, et ideo Paganis ipsis in octingentarum marcarum teneatur pecunie quantitate, nec habeat unde ab hujusmodi debito valeat liberari : sibi quod pecuniam quam illi qui ferrum, sal et alia necessaria in subsidium Paganorum Pruscie contra inhibitionem nostram temere detulerunt, propter quod idem episcopus in eos auctoritate apostolica excommunicationis sententiam promulgavit, exhibituros se pro hujusmodi excessus satisfactione promittunt, usque ad quantitatem eandem de nostra possit permissione percipere, in sue et H., germani sui, qui in predictorum Paganorum carcere detinetur, liberationis subsidium convertendam, licentiam concedere curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, dicto episcopo postulata concedas, sicut videris expedire. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5136 Latran, 12 avril 1240.

Dietmaro abbati et conventui monasterii Altahensis (= Nieder-Altaich), ordinis sancti Benedicti, Pataviensis dioecesis, significat se, Ottonis, comitis palatini Rheni, ducis Bavariae, precibus inclinatum, eis indulgere ut idem abbas ejusque successores mitra et anulo uti possint. — (Reg. 20, f. 3 r°; ann. XIV, c. 14; — Potthast 10867.)

« *Dietmaro abbati et conventui monasterii Altahensis, ordinis sancti Benedicti, Pataviensis diocesis.* Cum, sicut nobili —. Dat. Laterani, II idus aprilis, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5137 Latran, 11 avril 1240.

Priori et conventui Sancti Stephani de Mauritania (= Mortagne-sur-Gironde), ordinis sancti Augustini, Xanctonensis dioecesis, exponentibus quod castrum G. de Mauritania, pro ejusdem G. excessibus, frequenter ecclesiastico interdicto supponebatur, et petentibus ne a divina laude cessare cogerentur, praesertim cum ipsorum monasterium et ipsius monasterii burgus adeo ab eodem castro essent remota, quod divina officia in eodem monasterio celebrata in praedicto castro

1. Avec l'*incipit* : « Ut dilectus filius », d'après Sbaralea.

non poterant audiri, indulget ut, dummodo ipsi causam interdicto non dederint, vel id ipsis non contigerit specialiter inhiberi, divina officia possint, exclusis excommunicatis et interdictis, publice celebrare. — (Reg. 20, f. 3 v°; ann. XIV, c. 15.)

« [..] *priori et conventui Sancti Stephani de Maurit[ania], ordinis sancti Augustini, Xa[n]ctonensis diocesis.* Ex parte vestra —. Dat. Laterani, III idus aprilis, anno quartodecimo. »

5138 Latran, 23 avril 1240.

Guillelmum, comitem palatinum [Tusciae], monet et hortatur quatenus, ad defensionem suam se accingens, in devotione Romanae Ecclesiae perseveret; eadem Ecclesia, si eam cum hostibus ad pacem redire contigerit, ipsum ipsiusque homines comitatus Ildebrandisci, ad Romanam Ecclesiam pertinentis, pacis expertes non relinquet; ipsumque, T., uxorem, et filios ejus, cum integritate praedicti comitatus Ildebrandisci, sub protectione sua suscipit. — (Reg. 20, f. 3 v°; ann. XIV, c. 16; — Rodenberg 772; — cf. *supra*, n. 2027, 2094 et 2095.)

« *Nobili viro Guillelmo, comiti palatino.* Etsi, ferventibus impiis —. Dat. Laterani, VIIII kalendas maii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5139 Latran, 11 avril 1240.

Episcopo Misnensi, nec non Majoris Ecclesiae Misnensis et Sanctae Afrae Misnensis praepositis mandat quatenus fratres hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum Hierosolymitani in Pruscia commorantes, cujus excessus recenset, moneant ut ab episcopi Prusciae, episcopaliumque ecclesiae et terrae, quas iidem, cum neophytis, omnibus mobilibus ibidem inventis spoliaverant, molestatione desistant, et eidem episcopo de irrogatis damnis et injuriis satisfaciant. — (Reg. 20, f. 3 v°; ann. XIV, c. 17; — Moreau 1193, f. 6; — Potthast 10866.)

« .. *episcopo et .. Majoris Ecclesie et .. Sancte Afre prepositis Misnen[sibus].* Venerabili fratre nostro —. Dat. Laterani, III idus aprilis, anno quartodecimo. »

5140 Latran, 23 avril 1240.

Episcopo Plovacensi, nec non abbati Sacrariensi, Plovacensis dioecesis, et abbati Paduleusi, Turritanae dioecesis, significat se sententiam qua Robertus, Sancti Eustachii diaconus cardinalis, cassaverat electionem de archipresbytero Sorrano in episcopum Sorranum, loco Sorrani episcopi, episcopatu suo, ut idem asserebat, spoliati, a capitulo Sorrano contra canonicas sanctiones praesumptam, ratam habere, eisque mandat quatenus praedictum capitulum nec non clerum Sorranae civitatis et dioecesis cogant ut jamdicto episcopo spoliato obediant et eidem archipresbytero tanquam electo non intendant; episcopum praedictum, si eum invenerint revera fuisse spoliatum, in possessionem episcopatus et bonorum ipsius episcopatus reducant, et faciant eidem de fructibus dictorum bonorum a parte praedicti archipresbyteri perceptis satisfactionem impendi, et interim de eisdem bonis expensas necessarias ministrari. — (Reg. 20, f. 4 r°; ann. XIV, c. 18.)

« .. *episcopo Plovacensi, et .. Sacrariensi et .. Padulensi abbatibus, Plovacensis et Turritane diocesum.* Cum in causa que inter venerabilem fratrem nostrum .. episcopum, ex parte una, et .. archipresbiterum et capitulum Sorran[os], ex altera, super eo quod idem episcopus episcopatu et omnibus bonis ipsius per eos se spoliatum et eundem archipresbiterum loco sui electum asserit, vertitur, dilectum filium nostrum R[obertum], Sancti Eustachii diaconum cardinalem, partibus apud Sedem Apostolicam constitutis dederimus auditorem : idem, cognitis cause ipsius meritis, electionem de dicto archipresbitero ab eodem capitulo contra canonicas sanctiones presumptam, per diffinitivam sententiam de mandato nostro cassavit —. Dat. Laterani, VIIII kalendas maii, anno quartodecimo. »

5141 Latran, 13 avril 1240.

Archiepiscopo Nicosiensi mandat quatenus ecclesias et monasteria praelatorum, abbatum, monachorum et presbyterorum Graecorum fugitivorum Nicosiensis provinciae, qui, mandatis apostolicis parere nolentes, ad partes Armeniae se transtulisse dicebantur, nec non et reliquorum abbatum, monachorum et presbyterorum Graecorum in eadem provincia remanentium, quos ipse archiepiscopus, si praedictis mandatis non obtemperaverint, de ejusdem provinciae finibus expulerit, de Latinis sacerdotibus et aliis ministris idoneis ordinet. — (Reg. 20, f. 4 r°; ann. XIV, c. 19; — Moreau 1193, f. 10, *partim* ex Raynaldo; — Potthast 10868 [1].)

« .. *archiepiscopo Nichosiensi.* Gratum gerimus et —. Ex parte siquidem tua fuit nostro apostolatui reseratum quod, cum tu quondam mandatum apostolicum recepisses, ut omnibus episcopis tibi subjectis preciperes quod ipsi in suis diocesibus nullum sacerdotem Grecum, nisi prius obedientiam Ecclesie Romane in suorum

1. Avec l'*incipit* : « Ex parte tua », d'après Raynaldi.

presentia subditorum juraret, et abjuraret omnem heresim, et maxime illam qua Latinos, pro eo quod in azimis celebrant, hereticos mentiuntur, non permitterent aliquatenus celebrare — : tu, mandati ejusdem diligens executor, .. archiepiscopum et episcopos Grecos tue provincie congregans, mandatum hujusmodi ostendisti, ac legi fecisti eis diligentius et exponi. Sed, licet illi ad sue iniquitatis presidium multas iniquitates pretenderent, et processum tuum super hoc moliti fuerint impedire, quia tamen de sua confidere non poterant vanitate, petita et obtenta jamdicti mandati nostri copia, concedendi sibi ad deliberandum indutias postularunt; quas cum tu assereres non esse in hoc articulo concedendas, eas, ad convincendum superbiam et superstitionem erroris ipsorum, ipsis postmodum concessisti. Qui infra diem prefixum eisdem, cum abbatibus, monachis et presbiteris majoribus Grecis, nudatis monasteriis et ecclesiis in quibus morabantur, omnibus bonis suis, latenter exiverunt provincie tue fines et ad partes Armenie se transtulisse dicuntur; reliquis abbatibus, monachis et presbiteris Grecis in eadem provincia remanentibus, si obtemperarent mandato apostolico, dicto Greco archiepiscopo excommunicationis sententiam comminante. Super quibus apostolicum duxisti consilium requirendum —. Mandamus quatenus Grecos qui remanserunt, si mandatis Apostolice Sedis parere contempserint, de tue provincie finibus expellere non omittas, ipsorum et predictorum fugitivorum ecclesias et monasteria de Latinis sacerdotibus et aliis ministris idoneis — ordinare procurans —. Dat. Laterani, idibus aprilis, anno quartodecimo. »

5142 Latran, 24 avril 1240.

Episcopo et archidiacono Wigorniensibus, nec non archidiacono Suburiae, Wigorniensis dioecesis, scribit de quaestionibus inter episcopum Lincolniensem, ex una parte, et decanum capitulumque Lincolnienses, ex altera, super diversis articulis exortis, et ipsis episcopo Wigorniensi et archidiaconis Wigorniensi et Suburiae, quos partes inter se judices elegerant, ut eas deciderent, ab eisdem partibus commissis; eis significat procuratores a partibus, « cum litteris continen» tibus formam conventionis » quae super hoc inter illas intervenerat, ad Sedem Apostolicam destinatos fuisse, eisque mandat « quatenus per con[tradictorium] questiones eas» dem secundum dictam formam » audiant, et, si praedictae partes consenserint, fine debito terminent; alioquin easdem quaestiones sufficienter instructas, infra biennium post ipsorum judicum citationis edictum, per procuratores idoneos ad Sedem Apostolicam remittant. — (Reg. 20, f. 4 v°; ann. XIV, c. 20.)

« .. *episcopo Wigorniensi, et .. Wigorniensi et .. Suburie, Wigorniensis diocesis, archidiaconis.* Cum inter venerabilem fratrem nostrum .. episcopum, ex parte una, et dilectos filios .. decanum et capitulum Lincolnienses, ex altera, super visitatione ipsius capituli et ecclesiarum ad dignitates ac prebendas et communiam Lincolniensis ecclesie spectantium et ministrorum earundem ecclesiarum, nec non super aliis articulis dignitatem et officium episcopale contingentibus, ac juribus, libertatibus et consuetudinibus ipsius ecclesie, sicut ipsorum insinuatione percepimus, questionum materia sit exorta : ipsi, labores et expensas, cavillationes et intricationes causarum vitare volentes, ac renuntiantes omnibus litteris super hiis a Sede Apostolica impetratis vel etiam impetrandis, salvis tamen privilegiis et indulgentiis eorumdem, vos elegerunt judices hujusmodi questionum, ut, omnibus exceptionibus dilatoriis, quibusque diffugiis et appellatione remotis, litem coram vobis facientes protinus contestari, audiretis questiones easdem, et, si de partium voluntate procederet, decidere curaretis, vel eas sufficienter instructas infra certum terminum prefigendum a nobis, ad Sedem Apostolicam mitteretis —. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno quartodecimo. »

5143 Latran, 30 mai 1240.

Electo Jadrensi significat se ei pallium, ex parte ipsius electi ab ipso papa per Grisogonum, canonicum Jadrensem, et Symeonem, presbyterum de Venetiis, ipsius electi nuntios, postulatum, destinare, quod ex manibus electi Gradensis accipiat; illo intra ecclesiam Jadrensem illis diebus utatur in ejusdem ecclesiae privilegiis expressis. — (Reg. 20, f. 4 v°; ann. XIV, c. 21; — Potthast 10888.)

« .. *electo Jadrensi.* Cum palleum, insigne —. Dat. Laterani, III kalendas junii, anno quartodecimo. »

5144 Latran, 30 mai 1240.

Electo Gradensi mandat quatenus electo Jadrensi pallium assignet, et formam juramenti quod idem Jadrensis praestiterit, de verbo ad verbum Sedi Apostolicae sub suo sigillo transmittat. — (Reg. 20, f. 5 r°; ann. XIV, c. 22; — Potthast 10889.)

« .. *electo Gradensi.* Cum palleum etc. —. Dat. ut supra. »

5145 Latran, 21 avril 1240.

Guidoni et Huguicioni, filiis et heredibus quondam Raynerii marchionis, significat se sententiam arbitrii a R[aynaldo], episcopo Ostiensi, promulgatam in causa inter praedictum Raynerium marchionem, eorum patrem, ex una parte, et communitatem hominesque castri Pregii, ex altera, exorta, super jurisdictione et juribus quae praedictus eorum pater in eodem castro se habere dicebat, confirmare; quae causa primo Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, et secundo Aegidio, Sanctorum Cosmae et Damiani diaconis cardinalibus, commissa fuerat; qua sententia idem episcopus Ostiensis ipsos Guidonem et Huguicionem in possessionem praedictorum jurisdictionis et jurium restituerat; inserto sub sua bulla praedictae sententiae tenore. — (Reg. 20, f. 5 r°; ann. XIV, c. 23; — Rodenberg 771.)

« *Nobilibus viris Guidoni et Huguicioni, filiis et heredibus quondam Rainerii marchionis.* Ea que judicio —. Dat. Laterani, XI kalendas maii, anno quartodecimo. »

[5146] 25 février 1240.

[Praedicta vero sententia Raynaldi, episcopi Ostiensis et Velletrensis, sic incipit et desinit[1] :]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
» Anno Nativitatis ejusdem M°CC°XL°, pontificatus
» domini Gregorii pape noni anno XIII°, indictione
» XIII[a], mense feb[ruario], die XXV. Suborta inter
» nobilem —. Ego Noclerius, auctoritate imperiali
» scriniarius, predictis omnibus interfui, et hanc
» sententiam de mandato venerabilis patris nostri do-
» mini R[ainaldi], Ostiensis et Velletrensis episcopi,
» scripsi et complevi rogatus. »

5147 Latran, 28 avril 1240.

Episcopo Belvacensi, significanti subjectas sibi ecclesias de mandato apostolico super provisione quampturium esse gravatas, indulget ut de cetero alicui per litteras apostolicas quae de praesenti indulgentia non fecerint mentionem, non teneatur providere. — (Reg. 20, f. 5 v°; ann. XIV, c. 24; — Moreau 1193, f. 19.)

« .. *episcopo Belvacensi.* Cum, sicut nobis —. Dat. Laterani, IIII kalendas maii, anno quartodecimo. »

1. Reg. 20, f. 5 r°.

5148 Latran, 30 avril 1240.

Archiepiscopo Pisano mandat quatenus electo Grossetano, qui, propter viarum discrimina, non poterat Sedem Apostolicam pro consecratione obtinenda adire, consecrationem impendat et faciat ab ejus subditis obedientiam exhiberi, ab eo recepturus, pro Romana Ecclesia, fidelitatis juramentum secundum formam ad ipsum archiepiscopum sub bulla apostolica transmissam ; formam juramenti quod ipse electus praestiterit, ipse archiepiscopus de verbo ad verbum per patentes litteras ejusdem electi sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius ad Sedem Apostolicam destinet. — (Reg. 20, f. 6 r°; ann. XIV, c. 25.)

« .. *archiepiscopo Pisano.* Cum dilectus filius —. Dat. Laterani, II kalendas maii, anno quartodecimo. »

5149 Latran, 2 mai 1240.

Abbati monasterii Sancti Salvatoris Reatini mandat quatenus abbati monasterii Terrae Majoris, qui, suis culpis exigentibus, excommunicatus fuerat et, ad cor rediens, se asserebat velle apostolicis praeceptis obedire, absolutionem impendat, recepto ab eo primitus juramento quod mandatis apostolicis praecise parebit; eidem injungat ut de cetero de administratione praedicti monasterii Terrae Majoris nullatenus se intromittat. — (Reg. 20, f. 6 r°; ann. XIV, c. 26.)

« .. *abbati monasterii Sancti Salvatoris Reatini.* Cum .. abbas monasterii —. Dat. Laterani, VI nonas maii, anno quartodecimo. »

5150 Latran, 27 avril 1240.

Abbati Sancti Victoris Parisiensis, nec non decano et archidiacono Parisiensibus diversa mandata dat super correctione et reformatione abbatiae Sancti Johannis Senonensis, quae correctio et reformatio nondum potuerant obtineri. — (Reg. 20, f. 6 r°; ann. XIV, c. 27; — Moreau 1193, f. 15; — cf. *supra*, n° 1041.)

« .. *abbati Sancti Victoris, .. decano et .. archidiacono Parisiensibus.* Cum, intellectis dudum variis et diversis periculis, tam in spiritualibus quam in temporalibus, ecclesie Sancti Johannis Senonensis, ordinis sancti Augustini, super quibus nisi velox apponeretur remedium, omnino deficere credebatur, nos, volentes ipsius indempnitati consulere et animarum obviare dispendiis, reformationem ejusdem .. abbati monasterii Sancti Johannis de Vineis Suessionensis et collegis

suis duxerimus committendam : jurisdictione tandem ipsorum per litteras quas super hoc venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Senonensi direximus, revocata, .. abbas ejusdem ecclesie in Egidium, Guidonem, Jacobum et Robertum, canonicos ipsius, qui pro reformatione hujusmodi insistebant, de facto, cum de jure non posset, amotionis a locis eorum et excommunicationis sententias fulminavit. Cumque postmodum, dicto abbate super observatione ipsarum a nobis in communi forma litteras impetrante, dicti canonici ad nostram presentiam accessissent, licet eis ac procuratoribus abbatis ejusdem, tunc apud Sedem Apostolicam constitutis, dilectum filium nostrum S[inibaldum], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinalem, dederimus auditorem : tamen nichilominus venerabilis frater noster .. Tusculanus episcopus, cujus ordinationi et dispositioni super hujusmodi negotio et ipsum contingentibus, prefati canonici et procuratores juramento prestito se concorditer submiserunt, omnibus litteris quas habebant, in ejusdem manibus resignatis, prefatos canonicos ab excommunicationum sententiis quas dictus abbas tulerat in eosdem, de speciali mandato nostro ad cautelam absolvit, ordinans quod digna satisfactio, si constaret ipsos juste ligatos fuisse, injungeretur eisdem; alioquin penam non deberent aliquam sustinere; statuit etiam ut de expensis quas ipsi fecerant in hujusmodi prosecutione negotii, ad arbitrium venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Rothomagensis et dilecti filii .. prioris provincialis fratrum ordinis Predicatorum in Francia, de bonis dicti monasterii provideretur eis, prout in ipsius episcopi litteris super hoc confectis dicitur plenius contineri. Demum vero, cum nos jamdictis archiepiscopo Rothomagensi et priori ac prefato abbati correctionem et reformationem ipsius ecclesie sub certa forma duxerimus committendam, eodem priore ad Sedem Apostolicam post citationem partium veniente, non fuit ulterius in negotio ipso processum. Verum, cum idem abbas, sicut accepimus, correctione indigeat, et per dictum priorem ac per eundem Rothomagensem archiepiscopum, pluribus occupationibus impeditos, negotium ipsum non possit, ut exigit ecclesie supradicte necessitas, expediri, nos, super hoc volentes de circumspectione Sedis Apostolice providere, discretioni vestre, in virtute obedientie, per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus, personaliter accedentes ad locum et de statu ipsius ecclesie de plano et sine strepitu judicii sollicite inquirentes, et habentes pre oculis solum Deum, corrigatis et reformetis ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noveritis indigere. Illos autem quos inde videritis amovendos, singillatim in aliis monasteriis sui ordinis collocantes, alios viros religiosos ejusdem ordinis, regularibus institutis instructos, qui vita prodesse valeant et exemplo, aliunde assumptos, ac alios quos idoneos noveritis, non minores viginti quinque annis, in canonicos instituatis ibidem. Preterea, cum dicti canonici non habeant proprium, expensas necessarias ab eis propter hoc factas et in posterum faciendas, ad arbitrium vestrum faciatis eisdem de bonis ipsius ecclesie ministrari; attentius provisuri ne ipsis quos per vos ad sua loca restitui volumus, dicte ecclesie conventus communio subtrahatur, et quod bona ejusdem ecclesie interim alienari nequeant vel consumi; non obstantibus aliquibus litteris super hiis impetratis a Sede Apostolica, vel etiam impetrandis, que de presentibus plenam non fecerint mentionem; ea vero que circa correctionem et reformationem ejusdem ecclesie legitime duxeritis statuenda, servari inviolabiliter facientes; contradictores etc. Ceterum, si dictus abbas eisdem canonicis exceptionem excommunicationis opponat, ne propter hoc possit impediri negotium, si eos inveneritis juste ligatos, ipsis juxta formam Ecclesie absolutionis beneficium impendatis et injungatis eisdem quod de jure fuerit injungendum; mandatum nostrum taliter impleturi, ut per effectum operis pateat quod circa zelum rectitudinis vobis sit affectio specialis. Dat. Laterani, V kalendas maii, anno quartodecimo. »

5151 Latran, 5 mai 1240.

Episcopo Belvacensi, — cum, etsi in Belvacensi ecclesia, a tempore cujus non exstabat memoria, plures praepositi exstitissent, M[ilo], Belvacensis episcopus, ejusdem episcopi praedecessor, et Belvacense capitulum sine causa rationabili statuissent ne praepositi ulterius in eadem ecclesia essent, praepositurarum redditibus inter canonicos distributis, — facultatem concedit easdem praeposituras ad statum pristinum reducendi. — (Reg. 20, f. 6 v°; ann. XIV, c. 28; — Moreau 1193, f. 24.)

« .. *episcopo Belvacensi*. Tua nobis fraternitas —. Dat. Laterani, III nonas maii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5152 Latran, 2 mai 1240.

Abbati de Nucariis et archidiacono Xanctonensi committit decidendam causam inter abbatem conventumque Lucionenses, ex una parte, et episcopum Pictavensem, loci dioecesa-

num, ex altera, super facto visitationis et inquisitionis exortam, eisque mandat quatenus negotium inquisitionis in praedicto monasterio Lucionensi faciendae, vel eidem episcopo remittant, vel ipsi assumant, et quod canonicum fuerit, statuant. — (Reg. 20, f. 6 v°; ann. XIV, c. 29; — Moreau 1193, f. 20; — Potthast 10871.)

« .. *abbati de Nucariis, Turonensis diocesis, et .. archidiacono Xanctonensi.* Exhibita nobis .. abbatis et conventus Lucionen[sium], ordinis sancti Benedicti, petitio continebat quod, licet eorum monasterium, longo tempore non elapso, non solum per venerabilem fratrem nostrum .. Pictavensem episcopum, loci diocesanum, sed etiam per visitatores generales Burdegalensis provincie fuerit visitatum, nuper tamen idem episcopus cum majori evectionum numero quam posset monasterium supportare, videlicet cum triginta equitaturis et pluribus peditibus, non contentus quod eos aliis injuriis et jacturis affecerat, personaliter ad monasterium ipsum accessit, ibidem, ut dicebat, visitationis officium impensurus; in quo non absque gravibus expensis per duos dies continue moram trahens, ad inquisitionem faciendam tam in capite quam in membris procedere voluit pro sue libito voluntatis. Cumque iidem abbas et conventus dari sibi ab episcopo ipso capitula super quibus volebat inquirere, petiissent, quamquam contra ipsos nulla infamia vel clamosa insinuatio precessisset, facultatem quoque defendendi se ipsos, presertim cum priores et quidam ejusdem monasterii monachi, quorum intererat, vocati non fuerint, qui commode poterant interesse: quia dictus episcopus hec eis contra justitiam denegabat, et in inquisitionis negotio non servata forma canonica procedebat, ex parte ipsorum ad nostram fuit audientiam appellatum. Prefatus vero episcopus, eorum appellatione contempta, de facto, cum de jure non posset, in eundem abbatem et sibi adherentes ac demum in conventum ipsum excommunicationis et suspensionis sententias dicitur promulgasse, invocato contra eos nichilominus brachio seculari; et, ut magis vexaret eosdem, diligentiam ipsorum preveniens, de appellatione et aliis supradictis plena mentione non habita, super observatione sententiarum ipsarum ad R. de Dumvill., canonicum Vindocinensem, et collegas suos nostras, ut dicitur, litteras impetravit. Quare petebant premissas sententias nullas penitus nuntiari, non obstantibus litteris supradictis aut aliis ab eodem episcopo impetratis post arreptum iter ab abbate predicto ad Sedem Apostolicam veniendi; ac revocari in irritum quicquid post hujusmodi appellationem per ipsum episcopum vel ejus auctoritate in eorum prejudicium innovatum est vel presumptum; nec non satisfieri sibi de dampnis et injuriis que hac occasione per jamdictum episcopum hactenus subierunt; et tam ipsum episcopum quam officiales suos ab eorum indebita molestatione compesci. Ex parte vero prefati episcopi fuit propositum ex adverso quod, cum idem abbas super magnis excessibus esset graviter infamatus, quodque monasterium ipsum in spiritualibus et temporalibus per ejus incuriam seu negligentiam lapsum erat, post plures monitiones super correctione ipsius eidem abbati factas tam per eundem episcopum viva voce quam per nuntios et alios fide dignos, tandem ad monasterium ipsum accessit, ibidem inquisitionis et visitationis officium impensurus; cum autem vellet in inquisitione ac visitatione procedere tam in capite quam in membris, ac peteret ab abbate et monachis ut, prestito juramento, super statu monasterii, occultis criminibus dumtaxat exceptis, meram et puram dicerent veritatem, ipsi, licet inquisitioni canonice voluntarii se offerrent, sicut idem abbas coram dilecto filio nostro S[tephano], tituli Sancte Marie Transtyberym presbitero cardinali, quem sibi et procuratori partis alterius auditorem concessimus, est confessus, tamen prestare juramentum hujusmodi noluerunt, dicentes quod non consueverant in monasterio predicto jurare, sed parati erant verbo simplici de statu monasterii dicere veritatem, ab eodem episcopo requisiti. At idem episcopus, paratus audire rationes eorum legitimas, si quas proponerent coram ipso, et alias procedere secundum quod expostulat ordo juris, ac offerens gravamina, si qua intulerat, revocare, mandavit eisdem abbati et monachis quod jurarent, cum alias super statu monasterii certiorari crederet se non posse; in ipsos, quia, pluries moniti et sollempniter requisiti, jurare minime voluerunt, propter quod per ipsum non poterat in correctione ac reformatione procedi, excommunicationis sententiam promulgando. Ipsi vero, excessum excessibus cumulantes, in ejus injuriam et ecclesiastice discipline contemptum, immiscuerunt se divinis; et idem abbas, ut dicitur, spiritum dampnabilis rebellionis assumens, excommunicavit omnes et singulos qui a divinis cessarent ac servarent episcopi sententias, sibique non adhererent, vel episcopum admitterent ad predicta. Nos igitur, facientes per dilectum filium fratrem Arnulfum, penitentiarium nostrum, absolvi sepedictum abbatem, juxta formam Ecclesie, ad cautelam, recepta prius ab eo juratoria cautione quod, si constiterit ipsas sententias rationabiliter esse latas, super hiis pro quibus late fuerunt, ipsius episcopi mandato parebit, mandamus quatenus, ab eisdem

monachis simili cautione recepta ad cautelam, prefatas sententias relaxantes, et inquisita diligentius veritate, si eas inveneritis rationabiliter promulgatas, predictos abbatem et monachos ad parendum, juxta premissam formam, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogentes, si narrationi ejusdem episcopi veritas suffragatur, ad eum inquisitionis negotium remittatis, ut ipse in hoc ex officio suo procedat prout, secundum Deum, fuerit procedendum; alioquin vos, ad idem monasterium personaliter accedentes, et habentes pre oculis solum Deum, inquiratis, tam in capite quam in membris, sollicite veritatem, et quod canonicum fuerit, appellatione postposita, statuatis, audituri si quid remanserit questionis, et quod justum fuerit, decisuri; facientes etc. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, VI nonas maii, anno quartodecimo. »

5153 Latran, 30 avril 1240.

Abbatissae et conventui monasterii Fontis Ebraudi, Pictavensis dioecesis, concessionem mille solidorum Divionensis monetae in pedagio et in vendis Castellionis super Sequanam annuatim eis persolvendorum, eis a bonae memoriae Hugone, duce Burgundiae, factam, ab Alexandro [III] papa confirmatam et a clarae memoriae Odone, duce Burgundiae, praedicti Hugonis filio, in aliis mille solidis ejusdem monetae augmentatam, confirmat. — (Reg. 20, f. 7 r°; ann. XIV, c. 30.)

« .. *abbatisse et conventui monasterii Fontis Ebraudi, Pictavensis diocesis.* Cum, sicut ex parte vestra fuit propositum coram nobis, clare memorie Hugo, dux Burgundie, mille solidos Divionensis monete in pedagio et vendis Castellionis supra Secanam, pro anime sue remedio, in perpetuum monasterio vestro concesserit, vobis certis loco et termino annis singulis persolvendos, et felicis recordationis Alex[ander] papa, predecessor noster, concessionem hujusmodi confirmarit, et clare memorie Odo, dux Burgundie, natus ejusdem Hugonis, in aliis mille solidis ejusdem monete absque alicujus prejudicio augmentarit eandem, nos concessionem ipsam cum augmento hujusmodi — confirmamus —. Dat. Laterani, II kalendas maii, anno quartodecimo. »

5154 [Latran, 30 avril 1240[1]?]

Decano et cancellario Beati Mauritii Turonensis, et archidiacono Transvigenensi, de eadem concessione scribens, mandat quatenus praedictas abbatissam et conventum Fontis Ebraudi non permittant contra tenorem confirmationis apostolicae ab aliquibus super hoc molestari. — (Reg. 20, f. 7 r°; ann. XIV, c. 31.)

« .. *decano, .. cancellario et .. archidiacono Transvigenen[si] Beati Mauricii Turonensis.* Cum, sicut dilecte —. »

1. Pièce sans date dans le *Registre*. — Cf. t. III, col. 181, note 1, et col. 196, note 1.

5155 Latran, 24 avril 1240.

Praecentori Lodovensi, nec non et Raymundo Peroneti et Willelmo de Claromonte, canonicis Lodovensibus, mandat quatenus, si balivi et consules villae Montis Pesulani qui fuerant pro tempore, eorumque fautores et consiliarii, molestatores episcopi et ecclesiae Magalonensium, eisdem episcopo et ecclesiae super injuriis eis illatis satisfactionem infra mensem impendere non curaverint, eandem villam subjiciant interdicto, et praedictos balivos aliosque in excommunicationis sententias jam in illos promulgatas reducant; praedictorum balivorum et eorum officialium successores, si similiter infra mensem non satisfecerint, eisdem sententiis nuntient subjacere. — (Reg. 20, f. 7 v°; ann. XIV, c. 32; — Moreau 1193, f. 11; — cf. *supra*, n° 4934.)

« .. *precentori, Raimundo Peroneti et Willelmo de Claromonte, canonicis Lodovensibus.* Transmissa nobis venerabilis fratris nostri .. Magalonensis episcopi petitio continebat quod, cum bone memorie H[onorius III] papa, predecessor noster, et nos etiam balivis et consulibus ville Montis Pesulan[i] qui fuerunt pro tempore, direxerimus scripta nostra, ut, ab ipsius et ecclesie sue molestationibus et injuriis super comitatu Melgorii et Montis Ferrandi, quem a Sede Apostolica sub annuo censu tenet, ac super jurisdictione temporali quam habet in villa Montis Pesulan[i], aliisque juribus suis penitus desistentes, ipsum et eandem ecclesiam cum comitatu predicto ab aliis molestatoribus, quantum in eis esset, defendere procurarent : G. Lamberti et P. Salvatoris, ejusdem ville balivi, contrarium facientes, ac officiales eorum, et nonnulli alii de villa ipsa, eorum favore suffulti, eum super premissis graviter offenderunt; capiebant namque sacerdotes ejus et clericos, ponentes[1] illos in carcere ac tormentis aliis affligentes; insuper, ipsius domum episcopi, eo ibi existente, subito cum multitudine invadentes, et fractis januis, eduxerunt, in ejus ignominiam, quosdam exinde violenter; plures etiam Judeos et Christianos de prefati dominio episcopi tenuerunt pro sua voluntate captivos;

1. *Ms.* : ponebant.

jurisdictioni spirituali ac temporali quam in eadem villa obtinet, plurimum derogando, cocgerunt homines comitatus ejusdem in sua curia respondere, et ipsius jura nequiter usurparunt, alias eum et homines suos super possessionibus et rebus aliis multipliciter molestantes. Preterea, cum idem episcopus electioni consulum ville prefate debeat ex antiqua et approbata consuetudine interesse, dicti balivi et eorum complices, eo contempto, qui commode requiri poterat, et de consuetudine antiqua et approbata debebat, et spreta inhibitione .. Sorani episcopi, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legati, qui generalem tulit in illos excommunicationis sententiam, qui prefato Magalonensi episcopo se opponerent in hac parte, ad electionem consulum processerunt, prohibentes, sub pena corporum atque rerum, ne quis eum ad electionem hujusmodi reciperet vel vocaret; et, ad cumulum injurie potioris, R. Lamberti, manifestum inimicum ipsius, vinculo excommunicationis astrictum, et quosdam alios intrudi ad consulatus officium procurarunt. Propter quod, et alia multa gravamina, in balivos et officiales ipsos, et consules sic intrusos, consiliarios et fautores eorum, nec non et in communicantes sibi, protulit excommunicationis sententiam, et villam eandem, quia ejus universitas favebat talibus, interdicto subjecit. Sed ipsi, quasi fermento heretice pravitatis infecti, claves Ecclesie dampnabiliter condempnantes, utpote qui, maledictionem bibentes ut aquam, diu in excommunicatione hujusmodi perstiterunt, corpora mortuorum in cemeteriis ecclesiasticis tumularunt, faciendo ad horas canonicas horribili temeritate pulsari campanas, in cleri opprobrium et contemptum, et scandalum aliorum. Verum, quia Soranus ipse, prius quam egrederetur legationis sue fines, interdictum et easdem sententias, juratoria tantummodo et fidejussoria cautione recepta, nulla tamen episcopo et ecclesie satisfactione pro manifestis offensis exhibita, relaxavit, quare predicti de tot excessibus gloriantur nimium et insultant, nobis fuit ex parte ipsius Magalonensis humiliter supplicatum ut super hiis apostolicum apponere remedium curaremus. Volentes igitur presumptores et contemptores eosdem tanto durius ecclesiasticam experiri censuram, quanto Magalonensem ecclesiam vexaverunt vehementius, et adhuc successores eorum affligunt, mandamus quatenus, si est ita, et plenam super premissis satisfactionem predictis episcopo et ecclesie infra mensem post monitionem vestram impendere non curarunt, memorate ville universitatem subicientes pristino interdicto, balivos, officiales et intrusos ipsos, ac alios fautores eorum et consiliarios in prefatas excommunicationis sententias reducatis; quas facientes, sicut rationabiliter sunt prolate, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, eas singulis diebus dominicis et festivis, ubi expedire videritis, sollempniter publicetis, locis ad que dicti excommunicati devenerint, quamdiu fecerint ibi moram, suppositis interdicto, et supradictis corporibus de cimiterio longe jactatis. Ceterum, quia, sicut accepimus, P. de Murles et alii qui prefatis balivis et officialibus, et qui noviter sic intrusis consulibus non solum in officio, sed etiam in malitia successerunt, satisfacere renuunt de premissis, mandamus quatenus, nisi post commonitionem vestram, ex quo in predictas sententias reduxeritis antecessores ipsorum, de hiis omnibus competenter satisfecerint infra mensem, auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, nuntietis [illos] eisdem sententiis subjacere, cum succedat in onere, qui successisse noscitur in honore. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno quartodecimo. »

5156 Latran, 10 mai 1240.

Episcopo Magalonensi concedit ut in malefactores, invasores, raptores et perturbatores bonorum comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem idem episcopus ab Ecclesia Romana sub annuo censu tenebat in feudum, nec non in fautores eorum valeat censuram ecclesiasticam exercere. — (Reg. 20, f. 8 r°; ann. XIV, c. 33; — Moreau 1193, f. 26; — cf. *supra*, n. 3162, 3980, 3985, 4001-4006, 4981, 4982, 4985 et 4987.)

« .. *episcopo Magalonensi*. Cum, sicut tua nobis fraternitas intimavit, comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem ab Ecclesia Romana sub annuo censu tenes in feudum, in medio prave ac perverse nationis existat, et ex hoc a malefactoribus jurisdictiones et jura nec non possessiones usurpentur et diripiantur ipsius, vassalli quoque ac homines ejus continuis afflictionibus et molestiis agitentur, non absque Apostolice Sedis prejudicio et injuria manifesta, nec sit aliquis qui pro comitatu ipso super hiis contra malefactores hujusmodi defensionis clipeum se opponat, et grave tibi sit nimis ac dispendiosum propter hoc semper Apostolicam Sedem adire, tum propter malitiam temporis nunc instantis, tum etiam propter alios diversos eventus : nos, indempnitati comitatus predicti volentes paterna sollicitudine precavere, presentium tibi auctoritate concedimus ut in malefactores, invasores, raptores et perturbatores bonorum ipsius, ac receptatores, fautores et coadjutores eorum, si, a te moniti, contempserunt satisfacere de dampnis et injuriis irrogatis,

libere valeas, sublato appellationis obstaculo, censuram ecclesiasticam exercere; non obstante si eorum aliquibus quod excommunicari aut interdici nequeant, a Sede Apostolica est indultum; eadem auctoritate districtius inhibentes ne quis ob hoc excommunicatos vel interdictos a te presumat absolvere, absque tua seu Apostolice Sedis licentia speciali; decernendo, si secus actum fuerit, non valere. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. Laterani, VI idus maii, anno quartodecimo. »

5157 Latran, 10 mai 1240.

Archiepiscopum Arelatensem et ejus suffraganeos de praecedenti epistola, ad episcopum Magalonensem directa, certiores facit, eisque mandat « quatenus excommunicationum vel » interdicti sententias » quas in ipsorum parochianos ob praemissa idem Magalonensis episcopus promulgaverit, ipsi « in » suis diocesibus publice denuntiari faciant et usque ad satis- » factionem condignam inviolabiliter observari, dando eidem » episcopo, in defensionem comitatus ipsius » Melgorii et Montis Ferrandi, cum ab eo requisiti fuerint, auxilium, consilium et favorem. — (Reg. 20, f. 8 r°; ann. XIV, c. 34; — Moreau 1193, f. 27.)

« .. *archiepiscopo Arelatensi et suffraganeis suis.* Cum, sicut venerabilis —. Dat. ut supra. »

5158. — In eundem modum .. *archiepiscopo Narbonensi et suffraganeis suis.*

5159 Latran, 10 mai 1240.

Praecentori Lodovensi, nec non et Raymundo Peroneti et Guillelmo de Claromonte, canonicis Lodovensibus, mandat quatenus, — cum multa de bonis comitatus Melgorii et Montis Ferrandi, quem Magalonensis episcopus ab Ecclesia Romana sub annuo censu tenebat in feudum, per defunctum R[aymundum], comitem Tholosanum, qui comitatum eundem detinebat, alienata et distracta fuissent, — alienationes et, distractiones illas ad jus et proprietatem ipsius comitatus revocent, amotis ab eisdem quibuslibet detentoribus. — (Reg. 20, f. 8 r°; ann. XIV, c. 35; — Moreau 1193, f. 14 v°.)

« .. *precentori, Raimundo Peroneti et Guillelmo de Claromonte, canonicis Lodovensibus.* Cum, sicut, venerabili —. Dat. ut supra. »

5160 Latran, 10 mai 1240.

Potestati, consilio et populo Alexandrinis, — quorum civitatem, ab Alexandro [III] papa, qui decreverat ut episcopalis sedes de civitate Aquensi ad Alexandrinam civitatem, longe majorem et populosiorem, transferretur, pontificalis titulo dignitatis decoratam, Innocentius [III] papa postea, pro eo quod ipsi, tunc temporis, inimicis Ecclesiae adhaeserant, eadem episcopali dignitate privaverat, — significat se, attendens quod in praesenti contra Fridericum, dictum imperatorem, in devotione Ecclesiae inconcussi persistebant, eis eandem dignitatem restituere. — (Reg. 20, f. 8 r°; ann. XIV, c. 36; — Moreau 1193, f. 25, *partim* ex Raynaldo; *ibid.*, f. 28, ex cod. Vatic. 7024, fol. 128; — Potthast 10875; — Rodenberg 773.)

« .. *potestati, consilio et populo Alexandrin*[*is*]. Regina mater Ecclesia —. Dat. Laterani, VI idus maii, anno quartodecimo. »

5161 Latran, 10 mai 1240.

Clero, potestati, consilio et populo Aquensibus, de eadem re scribens, nuntiat se civitati Alexandrinae dignitatem episcopalem restituisse, eisque mandat quatenus a persecutione ejusdem civitatis Alexandrinae desistant, ac Friderico, dicto imperatori, nullum de cetero contra Ecclesiam auxilium impendant; speciales nuntios, de stando mandatis apostolicis habentes mandatum, ad Sedem Apostolicam infra duos menses mittant. — (Reg. 20, f. 8 v°; ann. XIV, c. 37; — Moreau 1193, f. 30 v°, ex cod. Vatic. 7024; *ibid.*, f. 32; — Potthast 10872; — Rodenberg 774.)

« *Clero, .. potestati, consilio et populo Aquensibus.* De felicis memorie —. Dat. Laterani, VI idus maii, anno quartodecimo. »

5162 Latran, 10 mai 1240.

« In eundem fere modum .. *abbati Sancte Justine de Sezadio, Aquensis diocesis.* [Ei mandat quatenus clerum, potestatem, consilium et populum Aquenses ad id moneat et inducat; quod super hoc fecerit et invenerit, ipsi papae rescribat.] Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 8 v°; — Potthast 10873*; — Rodenberg *post* n° 774.)

5163 Burgos, 4 décembre [1239].

F[erdinandus], rex Castellae, Gregorio IX papae devotionem suam erga Sedem Apostolicam exponit, eique nuntiat se W., abbatem Sancti Facundi, ad ipsum papam destinare, ut, cum licentia ipsius, ad imperatorem Ecclesiae reconciliandum partes suas interponat. — (Reg. 20, f. 8 v°; ann. XIV,

c. 38; — MOREAU 1192, f. 404, ex RAYNALDO; — RODENBERG 760.)

« *Littere regis Castelle ad dominum papam.* Sanctissimo patri ac —. Novit ille, qui —. Dat. Burg[is], IIII die decembris. reg. exp.[1]. »

5164 Burgos, 4 décembre [1239].

Idem rex eidem Gregorio papae IX scribit se Fr[idericum], filium suum, ad imperatorem destinare, ut bona quae Beatrici, Philippi, regis Theutonicorum, filiae et ipsius Fr[iderici] matri, jure successionis competant, ab eodem imperatore recipiat; eum rogat quatenus eidem filio suo auxilium et favorem impertiatur. — (REG. 20, f. 9 r°; ann. XIV, c. 39; — MOREAU 1193, f. 213; *ibid.*, f. 158, ex RAYNALDO; — RODENBERG 761.)

« *Idem rex eidem.* A Sanctitatis Vestre —. Dat. Burg[is], IIII die decembris, reg. exp.[1]. »

5165 Burgos, 5 décembre [1239].

Berengaria, regina Castellae et Toleti, Ferdinandi regis mater, Gregorio IX papae pro « exuberantia bonitatis » erga ipsam et ipsius filium gratias agit, eique notum facit W., abbatem Sancti Facundi, ad Sedem Apostolicam accedentem, ei quaedam, quae litteris commendare noluerit, fiducialiter declaraturum esse. — (REG. 20, f. 9 r°; ann. XIV, c. 40; — MOREAU 1192, f. 406, ex RAYNALDO; *ibid.* 1193, f. 159; — RODENBERG 762.)

« *Littere regine Castelle ad dominum papam.* Sanctissimo patri ac —. Pro multiplici gratia —. Dat. Burg[is], V die decembris. »

5166 Latran, 8 juin 1240.

Priori Sancti Johannis de Platea Urbevetani mandat quatenus de operibus et miraculis fratris Ambrosii, de ordine fratrum Minorum, inquirat. — (REG. 20, f. 9 v°; ann. XIV, c. 41; — MOREAU 1193, f. 53; — cf. POTTHAST 10891[2].)

« .. *priori Sancti Johannis de Platea Urbevetan[i]. ordinis sancti Augustini.* Dei sapientia, qui —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno quartodecimo. »

1. Sur cette formule et son interprétation probable, voir RODENBERG, n° 760, p. 661, note b.

2. Avec l'adresse : « *Urbevetano et Suanensi episcopis et priori S. Johannis de Platea Urbevetano, ordinis sancti Augustini* », d'après WADDING, *Annales Minorum*, II, 415, et SBARALEA, *Bullar. Franciscan.*, I, 280, n° 313. — Il est à noter que, dans le *Registre*, la rubrique, ainsi que le jour et le mois de la date, sont le résultat d'une correction. Que cette lettre ait été primitivement adressée à deux personnes au moins, et non à une seule, cela ne peut faire de doute; on y lit, en effet, laissées là par mégarde, les expressions : *discretioni vestre ... vobis ... inquirentes ... faciatis.* — L'adresse donnée par la table des *capitula* est identique à celle qu'on trouve dans le corps même du *Registre*.

5167 [Latran, 8 juin 1240[1]?]

[Eidem[2]] notum facit quomodo et quibus de rebus debeant interrogari et examinari testes de vita fratris Ambrosii. — (REG. 20, f. 9 v°; ann. XIV, c. 42; — MOREAU 1193, f. 203, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10891*.)

« *Super interrogatione et examinatione testium de vita fratris Ambrosii.* Testes legitimos quos —. »

5168 Latran, 14 mai 1240.

Archiepiscopo Cantuariensi concedit ut, — licet jam suo jure ordinare valeret Cantuariensis provinciae ecclesias quae tanto tempore vacaverint, quod earum provisio ad ipsum archiepiscopum devoluta esset, — « si aliqua ecclesiarum » cathedralium seu regularium » ipsi archiepiscopo « nullo » medio subjectarum, cessante impedimento legitimo, ultra » tempus statutum a canone » vacaverit, cujus provisio ad Sedem Apostolicam non sit devoluta, eam de persona idonea ordinare possit. — (REG. 20, f. 9 v°; ann. XIV, c. 43.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Et tua supplex —. Dat. Laterani, II idus maii, anno quartodecimo. »

5169 Latran, 13 mai 1240.

Eidem indulget ut per litteras apostolicas quae de praesentibus plenam non fecerint mentionem, ultra duas dietas ab ecclesia Cantuariensi in causam trahi non possit; praesentibus post quinquennium minime valituris. — (REG. 20, f. 9 v°; ann. XIV, c. 44.)

« *Eidem.* Tue quieti ac —. Dat. Laterani, III idus maii, anno quartodecimo. »

1. Nous supposons que cette pièce, non datée dans le *Registre*, est du même jour que la bulle qui précède immédiatement.

2. De même que la bulle qui précède, cette formule, comme cela ressort du texte, était adressée primitivement non à une seule personne, mais à deux au moins; il faudrait donc, logiquement, imprimer ici *eisdem*, si l'on ne savait que l'adresse de la pièce précédente (n° 5166) a été refaite après coup, de telle sorte que cette première pièce et, conséquemment, la formule qui la suit (n° 5167) n'ont plus qu'un destinataire unique.

5170 Latran, 17 mai 1240.

Consulibus et communi de Barga, fidelibus suis, scribit se, propter ipsorum fidem et constantiam, nec non propter diversa pericula quae pro devotione Romanae Ecclesiae pertulerant, eorum ecclesiam, in honore beati Petri apostoli consecratam, constituere baptismalem, et statuere ut, ipsorum terra in devotione Romanae Ecclesiae existente, perpetuis temporibus baptisma in eadem ecclesia celebretur. — (Reg. 20, f. 10 r°; ann. XIV, c. 45.)

« *Consulibus et communi de Barga, fidelibus nostris.* Decet Romanam Ecclesiam —. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, anno quartodecimo. »

5171 Latran, 10 mai 1240.

Lincolniensi et Norwicensi episcopis significat se archiepiscopo Cantuariensi concessisse ut in aliqua ecclesiarum Cantuariensis dioecesis ad ipsum archiepiscopum pleno jure spectantium, collegium canonicorum saecularium instituere posset, eisque mandat quatenus eundem archiepiscopum super illa indulgentia non permittant molestari. — (Reg. 20, f. 10 r°; ann. XIV, c. 46; — cf. *supra*, n. 1345, 4757, 4872 et 4951.)

« .. *Lincolniensi et .. Norwicensi episcopis.* Inducti meritis venerabilis —. Dat. Laterani, VI idus maii, anno quartodecimo. »

5172 Latran, 21 février [1240-1241].

Thomae, archidiacono Mediae, Nannetensis dioecesis, Willelmo de Malo Monte, archidiacono de Combralia, Lemovicensis dioecesis, et magistro Gaufrido Bovis, canonico Dauratensi, ejusdem Lemovicensis dioecesis, committit examinandam et terminandam causam exortam inter decanum capitulumque Xanctonenses, ex una parte, qui « quoddam » beneficium, existens in quibusdam proventibus quos sine » juris injuria laico contulisse potuerant », Stephano Gervasii, subdiacono Xanctonensi, contulerant, et eundem Stephanum Gervasii, ex altera parte, qui falso asserebat beneficium « illud esse prebendam que dari consueverat canonico » residenti, ex cujus collatione credebat sibi jus canonicale » deberi »; qui Stephanus, eisdem decano et capitulo a papa petentibus se ad ipsius receptionem non teneri, proposuerat ex adverso « quod, cum in Xanctonensi ecclesia quan» dam prebendam sine canonicatu fuisset adeptus, ratione » cujus » tenebatur « ad talia que per laicum expediri non pos» sunt, et ideo » dictum beneficium « laico assignari sine juris » injuria non valeret », primo ad episcopum, decanum et capitulum Xanctonenses, et demum executorias ad priorem de Aulavilla ejusque collegas litteras ab ipso papa impetraverat, « ne ipse, qui diu in ecclesia predicta » Xanctonensi « servie» rat, prebendam sine canonicatu obtineret in illa », et denique, cum non potuisset, elapso jam anno et amplius, in eadem « Xanctonensi ecclesia canonicatum aliquem adipisci, licet ad » hoc obtulerit se facultas », supplicaverat in irritum revocari quidquid post appellationem ab ipso ad Sedem Apostolicam interjectam, fuerat in ipsius praejudicium praesumptum, et se ipsum a praedictis episcopo, decano et capitulo Xanctonensibus in canonicum recipi. — (Reg. 20, f. 10 r°; ann. XIV, c. 47.)

« *Thome, Medie, et Willelmo de Malo Monte, de Combralia archidiaconis, et magistro Gaufrido Bovis, canonico Dauratensi, Nannetensis et Lemovicensis diocesum.* Dilecti filii .. decanus —. Dat. Laterani, VIIII kalendas martii, anno quartodecimo[1]. »

5173 Latran, 18 mai 1240.

Archiepiscopo Cantuariensi petenti concedit ut cum quinque ex suis clericis dispensare valeat ut ipsorum quilibet, praeter obtentum beneficium, curam animarum habens annexam, unicum aliud cum cura simili recipere possit et cum priori retinere. — (Reg. 20, f. 10 v°; ann. XIV, c. 48.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Procedit ex devotionis —. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno quartodecimo. »

5174 Latran, 11 mai 1240.

Ministerialibus, vassallis et hominibus monasterii Sancti Galli mandat quatenus castra, villas et alia bona ejusdem monasterii quae teneant, « quousque orta in illo questio so» piatur et eidem fuerit de abbate provisum, ad opus ejusdem » monasterii custodire fideliter » studeant. — (Reg. 20, f. 10 v°; ann. XIV, c. 49; — J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 140, n° 209.)

« *Nobilibus viris universis ministerialibus, vassallis et hominibus monasterii Sancti Galli.* Cum ecclesiarum omnium —. Dat. Laterani, V idus maii, anno quartodecimo. »

5175 Latran, 17 mai 1240.

Archiepiscopo Bremensi et episcopo Verdensi mandat qua-

1. *Ms.* : anno XIIII°. — Selon toute probabilité, il faut, dans la date de cette pièce, comme dans la date de la pièce 56 de cette même année (n° 5182), lire *tertiodecimo* au lieu de *quartodecimo*. — Il est à noter qu'on ne remarque ici aucune trace de correction.

tenus, si postulationem de praeposito Zverinensi per decanum et capitulum Zverinensis ecclesiae in episcopum suum praesentatam, canonice et de persona idonea celebratam invenerint, illum, licet, genitus ex milite soluto et soluta, defectum in natalibus patiatur, eidem ecclesiae in episcopum et pastorem praeficiant. — (Reg. 20, f. 10 v°; ann. XIV, c. 50; — Potthast 10885[1].)

« .. *archiepiscopo Bremensi et .. episcopo Verdensi.* Ex parte dilectorum —. Dat. Laterani, XVI kalendas junii, anno quartodecimo. »

5176 Latran, 9 mai 1240.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus magistrum et fratres ordinis de Sempingham (= Sempringham), Lincolniensis dioecesis, compellat ut, — nisi ab ipsis aliquid rationabile objectum fuerit, quare id fieri non debeat vel non possit, — Lincolniensi episcopo tanquam dioecesano suo obediant. — (Reg. 20, f. 10 v° ; ann. XIV, c. 51.)

« *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* Ex conquestione venerabilis —. Dat. Laterani, VII idus maii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5177 Latran, 18 mai 1240.

Jacobum Senebaldi, fidelem suum, — eadem ei scribens, paucis mutatis[2], quae supra, in litteris sub numero 5138 notatis, Guillelmo, comiti palatino [Tusciae], — monet et hortatur quatenus, ad defensionem suam, id est ipsius Jacobi, magnanimiter se accingens, in fide ac devotione Romanae Ecclesiae perseveret; eum ejusque uxorem, in fidelitate ac devotione Sedis Apostolicae persistentes, cum eorum bonis sub beati Petri et sua protectione suscipit, et addit : « Si » eandem Romanam Ecclesiam cum hostibus suis ad pacem » redire contigerit, te pacis expertem nullatenus relinque- » mus. » — (Reg. 20, f. 11 r°; ann. XIV, c. 52.)

« *Nobili viro Jacobo Senebaldi, fideli nostro.* Etsi ferventibus impiis —. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno quartodecimo. »

1. Avec la date *XIII kalendas junii* (= 20 mai).

2. La principale différence est la suivante. Dans la première bulle (n° 5138), nous lisons (cf. Rodenberg 772) : « securus pro certo quod non deerit tibi, si opus fuerit, ipsius Ecclesie auxilium oportunum » ; et dans celle-ci : « securus pro certo quod, quantum cum Deo poterimus, tuis profectibus intendemus. »

5178 Latran, 21 mai 1240.

Azoni dicto Vicecomiti (= Visconti) et Basago, canonicis Mediolanensibus, mandat quatenus capitulum Pergamensis ecclesiae et Ubertinum de Curte Nova, Pergamensem canonicum, — qui Ubertinus electioni ab eodem capitulo celebratae de Henrico de Sesso (= Sessa), archidiacono Pergamensi, in suum episcopum, se opposuerat. — coram ipso papa citent, ut quaestio praedictae electionis decidetur. — (Reg. 20, f. 11 r°; ann. XIV, c. 53.)

« *Azoni dicto Vicecomiti et Basago, canonicis Mediolan[ensibus].* Sua nobis dilecti filii capitulum Pergamensis ecclesie petitione monstrarunt quod, bone memorie .. episcopo Pergamensi viam universe carnis ingresso, vocatis qui commode vocari poterant et de jure debebant, Spiritus Sancti gratia invocata, Henricum de Sesso, archidiaconum ipsius ecclesie, canonice ac concorditer in suum episcopum elegerunt. Sed, quia electionem ejusdem venerabilis frater noster .. Mediolanensis archiepiscopus, loci metropolitanus, presentatam ab eis, opponente se Ubertino de Curte Nova[1], Pergamensi canonico, confirmare, ac ipsis, volentibus coram eo super hiis de jure suo docere, locum tutum contra justitiam concedere denegabat, humiliter requisitus, ex parte dicti capituli ad nostram fuit audientiam appellatum. Ne igitur prefata ecclesia propter diutinam vacationem detrimentum incurrat, mandamus quatenus predictos capitulum et canonicum, quod infra mensem post monitionem vestram, per procuratores idoneos nostro se conspectui representent, facturi et recepturi super premissis quod ordo dictaverit rationis, peremptorie citare curetis. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, XII kalendas junii, anno quartodecimo. »

5179 Latran, 14 mai 1240.

Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus aliisque praelatis et clero patriarchatus Hierosolymitani significat se episcopum Nannetensem ecclesiae Hierosolymitanae providisse in pastorem, eisque mandat quatenus ejusdem patriarchae monitis et mandatis intendant. — (Reg. 20, f. 11 r° ; ann. XIV, c. 54; — Moreau 1193, f. 35; *ibid.*, f. 31, *fragm.*, ex Raynaldo ; — Potthast 10878[2].)

« *Archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis, nec non clero per patriarcha[tum]*

1. *Ms.* : Curtisnova.

2. Avec l'*incipit* : « Vacante dudum Hierosolymitana », d'après Raynaldi, *Annales*, 1240, § 47.

Jerosolimitanum constitutis. Debitum officii nostri —. Sane, vacante dudum Jerosolimitana ecclesia, dilecti filii capitulum ipsius ecclesie bone memorie .. Tusculanum episcopum ad ipsius regimen postularunt: sed. cum episcopi ejusdem presentia non solum Romane. sed etiam Ecclesie generali apud Sedem Apostolicam utilis haberetur, eum ipsorum postulationi merito non duximus concedendum. Cumque, processu temporis. ad nos fuisset prefate Jerosolimitane ecclesie provisio devoluta, volentes sibi, ne diutine vacationis deprimeretur dispendiis, per substitutionem pontificis subvenire, venerabilem fratrem nostrum .. patriarcham Jerosolimitanum, tunc episcopum Nannetensem, virum litteratum, probate vite et conversationis honeste, cujus sollicitudo diligens, ecclesiis cathedralibus jam impensa duabus, spem firmam exhibet quod circa tertiam digniorem, ad cujus regimen priores ascensum sibi sue probitatis experimento pararunt, curam, dante Domino, vigilem et debitam adhibebit, eidem providimus in pastorem. Quocirca universitati vestre mandamus quatenus, patriarcham ipsum tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum suscipientes devote, ipsius monitis et mandatis salubribus intendatis: alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Laterani, II idus maii, anno quartodecimo. »

5180. — In eundem modum *capitulo Jerosolimitano.*

5181 Latran, 21 mai 1240.

Abbatissae et conventui monasterii Sancti Pontiani Spoletani, ordinis sancti Benedicti. — quas nonnulli clerici tam per apostolicas litteras, per falsam suggestionem obtentas, quam per litteras legatorum seu officialium Sedis Apostolicae, super provisione sua, id est ipsorum clericorum, in earum monasterio ejusque obedientiis saepe molestabant, et quibus grave erat, « tum propter fragilitatem sexus, tum » propter temporalium rerum inopiam, pro hujusmodi mo- » lestiis Apostolicam Sedem adire ». — indulget ut non teneantur « aliquibus clericis secularibus per hujusmodi litte- » ras, que plenam de indulgentia presenti mentionem non » fecerint, providere ». — (Reg. 20, f. 11 r°; ann. XIV, c. 55.)

« .. *abbatisse et conventui monasterii Sancti Pontiani Spoletani, ordinis sancti Benedicti.* Ex parte vestra —. Dat. Laterani, XII kalendas junii, anno quartodecimo. »

5182 Latran, 15 février [1240-1241].

Abbati Sancti Augustini Cantuariensis, et archidiaconis de Wiltysir. (= Wiltshire) et de Berkisir. (= Berkshire), Saresberiensis dioecesis, mandat quatenus in causa exorta inter Cantuariensem archiepiscopum, ex una parte, et Hugonem de Albaniaco (= Albiniaco, = Albini), comitem de Arundella, Cicestrensis dioecesis, ex altera, super facto sententiarum excommunicationis in eundem comitem et interdicti in castrum et villam ejus de Arundella, ab eodem archiepiscopo propria auctoritate, ut asserebat idem comes, latarum, procedant; alioquin eandem causam ad priores judices, id est ad priorem de Dunestaple (= Dunstable) ejusque collegas, remittant. — (Reg. 20, f. 11 v°; ann. XIV, c. 56.)

« .. *abbati Sancti Augustini Cantuariensis, .. de Wiltysir. et .. de Berkisir. archidiaconis, Saresberiensis dioecesis.* Sua nobis venerabilis frater noster .. Cantuariensis archiepiscopus petitione monstravit quod, cum nobilis vir Hugo de Albaniaco[1], comes de Arundell[a], Cicestrensis diocesis, asserens quod idem in eum excommunicationis et in castrum et villam ejus de Arundell[a] interdicti[2] sententias de facto auctoritate propria promulgarat, super hoc contra ipsum ad .. abbatem Sancti Eadmundi ejusque collegas quasdam a nobis litteras impetrasset : idem archiepiscopus, ex sufficienti gravamine vocem ad nos appellationis emittens, super appellatione sua .. abbati de Evesham et conjudicibus ejus a nobis obtinuit litteras destinari; qui .. decano de Abendon. et collegis ipsius vices suas, reservata sibi diffinitiva sententia, commiserunt. Sed idem comes — nostras super hoc ad .. priorem de Dunestaple et suos conjudices litteras impetravit. A quibus procurator dicti archiepiscopi — ad nostram duxit audientiam appellandum. Quocirca mandamus quatenus — in causa ipsa juxta continentiam litterarum ad dictos priorem de Dunestaple et ejus conjudices directarum — procedatis; alioquin partes ad eorumdem remit[tatis] examen]: impe[trantem] etc. —. Dat. Laterani, XV kalendas martii, anno tertiodecimo[3]. »

1. *Sic*, pour *Albiniaco*. — Il s'agit ici de Hugues d'Albini, cinquième comte d'Arundel, mort le 7 mai 1243, plusieurs fois mentionné, notamment, dans les *Chronica majora* de Matthieu de Paris. C'est évidemment ce même personnage, qui est désigné plus loin, dans la *Prima* et dans la *Secunda convocatio concilii*, par les mots : « Nobili viro Hugoni de Albenniaco. »

2. Le membre de phrase : « interdicti ... promulgarat », est le résultat d'une correction ; c'est là, d'ailleurs, la seule retouche que l'on remarque dans cette pièce.

3. *Sic.* — Si, dans le *capitulum* 47 qui précède (n° 5172), il faut, comme cela est vraisemblable, lire, à la date, *anno XIII°* au lieu de *anno XIIII°*, et que, d'autre part, il n'y ait pas d'erreur dans la

5183 Latran, 19 mai 1240.

Fratri Paschali, eleemosynario suo, scribit : « Domum » juxta fulloniam[1] sub sacro palatio nostro Lateranensi posi- » tam, quam quondam Landulfus et Gualterus speciarii te- » nuerunt, tibi et per te ipsi elemosine [nostre] duximus » perpetuo concedendam, districtius sub interminatione » anathematis inhibentes ne quis eam vendere vel alias » alienare presumat. » — (Reg. 20, f. 11 v°; ann. XIV, c. 57; — Moreau 1193, f. 39; — Potthast 10883.)

« *Fratri Paschali, elemosinario nostro.* Eo libentius elemosine —. Dat. Laterani, XIIII kalendas junii, anno quartodecimo. »

5184 Latran, 19 mai 1240.

Eidem scribit : « Loca illa que mercerii et aurifices in sa- » cro palatio nostro Lateranensi superius et inferius a te no- » mine dicte elemosine [nostre] tenent, tibi et per te ipsi » elemosine perpetuo confirmamus, sub interminatione [etc., » ut in precedentibus litteris, sub numero 5183 notatis, pau- » cissimis mutatis, usque in finem]. » — (Reg. 20, f. 11 v°; ann. XIV, c. 58; — Moreau 1193, f. 40; — Potthast 10884.)

« *Eidem.* Eo libentius etc. —. Dat. ut supra. »

5185 Latran, 21 mai 1240.

Electo Ferrariensi mandat quatenus quandam partem proventuum ecclesiae Sanctae Mariae de Nova Massa Fiscaria, quam ecclesiam ipse papa in minori officio constitutus fundari fecerat, faciat Cerviensi episcopo assignari. — (Reg. 20, f. 11 v°; ann. XIV, c. 59; — cf. *supra*, n. 1351-1357.)

« .. *electo Ferrariensi.* Olim inter Romanam Ecclesiam et bone memorie .. Cerviensem episcopum, nomine Cerviensis ecclesie, super ecclesia Sancte Marie de Nova Massa Fiscaria, quam, tempore minoris officii, Apostolice Sedis auctoritate fundari fecimus, questione suborta, pro Romana Ecclesia contra illum sententia lata fuit, que, nullius appellationis suspensa remedio, in rem transiit judicatam. Tandem vero dicto episcopo, ad preces ipsius, quartam partem decimationum et tertiam mortuariorum in eadem ecclesia usque ad nostrum beneplacitum duximus concedendam. Sane, quia experte fidei puritas et sincere devotionis obsequia, [et] dampna gravia que pro nostro et Apostolice Sedis honore [et pro] defensione pariter libertatis ecclesiastice, dictus episcopus dinoscitur incurrisse, apud nos pro ipso multipliciter intercedunt : nos — mandamus quatenus, de proventibus prefate ecclesie sacerdoti et clericis ipsius, unde sustentari comode valeant, assignata congrua portione, alia vero parte pro restaurandis sartis tectis illius sub fideli custodia reservata, residuum proventuum predictorum memorato episcopo facias, auctoritate nostra, sine diminutione qualibet assignari —. Dat. Laterani, XII kalendas junii, anno quartodecimo. »

transcription de la date de celui-ci, nous aurions là deux pièces de la XIII[e] année égarées dans le Registre de la XIV[e]; ces exemples ne seraient pas les seuls, comme on le verra plus loin (cf. n° 5232).

1. *Falloniam*, dans Sbaralea, *Bullar. franciscan.*, t. I, p. 279, n° 311.

5186 Latran, 18 mai 1240.

Petro de Collemedio, archiepiscopo Rothomagensi, indulget ut cum viginti clericis suae provinciae defectum natalium patientibus, quos dispensationis gratia noverit esse dignos, possit dispensare « quod in susceptis ministrare ordinibus et » ad majores promoveri ac beneficia ecclesiastica obtinere » valeant, exceptis de incestu, adulterio, et sacerdotibus ac » regularibus procreatis ». — (Reg. 20, f. 11 v°; ann. XIV, c. 60; — Moreau 1193, f. 38; — cf. *supra*, n° 5088.)

« *P[etro de Collemedio], archiepiscopo Rothomagensi.* Petitiones tuas eo —. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno quartodecimo. »

5187 Latran, 14 mai 1240.

Eidem, devotionis ergo quam assidue ad Romanam Ecclesiam gerit, indulget ut nullus praeter apostolicum legatum in eum « excommunicationis sententiam promulgare valeat sine » mandato Sedis Apostolice speciali plenam faciente de hac » indulgentia mentionem ». — (Reg. 20, f. 12 r°; ann. XIV, c. 61; — Moreau 1193, f. 43.)

« *P[etro de Collemedio], archiepiscopo Rothomagensi.* Attendentes sincere devotionis —. Dat. Laterani, II idus maii, anno quartodecimo. »

5188 Latran, 14 mai 1240.

Abbati et conventui Sancti Petri Carnotensis, in quorum monasterio quinque personis de mandato ipsius papae fuerat provisum, et qui pro ejusdem monasterii libertate tuenda plurimos labores et expensas subierant, concedit ut per apostolicas vel legatorum Sedis Apostolicae litteras quae de prae-

senti indulgentia non fecerint mentionem, nulli teneantur providere. — (Reg. 20, f. 12 r°; ann. XIV, c. 62.)

« .. *abbati et conventui Sancti Petri Carnotensis.* Intellecto quod quinque —. Dat. Laterani, II idus maii, anno quartodecimo. »

5189 Latran, 29 mai 1240.

Palentino episcopo significat se postulationem de Oxomensi episcopo a decano et capitulo Burgensis ecclesiae in Burgensem episcopum celebratam, fecisse examinari, et ejusdem postulationis processui non duxisse « plurimum innitendum », sed postea, consideratis necessitate et utilitate praedictae Burgensis ecclesiae, eundem Oxomensem episcopum, a cura Oxomensis ecclesiae absolutum, eidem Burgensi ecclesiae in episcopum praefecisse; unde ei mandat quatenus a dicto episcopo recipiat, Ecclesiae Romanae nomine, fidelitatis solitae juramentum, secundum formam ipsi Palentino sub bulla transmissam; formam autem juramenti quod idem Burgensis episcopus praestiterit, ipse Palentinus de verbo ad verbum per ejusdem Burgensis litteras, ejusdem sigillo signatas, per proprium nuntium quantocius ad Sedem Apostolicam destinet. — (Reg. 20, f. 12 r°; ann. XIV, c. 63; — cf. *supra*, n° 5079.)

« .. *Palentino episcopo.* Postulationem de venerabili —. Dat. Laterani, IIII kalendas junii, anno quartodecimo. »

5190 Latran, 26 mai 1240.

Episcopo Oxomensi, cancellario regni Castellae et Legionis, de eadem re scribens, significat se postulationem de ipso episcopo a decano et capitulo Burgensis ecclesiae in Burgensem episcopum celebratam, fecisse examinari, et ejusdem postulationis processui non duxisse plurimum innitendum, sed postea, consideratis necessitate et utilitate praedictae Burgensis ecclesiae et aliis circumstantiis, ipsum, a cura Oxomensis ecclesiae absolutum, eidem Burgensi ecclesiae in episcopum praefecisse; unde eum monet et hortatur quatenus impositum sibi onus suscipiat, ad praefatam Burgensem ecclesiam accedat ejusque curam fideliter et prudenter agat. — (Reg. 20, f. 12 r°; ann. XIV, c. 64.)

« .. *episcopo Oxomensi, cancellario regni Castelle et Legionis.* Ecclesia Burgensi pastoris solacio destituta, dilecti filii .. decanus et capitulum ipsius ecclesie, convenientes in unum, de futuri substitutione pontificis tractaturi, tandem, post tractatus varios et diversos, sex de collegio potestatem providendi eidem ecclesie de persona idonea contulerunt, promittentes illum recipere, quem omnes vel major pars eorum eligerent vel eis concederent in pastorem, usque ad pulsationem hore none diei sequentis potestate hujusmodi duratura, prestito a sex predictis nichilominus juramento, quod de illo viduate ecclesie providerent, quem, secundum Deum et conscientias suas, meliorem et utiliorem in spiritualibus et temporalibus reputarent. Duobus igitur ex sex supradictis renuntiantibus tradite sibi a capitulo potestati, quatuor reliqui, secedentes in partem ac statum Burgensis ecclesie attendentes, circumstantiis personarum, tam de gremio ecclesie quam aliunde, diligenti meditatione pensatis, te in suum episcopum postularunt. Quare dicti decanus et capitulum, tam per litteras quam per dilectos filios .. abbatem Vallis Oleti, magistros Rodericum, archidiaconum, et Martinum, concanonicum et nuntios suos, viros providos et discretos, qui apud nos super assumpti promotione negotii fideliter institerunt, nichil de contingentibus omittendo, nobis humiliter supplicarunt ut postulationem ipsorum admittere de benignitate Sedis Apostolice curaremus. Nos ergo, postulationem eandem facientes examinari, prout convenit, diligenter, licet postulationis processui non viderimus plurimum innitendum, consideratis tamen necessitate ac utilitate ipsius ecclesie, cui, tanquam Romane Ecclesie filie speciali, quod cum Deo possumus, intendimus facere tam liberaliter quam libenter, ac prerogativa meritorum tuorum, qui, ob grata devotionis obsequia, in nostris et fratrum nostrorum oculis meruisti gratiam et favorem, nec non et litteris karissimi in Christo filii nostri .. regis Castelle ac Legionis illustris, affectuose pro te supplicantis, quas gratanter recepimus, intellectis, et supplentes defectum, si quis in processu fuerat, de gratia et nostre plenitudine potestatis, te, a cura Oxomensis ecclesie absolutum, eidem Burgensi ecclesie, de fratrum nostrorum consilio, prefecimus in episcopum et pastorem. Ideoque fraternitatem tuam monemus et hortamur in Domino, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, impositum tibi onus suscipiens reverenter, ad prefatam Burgensem accedas ecclesiam, acturus curam ejus ita fideliter et prudenter, quod sub tuo regimine, ut speratur, ecclesia ipsa in spiritualibus et temporalibus recipiat incrementa, et, tanquam fidelis servus et prudens super familiam Domini constitutus, lucrum optatum de credito tibi talento reportes[1], salutem videlicet animarum. Dat. Laterani, VII kalendas junii, anno quartodecimo. »

1. Cf. Matth. XXV, 14-28.

5191 Latran, 29 mai 1240.

« In eundem fere modum .. *decano et capitulo Burgensibus*, usque : salutem videlicet animarum. Quocirca universitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus ipsi tanquam patri et pastori animarum vestrarum plene ac humiliter intendatis, et exhibeatis ei obedientiam et reverentiam debitam et devotam, ejus salubria monita et mandata suscipiendo devote ac inviolabiliter observando. Alioqnin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles [etc., usque :] observari. Dat. Laterani, IIII kalendas junii, anno quartodecimo. » — (Reg. 20, f. 12 v°.)

5192. — In eundem modum *clero civitatis et diocesis Burgen*[*sis*].

5193. — In eundem modum *populo civitatis et diocesis Burgen*[*sis*], usque : merito commendare[1].

5194 Latran, 29 mai 1240.

« In eundem modum .. *regi Castelle et Legionis illustri*, usque : salutem videlicet animarum. Quocirca celsitudinem regiam rogamus et monemus attente quatenus dictum episcopum, cum commissa sibi ecclesia, propensius habeas, ob divinam et nostram reverentiam, commendatum, ita quod per auxilium gratie tue in cura suscepti regiminis possit efficacius operari, et tu exinde propitiationem divinam et nostram et Apostolice Sedis gratiam valeas uberius promereri. Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 12 v°.)

5195 Latran, 15 mai 1240.

Abbati et conventui de Hagemon (= Haughmond Demesne), ordinis sancti Augustini, Coventrensis dioecesis, ecclesiam de Humstamston (= Hunstanton), cum ejus pertinentiis, quam de concessione Norwicensis episcopi, loci dioecesani, Norwicensis capituli accedente consensu, adepti erant, confirmat, in ipsorum usus retinendam, « proviso ut vicario » in ea perpetuo Domino servituro de ipsius ecclesie proven- » tibus congrua portio assignetur, ex qua possit commode » sustentari et episcopalia ac [alia] ejusdem ecclesie onera » supportare ». — (Reg. 20, f. 12 v°; ann. XIV, c. 65.)

« .. *abbati et conventui de Hagemon, ordinis sancti Augustini, Coventrensis diocesis*. Cum a nobis —. Dat. Laterani, idibus maii, anno quartodecimo. »

1. On ne rencontre pas, dans les pièces précédentes se rapportant à cette affaire (n. 5189-5192), telles qu'elles sont reproduites dans le *Registre*, de formule se terminant par les mots : « merito commendare » ; cette formule devait se trouver dans la pièce 5192, dont le *Registre* ne fournit que l'adresse.

5196 Latran, 30 mai 1240.

Archiepiscopo Terraconensi, episcopo Ilerdensi et archidiacono Benafensi (= Benavente), Ilerdensis dioecesis, mandat quatenus Raymundum Arnaldi, quondam abbatem monasterii Sancti Victoriani, ordinis sancti Benedicti, — qui, licet ab abbate Rivipollensi et A., priore Sancti Pauli Barchinonensis, visitatoribus generalibus ordinis supradicti, ab ejusdem monasterii administratione amotus fuisset, pro ejusdem abbate se gerebat. — ab eodem monasterio amoveant, et faciant excommunicationis sententiam in eum ab eisdem visitatoribus promulgatam, observari ; eidem monasterio de abbate aut faciant per electionem provideri aut ipsi provideant. — (Reg. 20, f. 12 v°; ann. XIV, c. 66.)

« .. *archiepiscopo Terraconensi, et .. episcopo Ilerdensi et .. archidiacono Benafensi, Ilerdensis diocesis*. Conventus monasterii Sancti Victoriani, ordinis sancti Benedicti, ad Romanam Ecclesiam nullo medio, ut dicitur, pertinentis, sua nobis petitione monstrarunt quod, cum .. abbas Rivipollensis et A., prior Sancti Pauli Barchinonensis, visitatores generales ordinis supradicti in regnis Aragonum et Navarre in generali capitulo deputati, ad ipsum monasterium accessissent, ibidem visitationis officium impensuri tam in capite quam in membris : iidem, inquisitione habita diligenti, Raimundum Arnaldi, quondam abbatem eorum, exigentibus culpis suis, ab amministratione monasterii ejusdem sententialiter amoverunt, in eum, si contra veniret, excommunicationis sententiam promulgando; et licet ipsorum processus per te, frater Ilerdensis, et .. archidiaconum Benafensem[1] fuisset auctoritate apostolica confirmatus, nichilominus tamen dictus R., pro ejusdem monasterii abbate se gerens, excommunicatione premissa ligatus, divina celebrat, quin potius, quantum est in ipso, prophanat, castra, possessiones et alia bona prefati monasterii dilapidando, in proprie salutis dispendium, ipsorum prejudicium et scandalum plurimorum. Nos igitur, indempnitati ejusdem monasterii providere volentes, ne gravem in spiritualibus et temporalibus deformationem incurrat, mandamus quatenus, si est ita, predicto Raimundo ab amministratione ipsius monasterii prorsus amoto, faciatis eandem excommunicationis sententiam usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, ea que de bonis prefati monasterii alienata inveneritis illicite vel distracta, ad jus et proprietatem ejus legitime revocantes, invocando ad hoc, si necesse fuerit, auxilium brachii secularis. Verum, ne idem monasterium ex vacatione diutina dispendium patiatur, supradicto conventui in-

1. *Ms.* : Benacensem.

jungatis ut infra tempus a canone diffinitum, sibi per electionem canonicam provideant de abbate —; alioquin vos extunc de persona idonea ipsius monasterii, vel alterius, si digna non reperiatur in eo, auctoritate nostra provideatis eisdem —. Dat. Laterani, III kalendas junii, anno quartodecimo. »

5197 Latran, 28 mai 1240.

Archipresbytero, nec non Roberto Presbytero et Nicolao Rubeo, canonicis Velletrensibus, mandat quatenus sententiam a Johanne Spata, ipsius papae subdiacono et capellano, latam pro Adinulfo, judice Velletrensi, contra Jacobum Landonis Guillelmi, loci ejusdem, super quodam castaneto et quadam canapina, quam sententiam magister Andreas dictus Vetulus, ipsius papae capellanus, confirmaverat, mandent exsecutioni, secundum quod idem magister Andreas pronuntiaverat. — (Reg. 20, f. 12 v°; ann. XIV, c. 67.)

« .. *archipresbitero, Roberto Presbitero et Nicolao Rubeo, canonicis Velletrensibus.* Cum cognitionem diffinitive sententie auctoritate nostra late a dilecto filio Johanne Spata, subdiacono et capellano nostro, pro dilecto filio Adinulfo, judice Velletrensi, contra Jacobum Landonis Guillelmi, loci ejusdem, super quodam castaneto et canapina, ab eadem ad nos dicto Jacobo appellante, primo dilecto filio magistro Rain. de Ponte Curvo, ac postmodum, ab ipso, qui eam, cognitis cause meritis, confirmarat, voce ad nos appellationis emissa, dilecto filio magistro Andree dicto Vetulo, capellanis nostris, duxerimus committendam : idem Andreas, inspectis cause meritis diligenter, habito prudentum virorum consilio, dictam sententiam confirmavit et pronuntiavit eam executioni mandandam, prout in publico instrumento confecto exinde plenius continetur. Nos igitur, sententiam ipsam, provide latam, ratam habentes, mandamus quatenus eandem executioni mandetis —. Dat. Laterani, V kalendas junii, anno quartodecimo. »

5198 Latran, 14 mai 1240.

Abbati monasterii Corbeiensis, Ambianensis dioecesis, cum idem monasterium ad Romanam Ecclesiam nullo pertineat mediante, indulget ut in missarum sollemniis, praeter mitram, anulum, tunicam et dalmaticam, quorum usus abbati Corbeiensi qui fuerit pro tempore, a Sede Apostolica concessus jam fuerat, ipse et ipsius successores chirothecis et sandaliis uti possint. — (Reg. 20, f. 13 r°; ann. XIV, c. 68; — Moreau 1193, f. 37; *ibid.*, f. 33, ex Raynaldo; — Potthast 10876.)

« .. *abbati monasterii Corbeiensis, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis diocesis.* Cum, sicut asseris —. Dat. Laterani, II idus maii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5199 Latran, 18 mai 1240.

Episcopo, decano et archidiacono Cluanensibus mandat quatenus Ossoriensem episcopum ad debitam residentiam in ecclesia sua faciendam cogant. — (Reg. 20, f. 13 r°; ann. XIV, c. 69; — Potthast 10881.)

« .. *episcopo, .. decano et .. archidiacono Cluanensibus.* Venerabilis frater noster —. Dat. Laterani, XV kalendas junii, anno quartodecimo. »

5200 Latran, 28 mai 1240.

Episcopo et decano Atrebatensibus mandat quatenus excommunicationis sententiam ab officialibus curiae Remensis promulgatam in Margaretam, relictam quondam Walteri de Senebecha (= Senelecha ?), in causa matrimonii inter Johannem de Fossa, militem, et eandem Margaretam olim exorta, faciant observari. — (Reg. 20, f. 13 r°; ann. XIV, c. 70; — Moreau 1193, f. 41; *ibid.*, f. 217.)

« .. *episcopo et .. decano Atrebatensibus.* Cum causa matrimonii que olim inter Johannem de Fossa, militem, et Margaretam, relictam quondam Walteri de Senebecha[1], Morinensis diocesis, coram .. officiali Morinensi auctoritate ordinaria vertebatur, ad curiam Remensem per appellationem delata fuisset, et officiales ejusdem curie, cognitis cause ipsius meritis, pro milite ipso diffinitivam, et in prefatam Margaretam, parere ipsi diffinitive nolentem, excommunicationis sententias promulgassent, demum eadem mulier, dictas sententias in se post appellationem ad nos legitime interpositam latas fuisse proponens, ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Morinensem, .. Sancti Audomari et .. Wastinensem prepositos nostras super hoc litteras impetravit. Sed idem prepositus Sancti Audomari et magister Willelmus de Cornillon, canonicus Morinensis, cui subdelegavit dictus episcopus totaliter vices suas, excusato legitime dicto preposito Wastinensi, appellationem mulieris ejusdem legitimam ac prefatam excommunicationis sententiam non tenere perperam nuntiarunt. A quibus idem miles ad Apostolicam Sedem appellans, ad venerabilem fratrem nos-

1. *Sic*, peut-être pour *Senelecha* (= *Senlecques*, Pas-de-Calais, arr. Boulogne-sur-Mer, cant. Desvres).

trum .. Cameracensem episcopum destinari a nobis obtinuit litteras, continentes ut causam hujusmodi, si de partium voluntate procederet, fine canonico terminaret; alioquin remitteret eandem ad nos sufficienter instructam, prefixo termino peremptorio partibus, quo per se vel per procuratores idoneos nostro se conspectui presentarent, sententiam recepture. Quo tandem ipsius cause processum ad examen Sedis Apostolice remittente, predicto militi, propter hoc coram nobis personaliter constituto, dilectum filium nostrum R[obertum], Sancti Eustachii diaconum cardinalem, concessimus auditorem. Sed, cum mulier eadem nec venisset nec responsalem misisset ad terminum sibi statutum vel post, etiam diutius expectata, cardinalis ipse, cause meritis diligenter inspectis, predictorum prepositi et Willelmi revocato, justitia exigente, processu, pronuntiavit diffinitivam eorumdem officialium Remensium juste latam et premissam excommunicationis sententiam inviolabiliter observandam. Quocirca mandamus quatenus eandem excommunicationis sententiam faciatis, auctoritate nostra, usque ad satisfactionem condignam, appellatione remota, inviolabiliter observari. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, V kalendas junii, anno quartodecimo. »

5201 Latran, 1er juin 1240.

Bartholomaeo et Oddoni, fratribus, civibus Perusinis, proponentibus quod Fuliginates, nec non homines de Spello, de Mevania et aliis castris, sequaces Friderici, dicti imperatoris, plurima damna ipsis irrogarant, significat se potestatem eis a fratre Bono Vicino, ipsius papae cubiculario, concessam, capiendi videlicet de bonis praedictorum Fuliginatum et aliorum usque ad satisfactionem plenariam, confirmare. — (Reg. 20, f. 13 r°; ann. XIV, c. 71; — Rodenberg 778[1].)

« *Barth[olomeo] et Oddoni, fratribus, civibus Perusinis.* Ex parte vestra —. Dat. Laterani, kalendis junii, anno quartodecimo. »

5202 Latran, 1er juin 1240.

Abbati monasterii Corbeiensis, Ambianensis dioecesis, significat se ei et ejus successoribus facultatem concedere sacerdotales vestes, altaris pallas et corporalia in monasterio Corbeiensi et in ecclesiis eidem monasterio pleno jure subjectis benedicendi. — (Reg. 20, f. 13 v°; ann. XIV, c. 72; — Moreau 1193, f. 14.)

« .. *abbati monasterii Corbeiensis, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis diocesis.* Ut Apostolice Sedi —. Dat. Laterani, kalendis junii, anno quartodecimo. »

5203 Latran, 5 mai [1240].

Electo Zamorensi, consulenti, nec non capitulo Zamorensi respondet Rodericum Petri, Legionensem archidiaconum, ad canonicatum et beneficia quae in Zamorensi ecclesia obtinuerat, fore de cetero non admittendum. — (Reg. 20, f. 13 v°; ann. XIV, c. 73.)

« .. *electo et capitulo Zamorrensibus*[1]. Ut consultationi tue breviter satisfiat, devotioni vestre tenore presentium respondemus Rodericum Petri, Legionensem archidiaconum, qui dudum, ecclesie vestre canonicus, duo, sicut quilibet ecclesie predicte canonicus, sub jurejurando promisit, se s[c]ilicet facturum residentiam in eadem, et non admissurum de novo canonicum alterius cathedralis ecclesie in canonicum Zamorensem, quia, recipiendo archidiaconatum et canonicatum in Legionensi ecclesia, canonicatus et beneficia que in vestra obtinuerat, de jure vacare noscuntur, ad canonicatum et beneficia hujusmodi fore de cetero nullatenus admittendum. Dat. Laterani, III nonas maii. »

5204 Latran, 1er juin 1240.

Atheniensi et Corinthiensi decanis significat Raynerium, Sanctae Mariae in Cosmidin diaconum cardinalem, — cui ipse papa commiserat audiendam causam exortam inter abbatem et conventum monasterii de Dalfino (= Daphni), Cisterciensis ordinis, ex una parte, et V. et O. sorores, filias quondam Buccarani (= Bocaron.), militis Nigripontensis, ex altera, super casali de Licolnia, — decrevisse praedictos abbatem et conventum in ejusdem casalis possessionem, causa custodiae, induci; eis mandat quatenus quod ab eodem cardinali sic fuerat decretum, mandent exsecutioni. — (Reg. 20, f. 13 v°; ann. XIV, c. 74; — cf. *supra*, n. 2671, 3211, 3583 et 4390.)

« .. *Atheniensi et .. Corinthiensi decanis.* Olim in causa que inter dilectos filios .. abbatem et conventum monasterii de Dalfino, Cisterciensis ordinis, ex parte una,

1. Avec la date *kalendis julii* (= 1er juillet).

1. *Sic*; dans la table des *capitula* de la XIVe année : *Zamorensibus*.

et V. et O. sorores, filias quondam Buccarani, militis Nigripontensis, ex altera, super casali de Licolnia et pertinentiis ejus, ad idem monasterium, sicut dicitur, de jure spectantibus, vertitur, dilectum filium nostrum R[ainerium], Sancte Marie in Cosmidin diaconum cardinalem, partibus concessimus auditorem; mandantes nichilominus .. decano, .. archidiacono et Henrico, canonico Thebanis[1], ut predictas V. et O. auctoritate nostra citarent, instans tunc festum beati Michaelis illis terminum peremptorium assignando, quo per se vel procuratores idoneos in nostra presentia comparerent; alioquin extunc in eas excommunicationis sententiam promulgarent. Cumque postmodum ipse, juxta prescriptam formam citate legitime, in termino jamdicto vel postea per se vel procuratores aliquos venire contempserint, per biennium et amplius expectate : dictus cardinalis, quem super eadem causa denuo concessimus auditorem, hujusmodi eorum[2] contumacia exigente, abbatem et conventum eosdem, causa custodie, in predictorum casalis et pertinentium ejus possessionem decrevit induci. Nos igitur, quod per cardinalem ipsum super hoc factum est, ratum habentes, mandamus quatenus prefatos abbatem et conventum in possessionem inducatis eandem et defendatis inductos. Contradictores etc. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, kalendis junii, anno quartodecimo. »

5205 Latran, 20 mai 1240.

Episcopo Wigorniensi mandat quatenus, clericis uxoratis Wigorniensis dioecesis « subtractis ecclesiasticis beneficiis, et » aliis [clericis] ab ecclesiis in quibus eos constiterit suis pa- » tribus nullo medio successisse, remotis », perpetuos vicarios per subtractionem vicariarum suarum compellat ut in ecclesiis in quibus vicarias obtineant, personaliter resideant et, prout ipsarum vicariarum cura requirat, ad ordinem presbyteratus ascendant; « contra illos qui plura ecclesiastica be- » neficia curam animarum habentia sine dispensatione Sedis » Apostolice obtinent », juxta statuta concilii generalis [Lateranensis] procedat. — (Reg. 20, f. 13 v°; ann. XIV, c. 75.)

« .. *episcopo Wigorniensi*. Ex parte tua fuit propositum coram nobis quod nimis per quosdam clericos tue diocesis et clericalis denigratur honestas et canonicis detrahitur institutis : dum quidam ipsorum, uxores habentes, ecclesiasticorum percipiunt beneficiorum proventus; quidam vero in ecclesiis in quibus patres ministrarunt eorum, se immediate ipsis substitui, tanquam hereditario jure possideri sanctuarium Dei liceat[1], procurarunt; quidam etiam, perpetuas vicarias in ecclesiis obtinentes, licet integre proventus percipiant earundem, in eis tamen residere personaliter, ut tenentur, et ad sacerdotalem ordinem promoveri contempnunt; quibusdam aliis plura ecclesiastica beneficia in tua diocesi, quibus cura animarum est annexa, obtinentibus contra statuta concilii generalis, quamvis cum eis nequaquam sit per Sedem Apostolicam dispensatum —. Dat. Laterani, XIII kalendas junii, anno quartodecimo. »

5206 Latran, 2 juin 1240.

Episcopo et cancellario Parisiensibus scribit : « Ne Catha- » launensis ecclesia, que, ob litigiorum strepitus qui, occa- » sione electionis in ipsa de G[aufrido], preposito ecclesie » Montis Falconis, Remensis diocesis, celebrate, emersisse » noscuntur, gravem in spiritualibus et temporalibus susti- » nuisse dicitur hactenus lesionem, incurrat propter hoc, quod » absit! irreparabile detrimentum, mandamus quatenus, ac- » cedentes ad locum communem et tutum, ipsum prepositum » et eos qui electioni hujusmodi se opponunt, ex parte nostra » citetis, festum beati Martini proximo futurum terminum eis » peremptorium prefigentes, quo, cum omnibus munimentis » et rationibus suis, nostro se conspectui personaliter repre- » sentent, facturi ac recepturi quod justitia suadebit, eos ad » id, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appella- » tione postposita, compellendo. » — (Reg. 20, f. 13 v°; ann. XIV, c. 76; — Moreau 1193, f. 46.)

« .. *episcopo et .. cancellario Parisiensibus*. Ne Cathalaunensis ecclesia —. Dat. Laterani, IIII nonas junii, anno quartodecimo. »

5207 Latran, 2 juin 1240.

Cumano episcopo causam electionis abbatis in monasterio Sancti Galli, — quibusdam in ejusdem monasterii praepositum, reliquis in Walterum, ejusdem monasterii monachum, dirigentibus vota sua, — examinandam committit et decidendam; illum in abbatem praedicto monasterio praeficiat, cujus electio fuerit canonica et de persona idonea celebrata; quod si utriusque electionem tanquam minus canonicam reprobandam invenerit, ipse de persona idonea per electionem canonicam eidem monasterio provideri faciat. — (Reg. 20,

1. Cf. *supra*, n° 3583.
2. *Sic*, sans doute pour *earum*.

1. Cf. Ps. LXXXII 13.

f. 14 r°; ann. XIV, c. 77; — RODENBERG 776; — J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 141, n° 210.)

« .. *Cumano episcopo.* Sua nobis .. prior —. Dat. Laterani, IIII nonas junii, anno quartodecimo. »

5208 Latran, 4 juin 1240.

Abbati Corbeiensi, Ambianensis dioecesis, concedit ut quibusdam monachis monasterii Corbeiensis et clericis ipsi abbati spiritualiter et temporaliter subjectis, qui pro violenta injectione manuum in clericos saeculares jurisdictionis ipsius abbatis, et in alias personas religiosas ipsi abbati subjectas, excommunicationem incurrerant, quorum quidam receperant ordines et divina officia celebraverant sic ligati, possit, dummodo passis injuriam satisfaciant, et eorum excessus non sit adeo difficilis et enormis, quod illi sint merito ad Sedem Apostolicam destinandi, hac vice absolutionem impertiri, ac cum eis super eo quod, facti immemores vel juris ignari, excommunicati ordines receperant et divina officia celebrarant, dispensare valeat, injuncta eis paenitentia competenti; illos qui scienter talia praesumpserint, per biennium ab ordinum exsecutione suspendat, imposita eis paenitentia, eosque postmodum, si bonae conversationis et vitae fuerint, ad dispensationem, si viderit expedire, admittat. — (REG. 20, f. 14 v°; ann. XIV, c. 78; — cf. *supra*, n° 5131.)

« .. *abbati Corbeiensi, ordinis sancti Benedicti, Ambianensis diocesis.* Exhibita nobis tua —. Dat. Laterani, II nonas junii, anno quartodecimo. »

5209 Latran, 8 juin 1240.

Abbati et conventui monasterii Sanctae Mariae Eboracensis concedit ut ecclesiam de Kirkebi in Lonesdale (= Kirkby Lonsdale), Eboracensis dioecesis, in qua jus patronatus habebant, possint, quam primo vacaverit, usibus ipsorum, et illorum qui apud ipsos ad religionem converti desiderent, tribuere, ita ut capellano in eadem ecclesia Domino pro tempore servituro, competentem portionem de ipsius ecclesiae proventibus assignent, ex qua portione idem capellanus valeat congrue sustentari, et episcopalia et alia ejusdem ecclesiae onera sustinere, dioecesani episcopi in omnibus jure salvo. — (REG. 20, f. 14 v°; ann. XIV, c. 79.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancte Marie Eboracensis, ordinis sancti Benedicti.* Cum, sicut asseritis, facultates vestre maxime in parrochialibus ecclesiis quarum estis patroni, consistant, ex quibus duodecim clericis Roman[is], tam de mandato nostro et bone memorie H[onorii III] pape, predecessoris nostri, quam etiam auctoritate legatorum Sedis Apostolice qui ad partes Anglie accesserunt, liberaliter est provisum, et redditus monachorum ipsius loci vestris, ac illorum qui de novo interdum apud vos ad religionem converti desiderant, usibus non sufficiant, quare iidem de proprio vestes emere, aut, si eis ad hoc facultas non suppetat, resilire a suo proposito compelluntur : nobis humiliter supplicastis ut vobis ecclesiam de Kirkebi in Lonesdale, Eboracensis diocesis, in qua jus patronatus habetis, quam primo vacaverit, ad usus convertendi predictos licentiam largiremur —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno quartodecimo. »

5210 Latran, 2 juin [1240].

Magistro et fratribus de Calatrava significat se universis fidelibus ipsorum vexillum sequentibus, qui in pugna contra Sarracenos moriantur, omnium peccatorum veniam concedere. — (REG. 20, f. 14 v°; ann. XIV, c. 80; — MOREAU 1193, f. 45.)

« .. *magistro et fratribus de Calatrava, Cisterciensis ordinis, Toletane diocesis.* Inter alia que —. Ex vestra siquidem insinuatione accepimus quod, cum sitis adeo Sarracenorum terre propinqui, ut videamini quasi signum positi ad sagittam [1], oportet vos contra eos pugnare frequenter, in qua siquidem pugna fideles vestrum vexillum sequentes plurimi moriuntur. Ut itaque qui pro defensione fidei catholice Sarracenos ipsos impugnant, de felici retributione securi, contra eos toto affectu mentis incedant, et ad id etiam animentur alii eorum exemplo fideles, temporalem ex hoc vitam sperantes in perpetuum commutare, nos — universis fidelibus taliter morientibus suorum omnium, de quibus vere contriti fuerint et confessi, concedimus veniam peccatorum. Dat. Laterani, IIII nonas junii. »

5211 Latran, 12 mai 1240.

Abbati de Buch, Misnensis dioecesis, abbati de Dorberlu (= Dobrilugk), ejusdem Misnensis dioecesis, et priori de Buch mandat quatenus, — cum Lubusensis, Brandeburgensis, Haveldeberdensis (= Haveldebergensis, = Havelbergensis) et Zverinensis episcopi quaedam castra, villas et alias possessiones Caminensi ecclesiae a W[artislao], duce Pomeraniae, ejusdem Caminensis ecclesiae fundatore, donata, singuli contenderent in sua dioecesi esse constituta. — « pre-

1. Cf. THREN. III, 12.

» dictas dioceses equitate previa provide limitare » curent. — (Reg. 20, f. 15 r°; ann. XIV, c. 81; — Rodenberg 775.)

« .. *de Buch et .. de Dorberlu abbatibus, et .. priori de Buch, Misnensis diocesis.* Onus suscepti regiminis —. Dat. Laterani, IIII idus maii, anno quartodecimo. »

5212 Latran, 8 juin 1240.

Abbatibus Sancti Albani, Lincolniensis dioecesis, Westmonasterii, Londoniensis dioecesis, et de Bello, Cicestrensis dioecesis, significat se Cantuariensi archiepiscopo olim concessisse ut in aliqua ecclesiarum ad ipsum archiepiscopum pleno jure pertinentium, posset collegium saecularium canonicorum instituere, eisque, ad petitionem conventus Cantuariensis, mandat quatenus contra statutum ab ipso papa illa occasione editum, supra sub numero 4951 notatum, videlicet ut per hoc super juribus, dignitatibus, honoribus, privilegiis et consuetudinibus antiquis et approbatis Cantuariensis ecclesiae nullum praejudicium generaretur, sed ipsa in eo statu in quo ante illam concessionem fuerant, perpetuis temporibus conservarentur, non permittant eandem Cantuariensem ecclesiam ab aliquo molestari; non obstantibus constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam aliquis extra suam dioecesim ad judicium non trahatur, et indulgentia qua eidem archiepiscopo ab ipso papa fuerat concessum, ne in causam ultra duas dietas a sua ecclesia trahi posset. — (Reg. 20, f. 15 r°; ann. XIV, c. 82; — cf. *supra*, n. 4345, 4757, 4872, 4951 et 5171.)

« .. *Sancti Albani, .. Westmonasterii et .. de Bello abbatibus, Lincolniensis, Londoniensis et Cicestrensis diocesum.* Olim venerabili fratri —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno quartodecimo. »

5213 Latran, 1er juin 1240.

Episcopo Praenestino, Apostolicae Sedis legato, committit ut Philippum, decanum Viennensem, fratrem comitis Sabaudiae, quem decanus et capitulum ecclesiae Valentinae in episcopum postularant, — de cujus Philippi aetate, litteratura et meritis minus ipsi papae constabat, — in procuratorem eidem ecclesiae concedat, si eidem ecclesiae viderit expedire, eidem Philippo administrationem praefatae ecclesiae tam in spiritualibus quam in temporalibus committendo. — (Reg. 20, f. 15 r°; ann. XIV, c. 83.)

« .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato.* Bone memorie W[illelmo], Leodiensi electo, ecclesie Valentin[e] procuratore, de hac luce migrante, dilecti filii .. decanus et capitulum ipsius ecclesie, sicut tua insinuatione didicimus, cum eis ne ad electionem, postulationem seu nominationem absque tuo consilio procederent, injunxisses, tres de capitulo ipso ad tuam presentiam transmiserunt, concessa illis providendi cum tuo consilio eidem ecclesie potestate; qui, post diligentem tractatum, dilectum filium Ph[ilippum], decanum Viennensem, germanum dilecti filii nobilis viri .. comitis Sabaudie, asserentes dictam ecclesiam non posse per alium tam utiliter gubernari, de tuo consilio in episcopum postularunt. Unde dicti decanus et capitulum nobis postmodum humiliter supplicarunt ut postulationi hujusmodi, quam nobis presentari fecerunt, pium preberemus assensum. Licet autem ejusdem comitis genus speciali favore ac gratia prosequamur, de quo proli plurimi processisse noscuntur, ac ideo speremus ut idem Ph[ilippus], sicut illorum participat sanguinem, sic imitetur etiam probitatem, quia tamen cujus etatis existat, et de litteratura et aliis meritis ejus constare non potuit, fraternitati tue presentium auctoritate committimus ut, inquisita super hiis et aliis sollicite veritate, si utilitati ecclesie predicte videris expedire, prefatum Ph[ilippum] in procuratorem sibi auctoritate nostra concedas, liberam amministrationem ei tam in spiritualibus quam in temporalibus committendo. Dat. Laterani, kalendis junii, anno quartodecimo. »

5214 Latran, 13 juin 1240.

Cantori, scholastico et magistro Girardo de Lauduno, canonico Remensibus, mandat quatenus decano et capitulo Parisiensis ecclesiae, — qui a nonnullis super rebus et bonis ejusdem ecclesiae, nec non ecclesiarum Sancti Johannis Rotundi, Sancti Dionysii de Passu, Sancti Mederici et Sancti Benedicti, ad eandem ecclesiam Parisiensem pleno jure pertinentium, multipliciter molestabantur, — contra praedonum, raptorum et invasorum audaciam assistant, nec permittant eos a talibus molestari; non obstante indulgentia Sedis Apostolicae, qua dicebatur ipsis scholastico et magistro Girardo fuisse concessum, ne tenerentur inviti cognoscere de causis ab eadem Sede ipsis commissis; nec obstante « constitutione de » duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra » tertiam vel quartam aliqui extra suam diocesim auctoritate » presentium ad judicium non trahantur; presentibus post » septennium minime valituris ». — (Reg. 20, f. 15 r°; ann. XIV, c. 84.)

« .. *cantori, scolastico et magistro Girardo de Lauduno, canonico Remensibus.* Quia multorum cupiditas —. Dat. Laterani, idibus junii, anno quartodecimo. »

5215 Latran, 12 juin 1240.

Episcopo Norwicensi, — cum in Norwicensi dioecesi « de» testande presumptionis vitium » inolevisset, « quod quidam » videlicet clerici ecclesiis et ecclesiasticis beneficiis que » fuerant assecuti, sub conditione renuntiant, ut ea suis » filiis, nepotibus vel affinibus conferantur, aut nepos vel » filius personatum et pater obtineat vicariam, vel, patre » personatum habente, filius vicarius statuatur, et qui imme» diate successerunt patribus, cedunt aliis tali pacto, ut ite» rum cedant eis, ut sic sint alii medii inter illos », — indulget ut taliter institutos ab eisdem ecclesiis et beneficiis amoveat. — (Reg. 20, f. 15 v°; ann. XIV, c. 85; — Moreau 1193, f. 52.)

« .. *episcopo Norwicensi.* In Norwicensi diocesi —. Dat. Laterani, II idus junii, anno quartodecimo. »

5216 Latran, 6 juin 1240.

Colomanno, regi [Ruthenorum] et duci Sclavorum, qui postulaverat ut Sedes Apostolica, — cum Spalatensis ecclesia, propter plurium malefactorum incursus, devenisset ad egestatem, — archiepiscopi Spalatensis cessionem reciperet et eandem ecclesiam Spalatensem Zagrabiensi ecclesiae uniret, respondet in tanto negotio esse maturitate praevia procedendum, et super hujusmodi unione archiepiscopi Colocensis et Zagrabiensis episcopi, nec non dictarum ecclesiarum, Spalatensis videlicet et Zagrabiensis, capitulorum requiri debere assensum. — (Reg. 20, f. 15 v°; ann. XIV, c. 86; — Potthast 10890.)

« *Colomanno, illustri regi et duci Sclavorum.* Per dilectum filium —. Dat. Laterani, VIII idus junii, anno quartodecimo. »

5217 Latran, 15 juin 1240.

Episcopo Norwicensi concedit petenti ut non teneatur « an» nuere votis cujuspiam » super novis capellis construendis, « nisi tali capellanorum sustentatione provisa, quod in eis » possint Domino perpetuo famulari ». — (Reg. 20, f. 15 v°; ann. XIV, c. 87.)

« .. *episcopo Norwicensi.* Licet pie mentis sit devotio amplectenda, non tamen debet passim concedi ut ecclesie construantur, cum hoc sit in talibus providendum, ut divini cultus augmentum, non autem ecclesiarum numerositas inquiratur; et ideo in canonibus repperitur « ut nemo[1] ecclesiam edificet, priusquam » diffiniat que ad ipsius custodiam, ac luminaria et » stipendia sufficiant ministrorum ». Ex tua sane relatione didicimus quod, cum nonnulli apostolicas litteras de novis capellis obtineant construendis, vix aliquis est ipsorum qui capellanis in eis servientibus velit sustentationem congruam assignare, ita quod per capellanos in posterum possit in eis Domino deserviri; quare, post fundatorum presertim decessum, capelle sine hujusmodi provisione constructe penitus destruuntur —. Dat. Laterani, XVII kalendas julii, anno quartodecimo. »

1. Decret. Grat., pars III, *De Consecratione*, Dist. I, c. 9; cf. Friedberg, *Corpus juris canonici*, t. I, col. 1296. — Le texte a été légèrement altéré dans la bulle de Grégoire IX; il faut, notamment, restituer « civitatis episcopus » avant « diffiniat ».

5218 Latran, 26 mai 1240.

Rayn., capellano Romani, Portuensis episcopi, rectori ecclesiae Sancti Walerici de Gonevillis, Rothomagensis dioecesis, indulget ut in praedicta ecclesia possit per idoneum vicarium deservire, non obstante juramento quod ipse Rayn. de facienda residentia in eadem ecclesia et de recipiendis ordinibus, salvo apostolico mandato, praestiterat. — (Reg. 20, f. 15 v°; ann. XIV, c. 88.)

« *Rain., capellano venerabilis fratris nostri R[omani], Portuensis episcopi, rectori ecclesie Sancti Walerici de Gonevillis, Rothomagensis diocesis.* Volentes propter probitatem —. Dat. Laterani, VII kalendas junii, anno quartodecimo. »

5219 Latran, 7 juin 1240.

Capitulo Constantiensi[1] significat se confirmare paenitentiariae officium in ecclesia Constantiensi a bonae memoriae Constantiensi episcopo institutum, et creationem ab eo factam de magistro Willelmo de Hain[2] in paenitentiarium in eadem ecclesia. — (Reg. 20, f. 16 r°; ann. XIV, c. 89.)

« *Capitulo Constantiensi.* Exhibita nobis devotionis vestre petitio continebat quod bone memorie .. Constantiensis episcopus, attendens quod ex defectu penitentiarii, quo ecclesia Constantiensis carebat et caruerat ab antiquo, multi tam de civitate quam de diocesi Constantien[si] animarum periculum incurrebant : ut saluti provideret illorum, officium penitentiarie, vestro accedente consensu, in eadem ecclesia duxit provide

1. Ici *Coutances*, et non *Constance*; il n'y a jamais eu, que nous sachions, de pénitencier à Constance.

2. Peut-être pour *Ham*.

statuendum, magistrum Willelmum de Hain, virum ad hoc idoneum, penitentiarium creans de novo in ecclesia memorata, nichilominus prebenda quam idem magister nunc obtinet in eadem, hujusmodi officio perpetuo deputata —. Dat. Laterani, VII idus junii, anno quartodecimo. »

5220 Latran, 16 juin 1240.

Cancellario Parisiensi, nec non et magistris Hugoni de Pisis, archidiacono Rothomagensi, et Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commorantibus, causam quae inter decanos et capitula Remensis provinciae, ex una parte, et archiepiscopum Remensem, ex altera, super quibusdam statutis in provinciae Remensis concilio, in derogationem consuetudinum et subversionem jurium cathedralium ecclesiarum ejusdem provinciae, editis, vertebatur, committit seu terminandam seu ad examen apostolicum remittendam. — (Reg. 20, f. 16 r°; ann. XIV, c. 90; — Moreau 1193, f. 54.)

« .. *cancellario Parisiensi, et magistris Hugoni de Pisis, archidiacono Rothomagensi, et Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commorantibus.* Sua nobis dilecti filii decani et capitula cathedralium ecclesiarum Remensis provincie petitione monstrarunt quod, cum venerabilis frater noster .. Remensis archiepiscopus cum quibusdam ex suffraganeis suis provinciale concilium celebrasset, ac, ipsis absentibus nec vocatis, et eorum procuratoribus illuc venientibus et ut admitterentur ad tractatum, supplicantibus, nec admissis, quedam in subversionem jurium suorum et derogationem laudabilium consuetudinum ecclesiarum suarum perperam statuisset ibidem, que sine gravi scandalo et periculo animarum non poterant observari, idemque archiepiscopus, humiliter requisitus, noluisset statuta hujusmodi revocare : ex parte ipsorum primo ab eodem archiepiscopo, ac demum a singulis suffraganeis qui interfuerant, cum copia totius concilii non potuisset haberi, fuit ad nostram audientiam appellatum. Cumque de termino in terminum interim sub spe pacis usque in sequens concilium, in quo fuit eadem appellatio innovata, et etiam post concilium fuerit ipsum negotium aliquamdiu de voluntate partium sic suspensum, quod, omnibus in eodem statu manentibus, nichil alterutra ipsarum partium contra reliquam medio tempore impetraret, litteris, si quas impetrari contingeret, viribus carituris : tandem, dicto archiepiscopo, quantumcumque sibi a quibusdam ex eisdem suffraganeis et procuratoribus capitulorum ipsorum super hoc fuerit supplicatum, nolente statuta revocare predicta, immo ipso ne revocarentur ab aliis, appellante, capitula supradicta, appellationi quam interposuerant, insistentes, tam per litteras suas quam per procuratores suos, ad hoc ad nostram presentiam destinatos, suppliciter petierunt statuta eadem revocari, litteris omnium fere suffraganeorum ipsorum, hoc idem supplicantium, nobis nichilominus presentatis. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, negotium ipsum, si de partium voluntate processerit, judicio vel concordia terminetis : facientes etc. : alioquin illud sufficienter instructum ad examen apostolicum remittatis, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo per procuratores suffi[cientes] et idoneos compareant coram nobis, quod justum fuerit, auctore Domino, recepture ; non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita tamen quod ultra tertiam vel quartam etc. —. Dat. Laterani, XVI kalendas julii, anno quartodecimo. »

5221 Latran, 17 juin 1240.

Capitulo Bononiensi significat se archidiaconum Bononiensem, subdiaconum et capellanum suum, non obstante quod ad annum tricesimum non pervenerat, in procuratorem ecclesiae Bononiensi concessisse, eidem plena praedictae ecclesiae in spiritualibus et in temporalibus administratione commissa ; unde eos rogat et hortatur quatenus ejus mandatis et monitis intendant. — (Reg. 20, f. 16 r° ; ann. XIV, c. 91 : — Potthast 10896 [1].)

« *Capitulo Bononiensi.* Super eo nobis —. Dat. Laterani, XV kalendas julii, anno quartodecimo. »

5222 Latran, 17 juin 1240.

Clerum civitatis et dioecesis Bononiensis, verbis competenter mutatis, rogat similiter quatenus ejusdem procuratoris Bononiensis ecclesiae mandatis et monitis intendant. — (Reg. 20, f. 16 v° : ann. XIV, c. 92 ; — cf. Potthast 10896.)

« *Clero civitatis et diocesis Bononiensis.* Ex litteris dilectorum —. Dat. ut supra. »

1. Potthast, qui, en tête de son analyse, imprime *clero Bononiensi*, au lieu de *capitulo Bononiensi*, a confondu cette pièce et la suivante, et de la combinaison de l'une et de l'autre a fait un seul article ; ces deux bulles n'ont pas le même *incipit*, et c'est celui de la première : « Super eo nobis », avec l'adresse de la seconde, que l'on trouve, dans ses *Regesta*, sous le numéro 10896 ; Potthast mentionne bien l'*incipit* : « Ex litteris », de cette seconde pièce, mais pour le rejeter comme inexact.

5223 Latran, 17 juin 1240.

« In eundem fere modum .. *archidiacono Bononiensi.* [Eum rogat quatenus Bononiensis ecclesiae administrationem devote et humiliter suscipiat, et circa executionem ipsius se circumspectum et utilem exhibeat.] Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 16 v°.)

5224 Latran, 17 juin 1240.

Potestati, consilio et populo Bononiensibus, — qui supplicaverant ut archidiaconum Bononiensem, ipsius papae subdiaconum et capellanum, quem capitulum Bononiensis ecclesiae in episcopum, licet ad annum tricesimum nondum pervenisset, postulaverat, ipse papa eidem Bononiensi ecclesiae in pastorem concederet, — respondet se eidem archidiacono plenam praedictae ecclesiae in spiritualibus et temporalibus administrationem committere, eosque hortatur ut ejusdem mandatis et monitis intendant. — (Reg. 20, f. 16 v°; ann. XIV, c. 93; — Potthast 10895 [1].)

« .. *potestati, consilio et populo Bononiensibus.* Ita nos jugiter —. Dat. ut supra. »

5225 Latran, 18 juin 1240.

Patriarchae Hierosolymitano legationis officium in provincia Hierosolymitana et in exercitu Christiano pro subsidio Terrae Sanctae in partibus transmarinis committit. — (Reg. 20, f. 16 v°; ann. XIV, c. 94; — Moreau 1193, f. 56.)

« .. *patriarche Jerosolimitano.* Inducti sinceritatis tue meritis, ut personam tuam specialis honoris gratia prosequamur, tibi legationis officium in provincia Jerosolimitana et in exercitu Christiano pro subsidio Terre Sancte, ubicumque fueris, in partibus transmarinis, duximus committendum. Rogamus itaque fraternitatem tuam et hortamur in Domino Jhesu Christo, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus ipsum, juxta illam quam de tua gerimus circumspectione, fiduciam, secundum Deum laudabiliter studeas exercere; ita tamen quod, si ad partes illas legatum de latere nostro destinari contigerit, executionem ipsius officii, quamdiu legatus ipse ibi fuerit, pro Sedis Apostolice reverentia omnino dimittas —. Dat. Laterani, XIIII kalendas julii, anno quartodecimo. »

5226 Latran, 13 juin 1240.

Episcopo Cumano mandat quatenus in causa electionis V[olcardi], episcopi Curiensis, procedat eamque ad Sedem Apostolicam sufficienter instructam remittat. — (Reg. 20, f. 16 v°; ann. XIV, c. 95; — J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 142-143, n° 211; — cf. *supra*, n° 1402.)

« .. *episcopo Cumano.* Ex venerabilis fratris —. Dat. Laterani, idibus junii, anno quartodecimo. »

5227 Latran, 9 juin 1240.

Abbati Sancti Johannis Senonensis, nec non decano et praecentori Senonensibus causam quae inter Rayn. de Sancto Quintino, canonicum Sanctae Crucis Cameracensis, homicidio reum, ex una parte, et episcopum Cameracensem capitulumque Sanctae Crucis Cameracensis, ex altera, super praedicti Rayn. praebenda, qua propter illud facinus privatus fuerat, et super aliis idem negotium contingentibus, vertebatur, committit seu decidendam seu ad apostolicum examen remittendam. — (Reg. 20, f. 17 r°; ann. XIV, c. 96; — Moreau 1193, f. 48.)

« .. *abbati Sancti Johannis, .. decano et .. precentori Senonensibus.* Dilectus filius Rain. de Sancto Quintino, canonicus ecclesie Sancte Crucis Cameracensis, crucesignatus, in nostra proposuit presentia constitutus quod olim, quibusdam ipsius ecclesie canonicis, emulis suis, falso coram Goberto de Maissel, tunc officiali bone memorie G[odefridi], Cameracensis episcopi, proponentibus ipsum homicidium perpetrasse, ac comminatum fuisse illis quod eos occideret et ipsorum bona incendio concremaret, idem officialis et .. filius balivi nobilis mulieris .. domine de Donnapetra, et quidam alii Atrebatensis et Cameracensis civitatum et diocesum, ipsum non confessum, nec monitum nec convictum, de dicti balivi mandato ceperunt. Cumque W. dictus Franciscus, tunc officialis, nunc archidiaconus Atrebatensis, ad dictorum emulorum et .. officialis Cameracensis instantiam, eundem R. sibi ab eadem nobili fecerit exhiberi, eum, tandem paratum per omnia stare juri, pro sue voluntatis arbitrio fecit fortius et diutius in custodia detineri. Quem cum postmodum venerabilis frater noster .. Atrebatensis episcopus, nullo juris ordine observato, Willelmo, clerico prefati officialis Cameracensis, predictorum emulorum devictus instantia, tradidisset, jamdictus Cameracensis episcopus, cujus fuerat carceri ab eodem clerico mancipatus, illum, etiam juri stare paratum, noluit restituere libertati; eoque in carcere constituto, ecclesie memorate capitulum prebendam suam Arnulfo, clerico, Cameracensis diocesis, in ejus prejudicium contulerunt;

1. Avec l'adresse : « Potestati et communi Bononiensibus. »

propter quod dampna gravia et expensas non modicas se asserit incurrisse. Unde sepedictus R., a prefato carcere, diversis compedibus ferreis quibus tenebatur, virtute divina faciente, confractis, evadens, duxit ad Sedem Apostolicam recurrendum, nobis humiliter supplicans ut [faceremus[1]] ei dictam prebendam, amoto ab ipsa quolibet detentore, cum fructibus perceptis ex ea, restitui, eumque in illius possessione defendi, ac ministrari sibi ejusdem prebende fructus, donec in Cameracensi[2] civitate secure morari valeat, et compelli nichilominus ve[nerabiles] f[ratres] n[ostros] .. Cameracensem, qui eum nichilominus detinuit carceri mancipatum, et .. Atrebatensem episcopos et capitulum[3] antedictos, ad impendendam ei satisfactionem debitam de dampnis sibi et injuriis irrogatis, ac illos qui captionem et detentionem ejus procuraverant, pena canonica castigari. Ex parte vero predictorum episcopi et capituli Sancte Crucis Cameracensium fuit propositum ex adverso quod, cum idem R. publicus et notorius fuerit homicida, propter quod, timens ne nominatus Cameracensis episcopus, predecessor ipsius, eum caperet et carceri manciparet, a civitate Cameracensi discessit antequam a balivo supradicte nobilis captus esset aut carceri mancipatus, prenominatum capitulum, ad quos, de antiqua et approbata consuetudine, canonicorum correctio pertinet, ipsum per idoneos nuntios primo, secundo et tertio monuit et citavit, ut coram eo per se vel per procuratorem idoneum compareret, juri super objecto sibi homicidio pariturus. Et quia, tam ab eis quam a dicto Cameracensi episcopo citatus legitime, nec venit nec curavit pro se sufficientem mittere responsalem, jamdictus Cameracensis, quia notorium erat homicidium memoratum, et ut vitaretur scandalum quod ex hoc videbatur oriri, officio et beneficio per diffinitivam sententiam privavit eundem; ac postmodum, antedictum capitulum, ad quos spectat ejusdem ecclesie collatio prebendarum, prebendam ejus Arnulfo, clerico, Cameracensis diocesis, canonice contulerunt. Quare fuit ex parte ipsorum nobis humiliter supplicatum ut eidem R. super dicta prebenda perpetuum imponi silentium, et absolvi ab impetitione ipsius eosdem episcopum et capitulum faceremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis que super hiis fuer[unt] hinc inde proposita, causam, si de partium voluntate processerit, fine canonico decidatis, facientes quod decreveritis, firmiter observari; alioquin eam sufficienter instructam ad nostrum remittatis examen, prefixo partibus [etc., usque :] ordo dic[taverit] ra[tionis]. Non obstante constitutione [etc., usque :] dummodo ultra tertiam vel quartam [etc., usque :] non trahatur; proviso ne auctoritate presentium contra prenominatos episcopos criminalis actio intentetur, et quod R. predicto tam in rebus quam in persona prestetur plena securitas ut valeat prosequi libere causam suam. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, V idus junii, anno quartodecimo. »

1. *Faceremus* est omis dans le *Registre*; on peut hésiter sur la place que ce mot devait occuper dans la phrase.

2. *Ms.* : Camerinensi.

3. Capitulum Sanctae Crucis Cameracensis.

5228 Latran, 20 juin 1240.

Stephano, tituli Sanctae Mariae Transtiberim presbytero cardinali, nec non archipresbytero et capitulo basilicae Principis Apostolorum de Urbe significat se omnibus vere paenitentibus et confessis dictam basilicam in festo Pentecosten et usque ad octavas apostolorum Petri et Pauli visitantibus, tres annos et tres quadragenas de injuncta eis paenitentia annis singulis relaxare. — (Reg. 20, f. 17 v°; ann. XIV, c. 97; — Potthast 10898.)

« S[*tephano*], *tituli Sancte Marie Transtiberym presbitero cardinali*, [..] *archipresbitero et capitulo basilice Principis Apostolorum de Urbe*. Etsi loca sanctorum —. Dat. Laterani, XII kalendas julii, anno quartodecimo. »

5229 Latran, 22 juin 1240.

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis per Hierosolymitanam provinciam constitutis significat se patriarchae Hierosolymitano legationis officium in Hierosolymitana provincia et in exercitu Christiano pro subsidio Terrae Sanctae commisisse, eosque monet et rogat quatenus eidem patriarchae tanquam Apostolicae Sedis legato humiliter intendant ejusque mandatis obediant. — (Reg. 20, f. 17 v°; ann. XIV, c. 98; — Moreau 1193, f. 57; — cf. *supra*, n. 5179 et 5225.)

« *Archiepiscopis et episcopis, ac aliis ecclesiarum prelatis per Jerosolimitanam provinciam constitutis*. Quia commissum nobis —. Dat. Laterani, X kalendas julii, anno quartodecimo. »

5230 Latran, 22 juin 1240.

Regi Navarrae, nec non comitibus, baronibus et aliis de

exercitu Christiano pro subsidio Terrae Sanctae in partibus transmarinis existentibus, fere eadem scribit. — (Reg. 20, f. 17 v°: ann. XIV, c. 99.)

« .. *illustri regi Navarre, ac comitibus, baronibus et aliis de exercitu Christiano pro subsidio Terre Sancte in partibus existentibus transmarinis.* Cupientes negotium Terre —. Dat. ut supra. »

5231 Latran, 13 juin 1240.

Episcopo Legionensi concedit ut usque ad summam trecentorum alfonsinorum valeat de praestimoniis ad ecclesiam Legionensem pertinentibus, in usus episcopalis mensae, quoad vixerit, retinere. — (Reg. 20, f. 17 v°; ann. XIV, c. 100.)

« .. *episcopo Legionensi.* Fraternitati tue specialem —. Dat. Laterani, idibus junii, anno quartodecimo. »

5232 Latran, 16 juin [1239-1240].

Fratribus Minoribus Firmanis, qui in civitate Firmana locum idoneum non habebant, capellam Sancti Leonis, quam episcopus Firmanus eis concesserat, auctoritate apostolica confirmat. — (Reg. 20, f. 17 v°; ann. XIV, c. 101; — Potthast 10894.)

« *Fratribus Minoribus Firman*[*is*]. Cum a nobis —. Dat. Laterani, XVI kalendas julii, anno tertiodecimo[1]. »

5233 Latran, 26 juin 1240.

Episcopo Niciensi mandat quatenus Vigintimiliensem episcopum propter malitiam ab officio beneficioque suspendat et compellat ut infra tres menses apostolico conspectui se repraesentet. — (Reg. 20, f. 18 r°; ann. XIV, c. 102; — Moreau 1193, f. 65, *non integra*; — Potthast 10902[2]; — cf. *supra*, n° 3410.)

« .. *episcopo Niciensi.* Olim intelleximus quod venerabilis frater noster, si dici debet, .. Vigintimiliensis[1] episcopus nec in episcopatum per ostium est ingressus[2], nec officium suum sequitur, nisi officiendo subjectis, dum in ipsius foro ecclesias et ecclesiastica beneficia mercantur Symonis mercatores, et nichil coram eo de spiritualibus spiritualiter agitur, sed plus offerentibus conceduntur. Et cum ipse vite sit dissolute, detinens publice concubinam, propter quod subditi, exemplo suo corrupti, ad inhonesta et turpia facilius prolabuntur, non solum eorum excessus non corrigit, sed potius, ab eis recepta pecunia, eos in suis fecibus remanere[3] permittens, matrimonia in gradibus divina lege prohibitis in sua diocesi contrahi patitur, et contracta legitime pecunie separat interventu. Clericos et ecclesias Vigintimiliensis civitatis et diocesis gravans importabilibus exactionibus et collectis, ex ipsis spurios suos et personas nutrit alias inhonestas, in quarum familiaritate maculatur infami; usuras a clericis suis, quarum crimen utriusque Testamenti pagina detestatur, extorquet, cum concubinariis et filiis dispensans eorum. Absolvit manuum injectores, Sede Apostolica inconsulta, et contra eam laxat temere lubricum lingue sue, publice mentiendo quod non precellit Summus Pontifex in concessione[4] indulgentie simplicem sacerdotem, et quod concubinam de nostra detinet licentia speciali; factas sibi confessiones revelare, ac, pluribus excommunicationum sententiis innodatus, divina celebrare, immo[5], quantum in eo est, verius prophanare presumit, in anime sue periculum et ecclesiastice discipline contemptum[6]. Propter quod .. abbati de Tilieto, Cisterciensis ordinis, nostris dedimus litteris in mandatis ut, super hiis inquirens diligentius veritatem, que inveniret, per suas nobis litteras fideliter intimaret, prefixo ipsi episcopo termino peremptorio competenti, quo personaliter nostro se conspectui presentaret, interim omnis mutui et alienationis contractu sibi penitus interdicto. Cumque prefatus abbas, super premissis juxta mandatum nostrum diligenter inquirens, ad nos negotium remiserit sufficienter instructum, nos illud venerabili fratri nostro .. Sabinensi episcopo duximus committendum; qui que coram eo fuere proposita, nobis retulit diligenter. Verum, cum idem auditor, dictum episcopum ad reprobandum dicta

1. *Sic.* — Il est extrêmement probable que *XIII*e est ici pour *XIIII*e; toutefois, on a d'autres exemples de bulles de la XIIIe année égarées dans le Registre de la XIVe; cf. plus haut le *capitulum* 56 de cette XIVe année (n° 5182). — Sbaralea, qui publie cette pièce d'après le *Registre* (*Bullarium franciscan.*, I, 281, n° 314), imprime cependant, à la date : « anno decimoquarto. »

2. Avec l'adresse : « Episcopo Nicisiensi », sans autre référence que Ughelli, *Italia sacra*, t. IV, col. 303, où se lit pourtant la forme correcte « Niciensi ».

1. *Ms.* : venerabilis frater noster .., si dici debet, Vigintimiliensis.

2. Cf. Johan. X, 1-2.

3. Cf. Jere. XLVIII, 11.

4. *Ms.* : confessione.

5. *Ms.* : inmo.

6. Ici s'arrête la copie de la collection Moreau.

testium et instrumentum quoddam, per que sibi objecta videbantur plene probata, de speciali mandato nostro admittens, predicto abbati suis litteris injunxisset ut testes quos idem super articulis ei sub sigillo transmissis producere volebat, reciperet, et eorum dicta infra certum terminum ab eodem auditore prefixum, ad ipsum remittere procuraret : dictus episcopus, prefati[1] auditoris litteris minime presentatis, anno et dimidio [et] amplius jam elapso, prioribus deteriora committit. Ne igitur dictus episcopus de sua possit malitia gloriari, precipiendo mandamus quatenus, eundem episcopum ab officio et beneficio auctoritate nostra suspendens, ipsum ut infra tres menses post receptionem presentium se nostro conspectui representet, penam pro meritis recepturus, monitione premissa, eadem auctoritate, appellatione remota, compellas. Si vero dictus episcopus, omnino in sua obstinatione persistens, infra duos menses ad Apostolicam Sedem venire contempserit, quia, crescente contumacia, crescere debet et pena, extunc capitulum et clerum Vigintimilienses et alios ejus subditos ab obedientia et juramentis in quibus tenentur eidem, absolvere [procures], et, donec aliud mandaverimus, omnis mutui et alienationis contractum sibi penitus interdicas. Dat. Laterani, VI kalendas julii, anno quartodecimo. »

5234 Latran, 22 juin 1240.

Abbati et conventui monasterii Altae Cumbae, Cisterciensis ordinis, Gebennensis dioecesis, — quorum monasterium, in quo bonae memoriae Leodiensis electus, procurator ecclesiae Valentinae, sepulturam elegerat, nonnulli laici Viennensis, Valentinae et Gebennensis dioecesium, praetextu cujusdam consuetudinis, videlicet quod creditores ecclesias in quibus sepeliantur suorum debitorum corpora, valerent super debitis suis convenire, aggravabant et molestabant, — indulget ut praetextu praedictae consuetudinis a nullo possint conveniri. — (Reg. 20, f. 18 v°; ann. XIV, c. 103; — J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte*, t. III (1889), p. 201, n° 17; — J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 143-144, n° 213.)

« .. *abbati et conventui monasterii Alte Cumbe, Cisterciensis ordinis, Gebennensis diocesis.* Religionis vestre favor —. Dat. Laterani, X kalendas julii, anno quartodecimo. »

1. *Ms.* : prefatis.

5235 Latran, 15 juin 1240.

Eisdem concedit ut in ipsorum grangia, quae Bruerium nuncupabatur, Bellicensis dioecesis, « super altare viaticum » privatas missas fratribus et conversis ibidem commorantibus » celebrare » possint. — (Reg. 20, f. 18 v°; ann. XIV, c. 104; — J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 143, n° 212.)

« *Eisdem.* Vestris devotis precibus —. Dat. Laterani, XVII kalendas julii, anno quartodecimo. »

5236 Latran, 28 juin 1240.

Gregorio de Monte Longo, subdiacono et notario suo, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, cum Ph., vicarius potestatis Cumanae, a civitate Cumana recessisset, interdictum cui Cumanus episcopus civitatem eandem de mandato ipsius Gregorii de Monte Longo supposuerat, relaxet, et cum clericis qui, durante hoc interdicto, divina officia celebraverant, injuncta eis paenitentia, super hoc dispenset. — (Reg. 20, f. 18 v°; ann. XIV, c. 105.)

« *G[regorio] de Monte Longo, subdiacono et notario nostro, Apostolice Sedis legato.* Cum venerabilis frater noster .. Cumanus episcopus, sicut eo accepimus referente, civitatem Cumanam de mandato tuo ecclesiastico supposuerit interdicto, si commune civitatis ipsius intenderent Ph., vicario [..] potestatis eorum, et dicti commun[e] contra hoc postmodum venerint, et nonnulli civitatis ejusdem clerici, durante interdicto hujusmodi, divina officia celebrarint : quia subsequenter idem Ph., dimisso vicarie officio, a predicta civitate recessit, mandamus quatenus, interdictum idem relaxans, cum eisdem clericis super eo quod sic celebravere divina, injuncta eis pro modo culpe penitentia competenti, auctoritate nostra dispenses, prout videris expedire. Dat. Laterani, IIII kalendas julii, anno quartodecimo. »

5237 Latran, 26 juin 1240.

Abbati Sanctae Genovefae Parisiensis mandat quatenus excommunicationis sententiam in electum, nunc episcopum, Metensem, in causa quae inter ecclesiam Metensem et quosdam mercatores Romanos vertebatur, ab abbate Dervensi prolatam, firmiter faciat observari, et civitatem Metensem, aliaque loca Metensis dioecesis ad quae idem episcopus devenerit, ecclesiastico interdicto supponat. — (Reg. 20, f. 18 v°; ann. XIV, c. 106; — Moreau 1193, f. 59; — cf. *supra*, n. 3714, 3877, 4341 et 4834.)

« .. *abbati Sancte Genovefe Parisiensis.* Cum olim pro

dilectis filiis mercatoribus Romanis .. episcopo, tunc electo, Metensi dederimus nostris litteris districtius in preceptis, ut vel eisdem mercatoribus seu procuratoribus ipsorum, apud Trecas, de tertia parte totius debiti comprehensi in compositione facta inter ipsos, ex parte una, et bone memorie .. Metensem episcopum, predecessorem suum, ex altera, mediante bone memorie T[homa], tituli Sancte Sabine presbitero cardinali[1], super hoc a nobis auditore concesso, proportionaliter, prout quemque contingit, pro rata temporis jam elapsi, juxta tenorem compositionis ejusdem, infra sex menses a receptione litterarum nostrarum, cum justis et moderatis expensis et congrua restauratione dampnorum, satisfacere procuraret, vel infra eundem terminum coram nobis personaliter compareret, mercatoribus ipsis satisfactionem plenariam impensurus, dilecto filio .. abbati Dervensi per scripta nostra mandantes ut, eidem electo predictas litteras personaliter representans, si ad monitionem ejus infra prescriptum tempus non impleret alterum predictorum, idem extunc infra mensem postquam super hoc esset a latore litterarum hujusmodi requisitus, in eum excommunicationis sententiam promulgaret, et faceret eam, appellatione remota, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari : dictus abbas, mandati nostri diligens executor, quia idem electus neutrum horum efficere voluit, obauditis nostris et ipsius abbatis monitis juxta mandatum apostolicum inculcatis, tulit, exigente justitia, excommunicationis sententiam in eundem, eamque fecit sollempniter publicari, prout in ejusdem abbatis litteris confectis exinde perspeximus contineri. Quare Angelus Johannis Elperini et Stephanus Cafarellus, cives Romani, pro eorum parte que in litteris dicte compositionis continetur, nobis humiliter supplicarunt ut eandem sententiam robur faceremus firmitatis habere. Quocirca mandamus quatenus, sententiam ipsam usque ad satisfactionem plenariam auctoritate nostra irrefragabiliter observari, sublato appellationis obstaculo, faciens, eam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per Virdunensem, Tullensem, Metensem et Cathalaunensem civitates et dioceses publice innovando, et alias aggravando, prout pertinacia ipsius exegerit, manus tuas, civitatem Metensem, et alia loca Metensis diocesis ad que ipsum devenire contigerit, quamdiu ibi fuerit, supponas ecclesiastico interdicto. Ceterum, quia nemo cogitur propriis stipendiis militare, expensas quas in hujusmodi prosecutione negotii necessario contigerit te subire, facias tibi de bonis episcopatus Metensis integre ministrari. Contradictores —. Non ob[stante] constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, et quod in compositione jamdicta non exprimitur certa quantitas annis singulis exolvenda, vel quod in prioribus litteris nostris expressa dictorum mercatorum nomina non fuerunt, et[1] litteris, si que apparuerint a Sede Apostolica impetrate. Si vero, quod non credimus, executus non fueris que mandamus, cum alienam culpam tuam videaris efficere per consensum, volumus et districte tibi precipimus ut suspensus personaliter ad nostram accedas presentiam, meritorum stipendia recepturus : nobis quicquid feceris de omnibus supradictis, per nuntium mercatorum ipsorum fideliter rescribendo. Dat. Laterani, VI kalendas julii, anno quartodecimo. »

1. Cf. *supra*, t. III, col. 158, note 1, et col. 214, note 1.

1. Il faut entendre : « non obstantibus litteris. »

5238 Latran, 19 juin 1240.

Landavensi episcopo, significanti quod plurium Landavensis dioecesis ecclesiarum ipsius episcopi jurisdictioni subjectarum, adeo tenues et exiles proventus erant, quod de ipsis rectores earundem non poterant sustentari, — unde contingebat quod aliqui ex eisdem rectoribus residentiam in illis ecclesiis facere non poterant, et etiam, cum vacabant, vix reperiebatur qui ipsarum ecclesiarum regimen vellet assumere, — et postulanti licentiam duas vel tres ex antedictis ecclesiis uniendi, concedit ut illas ex praedictis ecclesiis unire valeat, quarum evidens necessitas et utilitas id exposcat. — (Reg. 20, f. 19 r°; ann. XIV, c. 107.)

« .. *Landavensi episcopo.* Significasti nobis quod —. Dat. Laterani, XIII kalendas julii, anno quartodecimo. »

5239 Latran, 2 juillet 1240.

Episcopo Carnotensi mandat quatenus proventus qui in Carnotensi ecclesia ex anniversariis defunctorum habebantur, in duas portiones dividat, quarum unam in vigiliis et alteram in missis inter canonicos ejusdem ecclesiae partiatur, et eosdem canonicos compellat ut missae majori et aliis divinis horis intersint. — (Reg. 20, f. 19 r°; ann. XIV, c. 108; — Moreau 1193, f. 63.)

« .. *episcopo Carnotensi.* Ex relatu dilecti filii .. decani Carnotensis mirantes accepimus quod, cum proventus qui in Carnotensi ecclesia habentur ex anniversariis defunctorum, in eorum vigiliis inter ipsius canonicos

dividantur, tunc illorum obtentu ipsi ad officium concurrentes, sequenti die missarum sollempniis interesse postponunt. Preterea iidem, circa matutinale officium, pro quo eis certe distributiones proveniunt, diligentiam exhibentes, missis et aliis horis interesse negligunt, quia nullum temporale emolumentum exinde consequuntur. Verum, cum hoc sit et divine voluntati contrarium et piis devotorum mentibus inimicum, mandamus quatenus, predictos proventus in duas sludens dividere portiones, quarum una inter dictos canonicos in vigiliis et altera in missarum sollempniis dividatur, eosdem ut misse majori et aliis divinis horis interesse procurent, per subtractionem dictarum distributionum, appellatione remota, compellas. Alioquin dilectis filiis .. decano, .. archidiacono et magistro Natali, canonico Parisiensibus, nostris damus litteris in mandatis ut, te mandatum nostrum exequi negligente, ipsi illud juxta formam tibi traditam exequantur. Contradictores etc. Dat. Laterani, VI nonas julii, anno quartodecimo. »

5240 Latran, 4 juillet 1240.

Sinibaldo, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbytero cardinali, marchiae Anconitanae rectori, significat se disposuisse ut sedes episcopalis Auximana, pro eo quod populus Auximanus Friderico, dicto imperatori, adhaeserit, ad civitatem Recanatem, Ecclesiae fidelem, transferretur; « verum, » cum dicti Recanates, quinque milia librarum usualis mo- » nete, vel possessiones valoris ejusdem, pro dotanda futura » cathedrali ecclesia liberaliter offerentes, promittant quod » velint edificare domos pro episcopo et canonicis », ei mandat quatenus provideat ut iidem Recanates insuper faciant ut praedicti episcopus et canonici processu temporis honorifice valeant sustentari, praesertim cum, durantibus guerris, « non » possit provenire de facili quod bonorum Auximane ecclesie » possessionem pacificam valeant adipisci »; ceterum episcopo Humanatensi, pro jure quod in castro Recanate habebat, de aliqua parte Auximanae dioecesis provideat. « villa Auxi- » mana, quondam civitate, cum reliqua parte ipsius diocesis » dicte Recanatensi ecclesie reservata ». — (Reg. 20, f. 19 r°; ann. XIV, c. 109; — Moreau 1193, f. 66; — Rodenberg 779.)

« S[inibaldo], *tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, marchie Anconitane rectori.* Licet Apostolice Sedis —. Dat. Laterani, IIII nonas julii, anno quartodecimo. »

5241 Latran, 7 juillet 1240.

Gregorio de Monte Longo, subdiacono et notario suo, apostolico legato, scribit se episcopum Vicentinum, qui, pro eo quod in praesentia Friderici, dicti imperatoris, missam celebraverat, ab officio suspensus fuerat, absolvisse; quod si aliqui contra eundem episcopum, super eo quod quaedam Vicentinae ecclesiae castra Ezelino vel aliis Ecclesiae Romanae inimicis dicebatur assignasse, aliquid duxerint proponendum, eos audiat, et quod super hoc invenerit, ipsi papae exponat. — (Reg. 20, f. 19 v°; ann. XIV, c. 110; — Rodenberg 780.)

« G[regorio] *de Monte Longo, subdiacono et notario nostro, Apostolice Sedis legato.* Percepto ex relatu —. Dat. Laterani, nonis julii, anno quartodecimo. »

5242 Latran, 11 juin 1240.

Archiepiscopo Ravennati, nec non et Aretino, Castellano, Urbinati, Ariminensi, Feretrano, Bobiensi (= Sarsenati), Cesenati, Foropopuliensi, Liviensi, Faventino, Imolensi, Cerviensi et Comaclensi episcopis, et abbatibus, prioribus, plebanis et aliis ecclesiarum praelatis per illas civitates et earum dioeceses constitutis significat se Jaquintum, capellanum suum, fidelibus suis de Massa Trabaria, cum plenae legationis officio, providisse in rectorem, eosque rogat quatenus eidem tanquam legato humiliter intendant. — (Reg. 20, f. 19 v°; ann. XIV, c. 111; — Rodenberg 777; — cf. *supra*, n. 1683 et 1687.)

« .. *archiepiscopo Ravennat[i], .. Aretino, .. Castellano, .. Urbinat[i], .. Ariminensi, .. Feretrano, .. Bobiensi, .. Cesenat[i], .. Foropopuliensi, .. Liviensi, .. Faventino, .. Ymolensi, .. Cerviensi et .. Comaclensi episcopis, et abbatibus, prioribus, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis per civitates ipsas et earum dioc[eses] constitutis.* Cum de statu —. Dat. Laterani, XVIII kalendas julii, anno quartodecimo. »

5243 Latran, 3 juillet [1240].

Archadensi et Aladensi episcopis et decano Archadensi mandat quatenus sententiam qua Innocentius papa tertius decreverat ecclesiam Majonensem (= de Mayo), Tuamensis dioecesis, esse parochialem et ecclesiae Tuamensi subjectam, — contra quam sententiam magister Christinus, procurator praedictae Majonensis ecclesiae, reluctabatur, — faciant observari. — (Reg. 20, f. 19 v°; ann. XIV, c. 112.)

« .. *Archadensi et .. Aladensi episcopis et .. decano Archadensi.* Ex parte venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi Tuamensis fuit propositum coram nobis quod, cum felicis recordationis I[nnocentius tertius]

papa, predecessor noster, questionem[1] inter bone memorie F[elicem], predecessorem suum, et magistrum Christinum, procuratorem ecclesie Majonensis, Tuamensis diocesis, super statu ipsius ecclesie, quam, ipsi archiepiscopo lege diocesana subjectam, falso idem magister cathedralem esse dicebat, per diversas litteras apostolicas coram diversis judicibus diutius agitatam, de fratrum suorum consilio per diffinitivam sententiam, cognitis cause meritis, terminasset, decernendo dictam Majonensem ecclesiam esse parrochialem ac subjectam ecclesie Tuamensi : tandem, ipso magistro malitiose moliente resuscitare querelam eandem et contra hujusmodi sententiam reluctante, bone memorie H[onorius tertius] papa, predecessor noster, quondam fratri Jac[obo], capellano et penitentiario suo, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legato, causam commisit eandem; qui, predicti predecessoris nostri sententie, inspectis ejus meritis, pronuntians fore standum, prefatum predecessorem suum ab impetitione jamdicti procuratoris super hoc per sententiam diffinitivam absolvit, prout in ejusdem legati litteris confectis exinde plenius continetur. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, supradicti predecessoris nostri sententiam faciatis per censuram ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, firmiter observari. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, V nonas julii. »

5244 Latran, 6 juillet 1240.

Philippo de Monte Forti et Mariae, filiae clarae memoriae Rupini, regis Armeniae, inter quos quartus gradus consanguinitatis existebat, declarat quod, non obstantibus quibusdam eorum scrupulis super dispensatione jam obtenta, libera matrimonium contrahendi licentia eis competit. — (Reg. 20, f. 20 r°; ann. XIV, c. 113; — Moreau 1193, f. 71; *ibid.*, f. 73, *fragm.*, ex Raynaldo; — Potthast 10910[2].)

« *Nobili viro Ph[ilippo] de Monte Forti et Marie, nate clare memorie Rupini, regis Armenie.* Cum, inspecta utilitatis causa, vobiscum fuerit per Sedem Apostolicam dispensatum, ut in quarto consanguinitatis gradu liceret vobis matrimonialiter copulari, dubitastis et in conscientie scrupulum incidistis, ex eo quod alter vestrum tertio, reliquus vero distat a communi stipite quarto gradu; non enim auctoritate dispensationis hujusmodi vobis licere contrahere credebatis, nisi ambo equaliter a prefato stipite distaretis. Verum, cum, secundum regulam approbatam, qua dicitur quoto gradu remotior differt a stipite et a quolibet per aliam lineam descendentium ex eodem, manifeste appareat quod inter vos quartus gradus consanguinitatis existat, tenore presentium declaramus quod per dispensationem obtentam libera vobis licentia competit contrahendi. Dat. Laterani, II nonas julii, anno quartodecimo. »

1. *Ms.* : questionem que inter. — Il faut ou supprimer *que*, ou suppléer, après « Tuamensis diocesis », un verbe tel que *vertebatur* ou *orta erat*.

2. Avec l'*incipit* : « Cum secundum regulam », d'après Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, 1240, § 46.

5245 Latran, 6 juillet 1240.

Praeposito Bambergensi, in episcopum Bambergensem electo, qui nuper se accinxerat ad adeundum apostolicam praesentiam pro confirmatione et consecratione obtinendis, qui vero, propter viarum discrimina, procedere nequiverat, concedit ut ad propria revertatur, habiturus in ecclesia Bambergensi usum liberum administrationis in spiritualibus et in temporalibus quae ipsi electo a jure concedatur; ad Apostolicam Sedem, cum potuerit, accedere non postponat. — (Reg. 20, f. 20 r°; ann. XIV, c. 114.)

« .. *preposito Bambergensi.* Accepimus ex sinceritatis —. Dat. Laterani, II nonas julii, anno quartodecimo. »

5246 Latran, 5 juillet 1240.

Archiepiscopo Remensi significat se irritum et inane decernere quod super electione Petri Carloti, nothi [Philippi Augusti], regis Francorum, et ipsius papae subdiaconi, in episcopum Noviomensem, ac super ejusdem ab ipso archiepiscopo Remensi confirmatione praesumptum fuerit, nec non velle eundem Petrum Carlotum « ab executione ordinis » diaconatus », ad quem non potuerat sine Apostolicae Sedis licentia promoveri, manere suspensum. — (Reg. 20, f. 20 r°; ann. XIV, c. 115; — Moreau 1193, f. 71; *ibid.*, f. 69, ex Raynaldo; — Potthast 10909.)

« .. *archiepiscopo Remensi.* Noviomensi ecclesia pastore vacante, ipsius ecclesie canonici P[etrum Carlotum], natum clare memorie .. regis Francie, subdiaconum nostrum, in suum episcopum elegerunt ; cujus electionem tu, non, ut decuit, diligenter advertens jura canonica, confirmasti. Cum enim rex ipse, uxorem habens legitimam, dictum P. susceperit de soluta, in episcopum idem P. eligi minime potuit, nec sua debuit electio confirmari; nec ex eo quod secum dispensasse dicimur, ut defectus natalium in nullis spiritualibus sibi obsit, quin ad honores et dignitates

libere possit assumi[1], quod licite ad episcopatum eligi valeat, intelligimur indulxisse, sed solum ad minores dignitates et inferiores honores. Dispensationes enim et indulgentie que defectum natalium patientibus super dignitatibus et honoribus generaliter conceduntur, non extenduntur ad episcopatus, nisi de ipsis specialiter exprimatur in eis: nec sub dignitatum et honorum ecclesiasticorum nomine, cum de illis in genere loquitur Lateranense concilium, felicis memorie I[nnocentius tertius] papa, predecessor noster, voluit episcopalem dignitatem includi; ad minores etiam dignitates et personatus constitutio nostra extenditur, qua mandantur filii sacerdotum et alii non legitime geniti a dignitatibus et personatibus sine dispensatione Sedis Apostolice habitis, amoveri; et cum oporteat, secundum Lateranensis statuta concilii, quod promovendus in episcopum de legitimo sit matrimonio procreatus[2], non sufficit tali quod legitimatus existat, nisi ei posse in episcopum promoveri, beneficio apostolice dispensationis concedatur expresse. Decernimus itaque, de fratrum nostrorum consilio, irritum et inane quod super electione prefati subdiaconi et confirmatione taliter est presumptum; nec non eum ab executione ordinis diaconatus, quem recepisse dicitur, volumus manere suspensum, cum non potuerit ad illum sine nostra speciali licentia promoveri. Verum, licet illos qui scienter non legitime natos eligunt, canon Lateranensis concilii decernat eligendi potestate illa vice privatos et per triennium ab ecclesiasticis beneficiis fore suspensos[3], ac, juxta statuta concilii generalis, « non[4] solum deiciendus sit indigne promotus, verum etiam indigne promovens puniendus », ut, si eum in hoc per negligentiam deliquisse constiterit, « non[5] tantum confirmandi primum successorem illius careat potestate, sed etiam, ne aliquo casu penam effugiat, a perceptione proprii beneficii suspendatur », si vero convictus fuerit « per[6] malitiam excessisse, graviori subjaceat ultioni » : nos tamen super hiis suo loco et tempore providere curabimus et, actore Domino, sicut melius expedire viderimus, procedemus. Dat. Laterani, III nonas julii, anno quartodecimo. »

1. Cf. *supra*, n° 2487.
2. Cf. Concile du Latran de 1179, chap. III, dans LABBE et COSSART, *Sacrosancta Concilia*, éd. COLETI, t. XIII (Venise, 1730), col. 418.
3. Cf. Concile du Latran de 1179, *ibid.*
4. Concile du Latran de 1215, chap. XXVI, dans LABBE et COSSART, *ibid.*, col. 962.
5. Concile du Latran de 1215, *ibid.*
6. Concile du Latran de 1215, *ibid.*

5247. — In eundem fere modum .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato.*

5248 Latran, 5 juillet 1240.

« In eundem fere modum *capitulo Noviomensi*, usque : procedemus. Quocirca precipiendo mandamus quatenus eidem subdiacono in nullo tanquam electo Noviomensis ecclesie intendatis. Dat. ut supra. » — (REG. 20, f. 20 r°; — MOREAU 1193, f. 72 v°.)

5249 Latran, 5 juillet 1240.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, de eadem re scribens, significat se mirari quod praedictum P[etrum Carlotum], in episcopum Noviomensem electum, in diaconum, licentia apostolica non postulata, promoverit; decernit eundem P[etrum Carlotum] « ab executione ordinis diaconatus » manere suspensum. — (REG. 20, f. 20 r°; ann. XIV, c. 116; — MOREAU 1193, f. 68.)

« .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato.* Etsi nobis excessus —. Dat. Laterani, III nonas julii, anno quartodecimo. »

5250 Latran, 11 juillet 1240.

Abbati et conventui Sanctae Mariae Eboracensis indulget ut ecclesiam de Gaineford (= Gainford), Dunelmensis dioecesis, — cujus personatum magistro G. de Trano, subdiacono et capellano suo, ac litterarum apostolicarum contradictarum auditori, et vicariam magistro D., capellano suo, ipse papa contulerat, — possint, cum vacaverit, sub quibusdam condicionibus in bulla expressis, in usus proprios convertere. — (REG. 20, f. 20 v°; ann. XIV, c. 117.)

« .. *abbati et conventui Sancte Marie Eboracensis, ordinis sancti Benedicti.* Cum, sicut asseritis, monasterium vestrum sit plurium Ytalicorum provisione gravatum, dignum est ei de benignitate Sedis Apostolice solita subveniri, ut ab hujusmodi provisionis onere in aliquo relevetur. Cum itaque magister Alex[ander] de Nola, rector ecclesie de Gaineford, Dunelmensis diocesis, in qua jus habere dicimini patronatus, nuper apud Sedem Apostolicam viam fuerit universe carnis ingressus, et nos dilecto filio magistro G. de Tran[o], subdiacono et capellano nostro, ac litterarum nostrarum contradictarum auditori, personatum, et dilecto filio magistro D., capellano nostro, vicariam ejusdem ecclesie, ipsam perpetuo constituentes ibidem, de gratia contulerimus

speciali, ita ut idem G., ratione personatus, duas partes omnium proventuum et obventionum ipsius ecclesie percipiat, dictus vero D. tertiam, nomine vicarie : volentes ut hujusmodi provisio non solum sit eis, sed etiam, interventu ipsorum, vestro monasterio fructuosa, eorundem et vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presentium indulgemus ut, cum predictam ecclesiam vacare contigerit, eam in proprios usus convertere, ac auctoritate nostra ipsius possessionem ingredi et etiam retinere, non obstante contradictione aliqua, libere valeatis, assignata tamen vicario qui pro tempore deservierit in eadem, de proventibus ejusdem ecclesie, portione, unde congrue sustentari valeat, et jura episcopalia solvere ac alia ecclesie prefate onera supportare; salva predicto D., dum eandem obtinuerit vicariam, portione quam sibi de ipsis proventibus duximus assignandam —. Dat. Laterani, V idus julii, anno quartodecimo. »

5251 Latran, 12 juillet 1240.

Episcopo Placentino mandat quatenus ad depositionem P., presbyteri, Placentinae dioecesis, de homicidio legitime convicti, — quae depositio, impediente guerrarum discrimine, nondum potuerat exsecutioni mandari, — procedat. — (Reg. 20, f. 20 v°; ann. XIV, c. 118; — Potthast 10915.)

« .. *episcopo Placentino.* Ex litteris tue —. Dat. Laterani, IIII idus julii, anno quartodecimo. »

5252 Latran, 10 juillet 1240.

Abbati et priori monasterii Athanacensis [Lugdunensis] et sacristae Sancti Pauli Lugdunensis mandat quatenus causam electionis in ecclesia Lausanensi, — aliis Ph., primicerium Metensem, aliis, de consilio archiepiscopi Bisuntini et episcopi Lingonensis, minus canonice cantorem Lausanensem eligentibus, — examinent; tam electoribus quam electis terminum peremptorium assignent, quo ipsi electi personaliter, electores vero per procuratores idoneos apostolico conspectui se praesentent; praefatis archiepiscopo et episcopo inhibeant ne ulterius in eodem negotio procedant; aliis mandatis ad idem negotium pertinentibus, adjectis. — (Reg. 20, f. 20 v°; ann. XIV, c. 119; — Moreau 1193, f. 75; — Potthast 10912; — J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 144, n° 214.)

« .. *abbati et .. priori Athanacensibus et .. sacriste Sancti Pauli Lugdunensis.* Ad audientiam nostram —. Dat. Laterani, VI idus julii, anno quartodecimo. »

5253 Latran, 5 juillet 1240.

Magistro Hug[oni?], presbytero, capellano Sabinensis episcopi, rectori ecclesiae de Suellies, Belvacensis dioecesis, indulget ut in praedicta ecclesia de Suellies, quam proponebat se fuisse canonice adeptum, possit per idoneum vicarium deservire, ita tamen quod de proventibus ipsius ecclesiae tantum eidem vicario assignet, « quod congrue sustentari valeat, » et jura episcopalia solvere ac alia ejusdem ecclesie onera » supportare ». — (Reg. 20, f. 21 r°; ann. XIV, c. 120.)

« *Magistro Hug., presbitero, capellano venerabilis fratris nostri .. Sabinensis episcopi, rectori ecclesie de Suellies, Belvacensis diocesis.* Ad faciendam tibi —. Dat. Laterani, III nonas julii, anno quartodecimo. »

5254 Latran, 13 juillet 1240.

Thomae dicto Rubeo, civi Romano, scribit R[iccardum], Sancti Angeli diaconum cardinalem, rectorem Campaniae et Maritimae, inspectis actis habitis coram Johanne Judicis, cive Romano, dudum Campaniae et Maritimae rectore, super spoliatione et interfectione filii ipsius Thomae, — qui filius dicebatur spoliatus et interfectus fuisse in Ceperani territorio, — de speciali mandato apostolico condemnasse communitatem ipsius loci, id est Ceperani, ipsi Thomae, in centum unciis auri, juxta taxationem ipsius cardinalis, recepto juramento ipsius Thomae; ei significat se quod ab eodem cardinali super hoc factum fuerat, confirmare. — (Reg. 20, f. 21 r°; ann. XIV, c. 121.)

« *Thome dicto Rubeo, civi Romano.* Ea que per —. Dat. Laterani, III idus julii, anno quartodecimo. »

5255 Latran, 12 juillet 1240.

Gregorio de Monte Longo, subdiacono et notario suo, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, cum ipse papa pronuntiavisset ad apertionem inquisitionis contra episcopum Brixiensem factae, esse nullatenus procedendum, et dictus episcopus ad propria cum gratia papali reverteretur, institutionem procuratorum in bonis ecclesiae Brixiensis et suspensionem quorundam clericorum ipsius episcopi revocet. — (Reg. 20, f. 21 r°; ann. XIV, c. 122; — Potthast 10914.)

« *G[regorio] de Monte Longo, subdiacono et notario nostro, Apostolice Sedis legato.* Presentata nobis inquisitione que contra venerabilem fratrem nostrum .. episcopum Brixiensem per dil[ectos] fil[ios] P., de Predicatorum, et B., de Minorum fratrum ordinibus, facta fuit, et hinc inde propositis diligenter auditis, de fratrum nostrorum consilio ad apertionem inquisitionis ejusdem,

exigente justitia, pronuntiavimus esse nullatenus procedendum. Verum, licet dilectos filios clerum et populum Brixienses habeamus precipuos in visceribus caritatis, tamen, deferre ipsis contra Deum et justitiam nequeuntes, mandamus quatenus, cum dictus episcopus ad propria cum nostra gratia revertatur, quia procuratores in spiritualibus et temporalibus bonis ecclesie Brixiensis instituisse diceris, et quosdam ex clericis ipsius episcopi, non citatos, nec convictos vel confessos suspendisse ab officio et beneficio privavisse, hec per te ipsum sine more dispendio studeas revocare, faciens eidem episcopo sine difficultate restitui quicquid de bonis episcopatus sui per dictos procuratores vel eorum nuntios est exactum. Dat. Laterani, IIII idus julii, anno quartodecimo. »

5256 Latran, 12 juillet 1240.

« In eundem modum *eidem*, usque : privavisse. Dat. ut supra[1]. » — (Reg. 20, f. 21 v°.)

5257 Latran, 10 juillet 1240.

Episcopo Mantuano, cui olim mandaverat ut « Brixiensem » episcopum et alios habentes privilegia Brixiensis ecclesie, » ad assignandum ea Brixiensi capitulo per censuram eccle- » siasticam » coartaret, mandat quatenus contra eundem episcopum, qui, in ipsius papae praesentia constitutus, proposuerat se esse paratum « privilegia ipsa in loco tuto, in » Brixiensi videlicet civitate, deponere », non procedat. — (Reg. 20, f. 21 v°; ann. XIV, c. 123.)

« .. *episcopo Mantuano*. Licet olim tibi —. Dat. Laterani, VI idus julii, anno quartodecimo. »

5258 Latran, 17 juillet 1240.

Decano Sonogiensi (= de Soignies), Cameracensis dioecesis, mandat quatenus sententias suspensionis in abbatem et conventum monasterii Villariensis, Cisterciensis ordinis, et excommunicationis in quosdam de monachis et conversis ejusdem monasterii, promulgatas a cantore Sancti Dionysii in Leodio ejusque collega, quibus decanus et cantor Hoyenses (= de Huy), Leodiensis dioecesis, vices suas in causa Balduini, canonici Sancti Johannis Leodiensis, contra eosdem abbatem et conventum monasterii Villariensis commiserant, relaxet, recepta prius ab eisdem abbate, conventu, monachis et conversis idonea cautione, quod, si constiterit easdem sententias rationabiliter esse latas, coram praedicto cantore Sancti Dionysii ejusque praedicto collega, judicibus subdelegatis, debeant stare juri : cum illis qui post easdem sententias divina officia celebrarint vel se divinis immiscuerint, super irregularitate quam incurrerint, dispenset : praedictos abbatem et conventum ad eosdem cantorem Sancti Dionysii ejusque collegam, judices subdelegatos, remittat, « usuros exceptionibus suis legitimis coram eis, et alias, » prout debuerint, jure suo ». — (Reg. 20, f. 21 v°; ann. XIV, c. 121.)

« .. *decano Sonogiensi*[1], *Cameracensis diocesis*. Exhibita nobis .. abbas et conventus monasterii Villariensis, Cisterciensis ordinis, petitione mon[strarunt] quod, cum Balduinus, canonicus Sancti Johannis Leodiensis, contra eos ad .. decanum et .. cantorem Hoyen[ses], Leodiensis diocesis, super quibusdam possessionibus, terris, debitis et rebus aliis nostras litteras impetrasset, et, eisdem judicibus .. cantori Sancti Dionisii in Leodio ejusque college committentibus super hoc totaliter vices suas, dictus canonicus, nomine cujusdam parrochialis ecclesie que a canonicatu vel prebenda ipsius minime dependebat, ipsos, earumdem litterarum auctoritate, coram dictis subdelegatis per illam generalem clausulam *et rebus aliis* super quibusdam decimis conveniret : procurator eorum excipiendo proposuit coram eis quod, cum jus percipiendi decimas, super quo agebatur, majus esset et dignius hiis que in litteris exprimebantur eisdem, ad respondendum coram ipsis per hujusmodi litteras compelli de jure non poterat nec debebat. Cum autem iidem subdelegati, parti alteri plus debito favorabiles existentes, procuratorem ipsum debere respondere super predictis decimis per iniquam interlocutoriam decrevissent, quia idem procurator, simplicitate ductus, omittens ad nos [ab] hujusmodi gravamine appellare, ac ad diem sibi prefixum comparens, noluit, prout etiam nec debebat, cum prefato canonico coram subdelegatis jamdictis litem super predictis decimis contestari : memorati subdelegati, reputantes eos, pro sue voluntatis arbitrio, contumaces, in abbatem et conventum eosdem suspensionis, et in quosdam de monachis et conversis monasterii supradicti excommunicationis sententias[2] promulgarunt —. Dat. Laterani, XVI kalendas augusti, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

1. Cet *in eundem modum*, dans la forme sous laquelle il se présente, est pour le moins inutile et n'offre pas de sens satisfaisant; en effet, en arrêtant la phrase finale au mot « privavisse », on en supprime la proposition principale; il y a lieu de croire ici à une erreur du copiste du *Registre*.

1. Dans la table des *capitula*, on lit *Senogiensi*.

2. *Ms.* : sententiam, *changé en* sententias.

5259 Latran, 13 juillet 1240.

Magistris Leoni, Bajocensi canonico, Bartholomaeo de Ferentino, Meldensi canonico, et Bartholomaeo, canonico Sanctae Caeciliae de Urbe, Parisius commorantibus, mandat quatenus suspensionis et excommunicationis sententias quas abbas et prior de Valle Richerii, Bajocensis dioecesis, in magistrum Petrum de Papa, archidiaconum ecclesiae Rothomagensis in Vulgassino Normanniae, fulminarant, quia ejusdem archidiacoui procurator presbyteris de Stripiniaco, archidiaconatus ipsius, — qui presbyteri archidiaconum ipsum, volentem in eorum ecclesia visitationis officium exercere, admittere noluerant, — coram ipsis abbate et priore respondere, sicut nec etiam tenebatur, recusaverat, nuntient non valere, et partes, id est praedictum archidiaconum et praefatos presbyteros, ad examen decani Sancti Germani Autisiodorensis Parisiensis ejusque collegarum remittant; alioquin processum praedictorum abbatis et prioris de Valle Richerii faciant observari. — (Reg. 20, f. 21 v°; ann. XIV, c. 125.)

« *Magistris Leoni, Bajocensi, Barth[olomeo] de Ferentino, Meldensi, et Barth[olomeo], Sancte Cecilie de Urbe canonicis, Parisius commorantibus.* Dilectus filius magister P[etrus] de Papa, archidiaconus ecclesie Rothomagensis in Wlgasin[o] Normannie, sua nobis petitione monstravit quod, cum ipse super observatione sententie excommunicationis quam in presbiteros de Stripiniaco, sui archidiaconatus, pro eo quod ipsum, volentem in eorum ecclesia, prout ad eum spectabat, visitationis officium exercere, admittere noluerunt, justitia tulerat exigente, ad .. decanum Sancti Germani Autisiodorensis Parisiensis et suos collegas nostras litteras impetrasset : .. procurator ipsorum presbiterorum, post recessum procuratoris sui, super eadem sententia, quam archidiaconum ipsum in illos tulisse dicebat, nullam in eosdem habentem jurisdictionem ordinariam, nec etiam delegatam, litteras alias a nobis ad .. decanum Cenomanensem et ejus conjudices, nulla de prioribus mentione habita, impetravit. Quibus .. abbati et .. priori de Valle Richerii, Bajocensis diocesis, committentibus totaliter vices suas, quia iidem abbas et prior ipsum archidiaconum super eadem sententia coram se dictis presbiteris respondere cogebant, quamquam procurator eorum in jure confessus fuerit coram eis super eodem litteras priores fuisse de consensu procuratorum partium ad alios judices impetratas : predicti decanus Sancti Germani et sui collegе, intellecto litteras obtentas ad ipsos esse priores, que fuerunt etiam abbati et priori prefatis in judicio presentate, ac quod de ipsis in secundis nulla mentio haberetur, inhibuerunt eisdem abbati et priori ne per hujusmodi litteras eundem archidiaconum coram se stare juri super dicta sententia coartarent, decernentes, si secus presumerent, irritum et inane : nichilominus, quia minime ab hujusmodi presumptione cessabant, in eos, si ulterius super hoc procederent, excommunicationis sententiam proferendo. Sed predicti abbas et prior, parti adverse plus debito favorabiles existentes, vilipensis inhibitione ac excommunicatione premissis, memoratum archidiaconum sub diversis terminis ad loca deserta, ubi nec hospitia nec alia necessaria poterant inveniri, malitiose trahebant, ut divisim super prefata sententia supradictis presbiteris responderet; et quia ejusdem archidiaconi procurator coram eis respondere nolebat, sicut nec etiam tenebatur, in archidiaconum ipsum, in quem nullam habebant jurisdictionem, de facto, cum de jure non possent, suspensionis et excommunicationis sententias fulminarunt. Quare idem archidiaconus humiliter postulavit sibi super hiis per Sedem Apostolicam provideri. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, sententias dictorum abbatis et prioris, et si quid per eos[1] postmodum extitit attemptatum, nuntiantes penitus non valere, partes ad eorumdem decani Sancti Germani et collegarum ejus remittatis examen, facientes auctoritate nostra prefatam eorum excommunicationis sententiam, sicut rationabiliter est prolata, usque ad satisfactionem condignam — observari; alioquin, ea irrita nuntiata, partes ad sepedictos abbatem et priorem remittentes easdem, processum eorum, sicut est legitimus, observari — faciatis, impe[trantem] in ex[pensis] le[gitimis] condemp[nantes]; constitutione de duabus dietis [etc., usque :] dummodo ultra tertiam vel quartam al[iquis] [etc., usque :] non trahatur —. Dat. Laterani, III idus julii, anno quartodecimo. »

5260 Latran, 18 juillet 1240.

Episcopos per marchiam Anconitanam constitutos reprehendit quod mandatum suum super distinctione habitus Eremitarum fratris Johannis Boni, ordinis sancti Augustini, ab habitu fratrum Minorum, exsequi omiserint; eis mandat quatenus ad exsecutionem ejusdem mandati sine mora procedant. — (Reg. 20, f. 22 r°; ann. XIV, c. 126; — Moreau 1193, f. 78; — Potthast 10917; — cf. *supra*, n° 5122.)

« *Episcopis per Anconitanam marchiam constitutis.* Apparente dudum in —. Dat. Laterani, XV kalendas augusti, anno quartodecimo. »

1. *Sic*, peut-être pour *eas*.

5261 Latran, 27 juillet 1240.

Abbati monasterii Montis Majoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis dioecesis, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinentis, usum mitrae et anuli, quem ipsius abbatis praedecessor ex apostolica concessione obtinuisse dicebatur, concedit. — (Reg. 20, f. 22 r°; ann. XIV, c. 127.)

« .. *abbati monasterii Montis Majoris, ordinis sancti Benedicti, Arelatensis diocesis.* Ad ecclesiastici decoris —. Dat. Laterani, VI kalendas augusti, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5262 Latran, 24 juillet 1240.

Magistro et fratribus Sanctae Mariae de Osnello, Pistoriensis dioecesis, petentibus, arbitrium a R[aynerio], Sanctae Mariae in Cosmidin diacono cardinali, promulgatum in causa quae inter ipsos, ex una parte, et priorem fratresque hospitalis Hierosolymitani Pisanos, ex altera, super eo quod iidem prior et fratres Pisani ab eis obedientiam exigebant et reverentiam, et super rebus aliis vertebatur, quod arbitrium fuerat ab utraque parte sponte receptum, confirmat. — (Reg. 20, f. 22 r°; ann. XIV, c. 128; — J. Delaville Le Roulx, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II, p. 580, n° 2256.)

« .. *magistro et fratribus hospitalis Sancte Marie de Osnello, Pistoriensis diocesis.* Ea que judicio —. Dat. Laterani, VIIII kalendas augusti, anno quartodecimo. »

5263 Latran, 20 juillet 1240.

Abbati et conventui monasterii de Bello, Cicestrensis dioecesis, de mandato apostolico provisione plurium gravati, concedit ut per litteras apostolicas quae ipsis specialiter non dirigantur et de praesenti concessione plenam non fecerint mentionem, non teneantur de cetero in ecclesiis in quibus jus patronatus habeant, alicui providere. — (Reg. 20, f. 22 r°; ann. XIV, c. 129.)

« .. *abbati et conventui monasterii de Bello, Cicestrensis diocesis.* Intellecto quod monasterium —. Dat. Laterani, XIII kalendas augusti, anno quartodecimo. »

5264 Latran, 20 juillet 1240.

Abbati monasterii Sancti Augustini Cantuariensis significat se ei ejusque successoribus concedere ut in eodem monasterio et in ecclesiis eidem pleno jure subjectis possint, « horis » congruis, dummodo ibidem presens aliquis pontifex vel le- » gatus Sedis Apostolice non existat, benedictionem dare » populo ». — (Reg. 20, f. 22 v°; ann. XIV, c. 130.)

« .. *abbati monasterii Sancti Augustini Cantuariensis.* Ut Apostolice Sedi —. Dat. Laterani, XIII kalendas augusti, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5265 Latran, 19 juillet 1240.

Episcopo Norwicensi concedit postulanti ut nonnullis decanis ruralibus Norwicensis dioecesis, qui in quibusdam ecclesiis curam animarum habentibus annexam, non poterant personaliter residere, possit, si dictis ecclesiis renuntiare sint parati, ecclesiasticum beneficium curam animarum annexam non habens, in ecclesiis ad ipsius episcopi donationem spectantibus, conferre. — (Reg. 20, f. 22 v°; ann. XIV, c. 131.)

« .. *episcopo Norwicensi.* Ex parte tua —. Dat. Laterani, XIIII kalendas augusti, anno quartodecimo. »

5266 Latran, 21 juillet 1240.

Abbati et conventui monasterii Sancti Augustini Cantuariensis concedit ut ecclesiam de Plumstede (= Plumstead), Roffensis dioecesis, in qua jus patronatus obtinebant, ad usus pauperum et hospitum, quorum dicebatur ad eos concurrere multitudo, libere deputare possint. — (Reg. 20, f. 22 v°; ann. XIV, c. 132; — Potthast 10918.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancti Augustini Cantuariensis.* Dignum est ut —. Dat. Laterani, XII kalendas augusti, anno quartodecimo. »

5267 Latran, 19 juillet 1240.

Prioribus Sanctae Trinitatis Londoniensis, de Spineto (= Spinney), Norwicensis dioecesis, et de Blakemora (= Blakmore), Londoniensis dioecesis, mandat quatenus episcopum Lincolniensem, — qui, priorissae et conventui [de] Halliwell (= Holywell), ordinis sancti Augustini, Londoniensis dioecesis, super ecclesia de Wellewes, quam sanctus Hugo, Lincolniensis episcopus, illis in usus proprios concesserat, injuriosus existens, pensionem annuam quinque marcarum argenti eis in eadem ecclesia a praedicto sancto Hugone assignatam, mandaverat illis subtrahi, et contra quem prior Sancti Salvatoris, Wintoniensis dioecesis, ejusque collegae, quibus ipse papa injunxerat ut illas non permitterent super hoc molestari, procedere recusaverant, — moneant et inducant ut ab illarum molestatione desistat;

aliis mandatis ad rem eandem pertinentibus, adjectis. — (Reg. 20. f. 22 v°; ann. XIV, c. 133; — cf. *supra*, n° 1031.)

« .. *Sancte Trinitatis Londoniensis, et .. de Spineto et .. de Blakemora, Norwicensis et Londoniensis diocesum, prioribus.* Dilectarum in Christo filiarum .. priorisse et conventus [de] Halliwell.. ordinis beati Augustini, Londoniensis diocesis, nobis exhibita petitio continebat quod, cum pie memorie sanctus Hugo. Lincolniensis episcopus, possessionum et reddituum ipsarum nimia tenuitate pensata, ecclesiam de Wellewes, jure sibi diocesano subjectam, prout spectabat ad ipsum, patroni ejusdem accedente consensu, eis in usus proprios concessisset, assignata illis interim in ipsa quinque marcarum argenti annua pensione, et nos postmodum, dicti sancti concessionem ratam haberi volentes, apprehendendi possessionem ipsius, cum vacaret, eis auctoritate apostolica dederimus facultatem, maxime cum Lincolniense capitulum de mandato nostro suum ad hoc prestitisset assensum, .. priori Sancti Salvatoris, Wintoniensis diocesis, et collegis suis per nostras litteras nichilominus injungentes ut eas non permitterent, contra indulgentie predicte tenorem, super premissis ab aliquibus indebite molestari, molestatores etc., usque : compescendo : venerabilis frater noster .. Lincolniensis episcopus, super eadem ecclesia ipsis injuriosus existens, dictam pensionem per .. rectorem ejusdem ecclesie subtrahi, sicut asserunt, mandavit eisdem. Quare, cum prior et ejus collège prefati, pro eo quod ejusdem Lincolniensis episcopi sunt clerici, recusarint procedere contra ipsum, provideri sibi in hac parte humiliter petierunt. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, prefatum episcopum ut ab hujusmodi earum indebita molestatione desistat, monere ac inducere procuretis. Si vero idem monitis vestris acquiescere forte noluerit, vos, juxta primi mandati nostri tenorem, non permittatis easdem ab aliquibus indebite molestari, molestatores h[ujusmodi] [etc., usque :] compescendo, taxaturi postmodum, ecclesie prefate cedente vel decedente rectore, in ea congruam vicariam, ex qua vicarius qui pro tempore fuerit, valeat congrue sustentari, ac episcopalia et alia ipsius ecclesie onera sustinere, diocesani episcopi in omnibus jure salvo. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XIIII kalendas augusti, anno quartodecimo. »

5268 Grotta Ferrata, 24 août 1240.

Episcopo Praenestino, Apostolicae Sedis legato, late scribit de negotio abbatum de Saviniaco et Maceriarum, Cisterciensis ordinis, et priorum de Loviniaco et de Glanderio, Carthusiensis ordinis, quibus ipse papa reformationem monasterii Grandimontensis commiserat, contra Heliam, quondam ejusdem monasterii priorem, nec non de amotione praedicti Heliae ab administratione ejusdem monasterii et de intrusione Johannis dicti de Aquila in priorem ; ei mandat quatenus praedicto Johanni de Aquila non jam festum Omnium Sanctorum proximo futurum, sicut ipse papa antea mandaverat, sed, cum praedictus Helias interim interiisset, octavas Nativitatis Dominicae praefigat terminum peremptorium, quo, duos clericos et duos conversos secum habens, cum omnibus munimentis ad illud negotium facientibus, apostolico conspectui se praesentet, eique significat se clericis et conversis qui ad Sedem Apostolicam cum praedicto Helia, nunc defuncto, pro se et sibi adhaerentibus venerant, fecisse per Stephanum, tituli Sanctae Mariae Transtiberim presbyterum cardinalem, mandari ut totidem clericos et conversos ad eandem Sedem eodem termino Nativitatis Dominicae dirigant. — (Reg. 20, f. 23 r°; ann. XIV, c. 134; — cf. *supra*, n. 3150, 4136 et 1638.)

« .. *episcopo Penestrino. Apostolice Sedis legato.* Olim, audito quod Grandimontense monasterium esset in spiritualibus et temporalibus graviter deformatum, nos, ut ipsum in statum prosperitatis exurgeret et constitutis ibidem salutis et quietis materia proveniret, de consilio fratrum nostrorum providisse meminimus, ut sine difficultate qualibet relaxarentur omnes interdicti et excommunicationis sententie que in [..] priorem vel aliquos de fratribus ejusdem monasterii essent, occasione deformationis hujusmodi, promulgate, et duo de Cisterciensi ac duo de Cartusiensi ordinibus statuerentur visitatores Grandimontensis ordinis, qui semel in anno usque ad triennium tunc futurum in eorum capitulo generali, omni appellatione remota, statuerent et reformarent quicquid in ordine ipso statuendum agnoscerent vel etiam reformandum, facientes ea, cessante appellationis obstaculo, per censuram ecclesiasticam firmiter observari : providimus etiam ut diffinitores, circatores vel visitatores, qui, salvis regula et constitutionibus ejusdem ordinis per Sedem Apostolicam approbatis, singula, sub[lato] appellationis remedio, examinare, corrigere, determinare ac diffinire curarent, eligerentur de ordine memorato ; et, si forsan aliquid dubitationis emergeret, id per nuntios qui non essent de ipsorum ordine, ad Sedem Apostolicam perferentes, super hoc responsum apostolicum expectarent. Verum, ut hujusmodi nostra provisio plenum sortiretur effectum, dilectis filiis .. de Saviniaco et .. Maceriarum abbatibus, Cisterciensis, et .. de Loviniaco et .. Glanderio[1] prioribus, Cartusiensis ordinum, de-

1. *Ms.* : Glauderio.

dimus nostris litteris in mandatis[1] ut, ad locum personaliter accedentes, prefatis sententiis primitus relaxatis, et dispensato cum predictis fratribus, si forsan prefatis ligati sententiis divina medio tempore celebrassent, et fratribus qui dicuntur ejecti, receptis, corrigerent et reformarent ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noscerent indigere, et, visitatores, circatores et diffinitores, viros utique discretos et Deum timentes, de ordine ipso infra dictum triennium deputantes, ibidem nichilominus, si qua in eorum ordine statuenda viderent, salvis predictis regula et institutionibus, cessante appellatione, statuerent, in premissis omnibus de plano et sine strepitu judicii processuri. Sane, sicut procuratores H[elie], quondam[2] prioris monasterii memorati, mandatum ad impetrandum et contradicendum dumtaxat habentes, proposuerunt in presentia dilecti filii nostri S[tephani], tituli Sancte Marie Transtyberim presbiteri cardinalis, quem partibus dedimus auditorem, venerabili f[ratre] nostro .. episcopo Pictavensi et collegis ipsius volentibus in inquisitione procedere, quam contra dictum Heliam, ad instantiam quorumdam ex fratribus ipsius monasterii, ante predictam provisionem commiseramus eisdem[3], pro parte prioris ejusdem fuit propositum coram eis quod, tum propter appellationem ab ipsis pro eo legitime interpositam, quia dictos fratres excommunicatione ligatos admittebant in testimonium, et eidem nomina testium productorum contra ipsum per abecedarium, contra Lateranensis statuta concilii, exhibebant, tum propter commissionem factam prescriptis abbatibus et prioribus, per quam erat eorum jurisdictio revocata, in inquisitione ipsa procedere non poterant nec debebant; et, si aliter ducerent presumendum, pro dicto priore per procuratorem ipsius fuit ad Sedem Apostolicam appellatum. Sed ipsi, eum super hoc audire contra justitiam denegantes, priorem ipsum de facto, cum de jure non possent, ab amministratione prioratus Grandimontensis per diffinitivam sententiam amoverunt. Postmodum vero nos eisdem abbatibus et prioribus per litteras nostras injunximus[4] ut, si rem invenirent taliter se habere, dictorum inquisitorum processum, et quicquid ex eo vel ob ipsum secutum existeret, irritum penitus nuntiantes, cum per commissionem eis factam inquisitorum ipsorum jurisdictio expirasset, in executione mandati nostri, previa ratione, procederent juxta traditam eis formam. Sed ipsi, priusquam ad eos mandatum hujusmodi perveniret, in commisso sibi negotio perperam procedentes, post appellationem ab eis ex eo interpositam, ne processu priorum judicum uterentur, et ne priorem ipsum participare cum excommunicatis vel illos qui, culpis eorum exigentibus, de predicto monasterio secundum instituta ordinis sunt amoti, recipere cogerent[1], sive ne amotionis sententiam ab eisdem inquisitoribus latam, in priorem eundem confirmare presumerent, vel aliter procedere quam eis dederimus in mandatis : dictam sententiam contra justitiam confirmarunt, in priorem ipsum et adherentes eidem excommunicationis sententiam promulgando : nec hiis contenti, ipsum, non confessum vel convictum, ab amministratione prioratus ejusdem, pretermisso juris ordine, amoverunt. Quare dictus H[elias] denuo nostram audientiam appellavit. Sed ipsi, ejus appellatione contempta, Johannem dictum de Aquila, excommunicatum, absentibus et irrequisitis fratribus domorum ejusdem monasterii, qui sic ad hoc, secundum statuta ordinis, evocantur, ut duo ex ipsis de singulis domibus mittantur ad locum, extra domum Grandimontensem, in priorem intrudere presumpserunt, in ipsius prejudicium et grave dicti ordinis detrimentum. Quid plura? Ipsis ad dictum monasterium, sub expensis trecentarum marcarum de bonis ejusdem, transmittentibus multitudinem armatorum, ac illis dictum priorem et fratres inclusos detinentibus et confringentibus claustri ac domorum monasterii januas, idem prior et fratres, eorum metu, ad ecclesiam confugerunt : cujus fenestras dicti armati per violentiam confringentes, et per ipsas fumo affligentes eosdem, thesauro ecclesie, ac blado, vino, animalibus ac bonis aliis monasterii asportatis, in ecclesiam ipsam ejusdem prioris adversarios immiserunt. Preterea supradicti abbates et priores, prefatum H[eliam] enormiter diffamantes, in ipsum coram clero et populo ad hoc specialiter convocatis, [et] in quoslibet qui eum priorem appellabant, publicam excommunicationis sententiam ferre presumunt ; scribunt etiam ecclesiarum prelatis, comitibus et baronibus regionis, ipsis auctoritate apostolica injungentes, ut obedientes dicto priori a domibus prefati prioratus expellant, et resistentes eidem recipiant in ipsis et favore benivolo prosequantur, domos singulas eorum singulis assignantes ; excommunicatum vero aliquem occasione hujusmodi non absolvunt, nisi

1. Cf. *supra*, n° 4436.

2. Le mot *quondam* a été ajouté dans la ligne même, d'une encre un peu plus noire ; il semble qu'il en soit de même de l'initiale *H.*, mais cela est moins certain.

3. Cf. *supra*, n° 3150.

4. Cf. *supra*, n° 4638.

1. *Ms.* : cogeretur.

juramento prestito quod ipse dicto priori non obediat vel intendat, etiam si processum eorum contingat per Sedem Apostolicam revocari; fecerunt insuper voce preconia proclamari, ut ubicumque aliquis inveniatur ex fratribus ipsi priori obediens, personaliter capiatur, capienti certo salario deputato, et, quod est auditu horribile, quosdam ex sibi adherentibus poni in occisione gladii[1], quosdam angustie tradi carceris, et quosdam mutilari fecerunt. Quare pro parte prioris ejusdem petebatur a nobis ut, cum sub examine inquisitorum quos alias contra ipsum pluries dedisse dicimur, omnino innocens sit inventus, et per diligentiam suam in duplum bona monasterii sunt adaucta, pro cujus edificiis et aliis ejusdem commodis plus quam mille marcas expendit, predictum intrusum ab ejusdem prioratus regimine amoveri, et quicquid de ipso per abbates ac priores eosdem presumptum esse dinoscitur, ac alias eorumdem processum irritari et nuntiari irritum mandaremus. Ex parte vero altera fuit propositum ex adverso quod dictus Helias, die amotionis sue a regimine prioratus, sepedictos abbates et priores cum ducentis fere clericis ipsius ordinis in quadam domo fecit violenter includi et inclusos per diei spatium detineri, non absque contemptu nostro et Apostolice Sedis injuria manifesta; presertim cum nos, processum eorumdem abbatum et priorum tanquam legitimum approbantes, tibi dederimus nostris litteris in mandatis, ut processum ipsum faceres per censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari. Unde supplicatione humili petebatur a nobis quod, cum tu in negotio ipso jam processeris et procedas, et prefatum Johannem in corporalem possessionem prioratus Grandimontensis induxeris, nec a te sit per ap[pellationem] vel alio legitimo modo recessum, dicto Helie silentium imponere curaremus; maxime cum innodatus existat excommunicationis vinculo, ac pro eo de perjurii crimine et falsitatis culpa notatus, quia, contra juramentum prestitum, se ad loca Urbi vicina contulit et est usus litteris [..] abbatis Sancti Laurentii extra Muros de Urbe, per quem se ab omnibus sententiis latis in ipsum, proponit mendaciter auctoritate apostolica absolutum, cum ex hujusmodi sententiis illas tantummodo mandaverimus relaxari, quas pro eo incurrerat, quod sine nostra licentia Sedem Apostolicam adire presumpsit. Quia vero de premissis, per cardinalem eundem[2] in presentia nostra fideliter recitatis, fieri non potuit plena fides, nos, providere volentes ut dictum monasterium, quod in tanto dolemus haberi discrimine constitutum, saltem ad presens expectate dudum reformationis consequatur effectum, mandavimus[1] ut[2], nullis litteris obstantibus super hiis a Sede Apostolica impetratis et processibus habitis per easdem, sive quod una partium, ex nostro et Grandimontensis statuto ordinis, et altera, ex prestito juramento, absque nostro speciali mandato Sedem Apostolicam adire non possunt, dicto J[ohanni] festum Omnium Sanctorum proximo futurum prefigeres terminum peremptorium, quo, duos clericos et totidem conversos, timentes Deum et ejusdem ordinis zelatores, secum habens, cum regula, institutionibus, privilegiis, rationibus ac aliis munimentis suis ad hujusmodi negotium facientibus, se apostolico conspectui presentarent[3], ut super hiis quod expedire viderimus, actore Domino, disponere curaremus[4], et dicto Helie, cui dictum terminum per cardinalem eundem prefigi fecimus, ut cum duobus clericis et totidem conversis simili modo compareat coram nobis, pro se ac eisdem de bonis ipsius monasterii expensas ad prosecutionem dicti negotii necessarias facias ministrari; contradictores etc. Quia vero[5], eodem H[elia] postmodum carnis debitum exolvente, clerici et conversi qui cum eo venerant, instanter pro se et sibi adherentibus petierunt ut ne idem ordo irreparabile ex predictis et aliis causis incurreret detrimentum, occurrere deberemus : nos, eundem ordinem paterno prosequentes affectu, et volentes ejus indempnitatibus, antequam idem sic prorsus corruat, quod adicere non valeat ut resurgat[6], quantum cum Deo possumus, salubribus remediis precavere, mandamus quatenus, juxta primi mandati nostri tenorem, dicto J[ohanni] de Aquila octavas Nativitatis Dominice prefigas terminum peremptorium, quo, duos clericos et duos conversos [etc., ut supra, in presentibus litteris, usque :] se apostolico conspectui representent, ut super hiis [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] Domino, disponamus, totidem clericis et conversis pro parte

1. Cf. Hebr. XI, 37.

2. « S[tephanus], tituli Sancte Marie Transtyberim presbiter cardinalis », mentionné dans cette bulle beaucoup plus haut.

1. Le mot *mandavimus*, écrit sur un grattage, est le résultat d'une correction.

2. *Ms.* : $\overset{t}{u}$.

3. *Ms.* : representent, *changé en* presentarent.

4. Les mots *curaremus et dicto*, écrits sur un grattage, résultent d'une correction.

5. Tout ce qui suit, depuis : « Quia vero ... », jusqu'à la fin, y compris la date, est une addition postérieure, ajoutée en marge ; la date primitive, qui était : « Dat. Laterani, VIIII kalendas augusti, anno quartodecimo » (Latran, 24 juillet 1240), a été exponctuée.

6. Cf. Ps. XL, 9.

altera de bonis monasterii expensas ad prosecutionem dicti negotii necessarias faciens ministrari; contradictores etc. Nos enim clericis et conversis qui cum predicto H[elia] pro se et sibi adherentibus venerant, ut totidem clericos et conversos, qui Deum timeant et suum zelentur ordinem, coram nobis eodem termino dirigere debeant, mandari fecimus per cardinalem jamdictum, eundem terminum ipsis auctoritate nostra peremptorium prefigentem. Dat. apud Criptam Ferratam, VIIII kalendas septembris, anno quartodecimo. »

5269 Latran, 22 mai 1240.

Episcopo Norwicensi, contra quem « nonnulli discordiarum » et litium amatores » frequenter apostolicas litteras impetrabant, quibus ad partes a sede Norwicensi remotas trahebatur, indulget « ut per apostolicas litteras ultra duas a predicta » sede dietas super rebus que infra ipsas » consistant, nec ipse nec, ipsius nomine, ipsius officiales trahi possint inviti, nisi illae litterae de praesenti indulgentia expressam fecerint mentionem, aut contra eandem indulgentiam aliquod rationabile « proponatur, per quod etiam ultra dietas easdem » ipse et iidem officiales teneantur conquerentibus respondere. — (Reg. 20, f. 24 r°; ann. XIV, c. 135.)

« .. *episcopo Norwicensi.* Quanto specialius personam —. Dat. Laterani, XI kalendas junii, anno quartodecimo. »

5270 Latran, 20 avril 1240.

« In eundem modum *eidem.* [Ei indulget ut, — cum ab ipso episcopo et ipsius praedecessoribus fuisset « nonnullis » clericis in beneficiis ecclesiasticis que ad institutionem » episcopalem » pertinebant, et in pensionibus annuis, etiam de camera episcopali et quorundam ipsius episcopi subditorum, ad mandatum apostolicum provisum, — de cetero per litteras apostolicas quae de praesenti indulgentia non fecerint mentionem, alicui providere invitus non cogatur.] Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno quartodecimo. » — (Reg. 20, f. 24 r°.)

5271 Latran, 20 avril 1240.

« In eundem modum *eidem.* [Ei, — quem vocatione regia frequenter oportebat « consiliis regalibus interesse ac majoribus » regni Anglie negotiis imminere », unde expediebat ipsum episcopum habere aliquos clericos sibi « familiariter assis- » tentes, scientia et moribus decoratos, quorum consilio et » auxilio debitum officii pastoralis et predicta negotia faci- » lius et melius » ipse episcopus exsequatur, — concedit ut cum quinque clericis suis, obtinentibus talia beneficia, quibus, consideratis meritis eorundem, non possint commode sustentari, valeat dispensare quod eorum quilibet, praeter obtentum beneficium, unicum aliud, et si curam habeat animarum, recipere et retinere possit.] Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno quartodecimo. » — (Reg. 20, f. 24 r°.)

5272 Latran, 25 juillet 1240.

Priori et conventui Dunelmensibus, qui conventum [seu collegium] ipsorum cupiebant vicenario monachorum numero adaugere, quo possint « hospitalitatis operibus habundantius » imminere », significat se ecclesiam Sancti Petri de Hoveden (= Howden), Eboracensis dioecesis, ad ipsorum praesentationem spectantem, in qua etiam ipse prior, ratione prioratus, jus archidiaconale obtinebat, ipsorum usibus deputare, eisque concedit ut ejusdem ecclesiae, cum vacaverit, possessionem eis liceat ingredi et tenere; « proviso quod in ea sta- » tuatur perpetua vicaria, ad quam loci diocesano instituen- » dus idoneus vicarius presentetur, cui de ipsius ecclesie » proventibus, pro consuetis et debitis servitiis et oneribus » supportandis, congrua portio assignetur ». — (Reg. 20, f. 24 r°; ann. XIV, c. 136.)

« .. *priori et conventui Dunelmensibus.* Ecclesiam vestram tanquam —. Dat. Laterani, VIII kalendas augusti, anno quartodecimo. »

5273 Grotta Ferrata, 2 août 1240.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, scribit : « Si con- » tingeret quod venerabilis frater noster .. Lingonensis epis- » copus postulationi Leodiensis ecclesie de se facte minime » consentiret, labores et studeas diligenter quod talis ecclesie » preficiatur eidem, qui tanto congruat oneri et honori, et » Sedi Apostolice sit devotus. » — (Reg. 20, f. 24 r°; ann. XIV, c. 137; — J. P. Kirsch, *Das Lütticher Schisma vom Jahre 1238*, in *Römische Quartalschrift für christliche Alterthumskunde und für Kirchengeschichte*, t. III (1889), p. 202, n. 18.)

« .. *episcopo Prenestino*[1], *Apostolice Sedis legato.* Si contingeret quod —. Dat. apud Criptam Ferratam, IIII nonas augusti, anno quartodecimo. »

5274 Grotta Ferrata, 11 août 1240.

Abbatissae et conventui monasterii Fontis Ebraudi, quae jamdudum cum episcopo Pictavensi litigabant super eo quod idem episcopus jus visitandi praedictum monasterium

1. *Sic*, exceptionnellement, comme dans l'adresse du n° 5067.

sibi vindicabat, significat ipsas ab instantia judicii ex parte ejusdem episcopi facta absolvi. — (Reg. 20, f. 24 v°; ann. XIV, c. 138; — Moreau 1193, f. 98.)

« .. *abbatisse et conventui monasterii Fontis Ebraudi.* Exhibita nobis olim venerabilis frater noster .. Pictavensis episcopus petitione monstravit quod, cum idem ad vestrum monasterium accessisset, lege sibi, ut dicebat, diocesana subjectum, tam auctoritate nostra quam sua visitationis, correctionis et reformationis ibidem officium impensurus, te, filia abbatissa, absentante per contumaciam seu etiam latitante, .. prior, .. priorissa, fratres et sorores ejusdem monasterii, parrochialis ecclesie ac etiam totius ville ipsi episcopo et ejus sociis introitu denegato, ut visitationem, correctionem et reformationem possent evadere, ac si monasterium ipsum esset exemptum, in vocem appellationis frivole prorupserunt, pretendentes quod .. abbas Belli Loci et sui college, qui ad visitanda loca exempta Burdegalensis provincie a nobis fuerant deputati, dictum monasterium visitarant et quod .. thesaurarium Turonensem et collegas suos conservatores privilegiorum ipsius monasterii sub certa forma a Sede Apostolica obtinebant; de quibus privilegiis eidem episcopo vel procuratoribus ejus fidem facere noluerunt, quamvis ex parte ipsius episcopi tam ipsi quam predicti, qui se conservatores eorumdem privilegiorum esse dicebant, fuissent pluries requisiti; propter quod ne dicti conservatores contra eundem episcopum vel ecclesiam suam in aliquo procederent, non facta fide de ipsis privilegiis, fuit ex parte ipsius episcopi ad Sedem Apostolicam appellatum. Cumque super hiis ad venerabilem fratrem nostrum .. Rothomagensem archiepiscopum et conjudices suos, de cujusdam qui se pro procuratore vestro gerebat, assensu, quasdam a nobis obtinuerit[1] litteras, continentes ut, vocatis propter hoc evocandis, et inquisita super premissis et aliis que proponerentur hinc inde, diligentius et cognita veritate, causam sufficienter instructam ad examen apostolicum remittere procurarent, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo cum privilegiis, instrumentis et aliis ad causam facientibus nostro se conspectui presentarent, justam, auctore Domino, sententiam recepture : proponentibus postmodum vobis quod dicti judices per sex dietas a diocesi Pictavensi distabant, et tempore quo predictus procurator vester in judices consensit eosdem, ejus erat procuratio, dato a vobis alio, revocata, nos, ut parceretur laboribus partium et expensis, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo et dilecto filio .. abbati Majoris Monasterii Turonensibus direximus scripta nostra ut, si nondum per primos judices esset super negotio principali processum, ipsi in eo, previa ratione, procederent juxta traditam ipsis formam. Partibus igitur in ejusdem archiepiscopi Turonensis suique college presentia constitutis, episcopus proposuit supradictus quod prefatum monasterium erat sibi lege diocesana subjectum, et a fundatore ipsius censuale annis singulis in duodecim denariis monete currentis reddendis Pictavensi capitulo constitutum, ac plenum jus subjectionis a bone memorie Calone, quondam Pictavensi episcopo, coram felicis recordationis Adrian[o quarto] papa, predecessore nostro, contra idem monasterium obtentum contradicto judicio, et ab eodem Adriano etiam confirmatum, nec non absque contradictione aliqua usque ad hec tempora pacifice ab ipso et suis antecessoribus sic possessum. Sed, cum idem episcopus ad predictum monasterium auctoritate nostra et sua personaliter accessisset, visitationis, correctionis et reformationis ibidem officium impensurus, te, filia abbatissa, absentante per contumaciam seu etiam latitante, [..] prior, [..] priorissa, fratres et sorores loci ejusdem non solum procurationem suam, sed etiam monasterii et parrochialis ecclesie ac domorum ville ipsi episcopo et ejus sociis ingressum contra justitiam denegarunt. Insuper, procurantibus vobis, .. thesaurarius Turonensis et college sui, quos conservatores privilegiorum vestrorum dicebatis vobis ab Apostolica Sede concessos, de quibus privilegiis eidem episcopo fidem facere noluerunt, pluries requisiti, sententiam interdicti quam idem episcopus in eadem monasterium et ecclesiam, exigente contumacia vestra, rationabiliter tulerat, se protectioni Sedis Apostolice supponendo, post appellationem ad nos legitime interpositam de facto relaxare temere presumpserunt. Quare petebat ut, veritate super premissis ab eisdem judicibus inquisita, vos ad correctionem, visitationem, reformationem [et] procurationem, et ad exercendum plenum jus episcopale per vos[1], admittere cogeremini episcopum memoratum, et quod per eosdem thesaurarium Turonensem ejusque collegas contra sententiam dicti episcopi est perperam attemptatum, irritari seu irritum nuntiari, nec non pro tanto contemptu, injuriis et dampnis eidem illatis, ad valorem mille marcarum argenti a vobis satisfactionem jamdicto episcopo exhiberi; procuratore vestro contenta in libello ejusdem episcopi esse vera et debere fieri

1. Il faut entendre : « a nobis episcopus Pictavensis obtinuerit. »

1. *Sic*, peut-être pour *super vos*.

petita negante. Prefati vero judices, credentes litem esse super premissis, excepta causa dampnorum et injuriarum, legitime contestatam, sicut ex actis evidenter apparuit, ad instructionem negotii procedentes, ipsum instructum, quatenus instrui potuit, ad examen apostolicum remiserunt. Procuratoribus igitur partium propter hoc apud Sedem Apostolicam constitutis dilectum filium nostrum Stephanum, tituli Sancte Marie Transtiberim presbiterum cardinalem, concessimus auditorem; qui ea que fuerunt hinc inde proposita coram eo, nobis et fratribus nostris prudenter et fideliter recitavit. Nos itaque, attendentes quod auctoritate rescripti nostri, in quo non nisi dampna et injurie exprimuntur, per illam generalem clausulam *et aliis* causa status non poterat in judicium de jure deduci, cum per hujusmodi clausulas generales non nisi equalia vel minora rite in judicium deducantur, presertim cum, omissa causa dampnorum et injuriarum hujusmodi, factus sit transitus ad majora, quodque coram predictis judicibus per Summum Pontificem petebatur vos ad predicta compelli, ac per hoc litem contestatam non esse, de fratrum nostrorum consilio vos ab instantia judicii duximus absolvendas. Dat. apud Criptam Ferratam, III idus augusti, anno quartodecimo. »

5275 Grotta Ferrata, 3 août 1240.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, cujus consilio praepositus et capitulum Leodienses [Robertum de Torota], Lingonensem episcopum, in pastorem suum postularant, qui consensum suum beneplacito voluntatis pontificiae subjecerat, scribit se legato ipsi suas vices super hoc negotio delegare nolle, sed Senonensi et Rothomagensi archiepiscopis mandasse ut, requisita ejusdem Lingonensis episcopi voluntate, si postulationi consenserit antedictae, ipsum a spirituali vinculo quo ecclesiae Lingonensi teneatur, absolventes, eundem ad Leodiensem ecclesiam transferrent; addit quibus de causis non viderit annuendum quod a Sede Apostolica fuerit postulatum, de reservanda ad tempus praedicto Lingonensi episcopo, si ad Leodiensem ecclesiam transferatur, eadem Lingonensi ecclesia. — (Reg. 20, f. 25 r°; ann. XIV, c. 139; — Moreau 1193, f. 85; — Potthast 10923; — cf. *supra*, n° 5273.)

« .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato.* Leodiensi ecclesia pastore vacante, dilecti filii .. prepositus et capitulum ejusdem ecclesie, vocatis qui fuerant evocandi, die ad eligendum futurum pontificem assignata convenientes in unum, post multiplices habitos de ipsius ecclesie provisione tractatus, in dilectum filium Johannem decanum et quosdam alios canonicos ecclesie memorate compromiserunt unanimiter sub hac forma, ut ipsi, nominando, eligendo, postulando vel quolibet alio modo, cum consilio tuo providerent eidem ecclesie de pastore; qui sine more dispendio ad presentiam tuam personaliter accedentes, tractatu prehabito diligenti, venerabilem fratrem nostrum .. Lingonensem episcopum in pastorem ecclesie prelibate, de consilio tuo, concorditer postularunt; propter quod predicti prepositus et capitulum, hec omnia seriatim suis nobis litteris exponentes, a nobis humiliter petierunt ut, cum Leodiensis ecclesia, propter diutinam pastoris absentiam, pro majori parte in spiritualibus et temporalibus sit collapsa, prefatum episcopum taliter postulatum ad eandem ecclesiam dirigere curaremus. Ipse vero, cum a te et ex parte capituli prenotati ejus super hoc fuisset requisitus assensus, consensum suum, tanquam vir providus et discretus ac Ecclesie Romane devotus, per litteras suas nostre subjecit beneplacito voluntatis. Nos autem, licet devotionem ipsius dignis super hoc in Domino laudibus commendemus, nolentes hoc assumere nobis onus, cum idem Lingonensis et Leodiensis ecclesiarum statum suis nobis litteris duxerit exprimendum, nec vices nostras super hoc tibi negotio delegare, cum, honestate pensata, illud tibi videretur indignum quod de tuo fuerat consilio procuratum, venerabilibus fratribus nostris .. Senonensi et .. Rothomagensi archiepiscopis nostris dedimus litteris in mandatis ut, requisita ejusdem episcopi voluntate, si postulationi consenserit antedicte, ipsum a spirituali quo tenetur ecclesie Lingonensi, absolventes vinculo, vice nostra, transferant ad ecclesiam Leodiensem eundem, transeundi ad ipsam liberam sibi licentiam concedendo. Ceterum, quod a nobis de reservanda eidem ad tempus ecclesia Lingonensi, si ad Leodiensem ecclesiam transferatur, extitit postulatum, communicato fratrum consilio, salva conscientia, multis ex causis non vidimus annuendum: primo, propter periculum animarum quod exinde sequeretur, si Lingonensis ecclesia remaneret pastoris solacio destituta; secundo, propter scandalum quod apud karissimum in Christo filium nostrum .. regem Francorum illustrem et capitulum ecclesie Lingonensis, cum una ecclesiarum ipsarum sit de Imperio et altera de regno Francorum, posset ex reservatione hujusmodi suboriri; tertio, quod, cum Lingonensis ecclesia non paucis sit debitis obligata, oporteret eandem majori subici oneri debitorum, quibus forte non posset magno tempore relevari. Porro, si ad tempus duorum vel trium annorum Lingonensis ecclesia taliter teneretur Leodiensi ecclesie, in tam modico tempore parum aut nichil per illam utilitatis

accresceret, et adversarios duros habeat[1] et potentes, qui bellicis nituntur eandem cladibus molestare; et si, annis completis eisdem, gratia majoris temporis peteretur ac Apostolica Sedes annueret postulatis, Lingonensis ecclesia, sicut firmiter creditur, grave temporalium detrimentum esset, preter animarum periculum, incursura. Verum, cum Romana Ecclesia episcopo et capitulo Leodiensibus prelibatis pie matris affectu adesse proponat favorabiliter et benigne, parati sumus consilium et juvamen apponere, si alio modo, secundum Deum, possumus eisdem pro relevandis ipsorum necessitatibus subvenire. Dat. apud Criptam Ferratam, III nonas augusti, anno quartodecimo. »

5276 Grotta Ferrata, 3 août 1240.

« In eundem modum .. *Senonensi et .. Rothomagensi archiepiscopis*, usque : procuratum, fraternitati vestre, de qua fiduciam gerimus in Domino specialem, presentium auctoritate committimus, ut requisita [etc., ut supra, in precedenti epistola, usque :] licentiam concedendo. Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 25 v°; — Moreau 1193, f. 87 v°.)

5277 Grotta Ferrata, 18 août 1240.

Episcopis per marchiam Anconitanam constitutis mandat quatenus, mandatum apostolicum de cucullis nigri coloris ab Eremitis fratris Johannis Boni, ordinis sancti Augustini, ferendis relaxantes, praedictos Eremitas ad cucullas de cetero gestandum discinctas, post terminum quem Firmanus episcopus et abbas Clarae Vallis de Cliento, Cisterciensis ordinis, Camerinensis dioecesis, eisdem Eremitis duxerint praefigendum, per censuram ecclesiasticam compellant. — (Reg. 20, f. 25 v°; ann. XIV, c. 140; — Moreau 1193, f. 102; — Potthast 10932; — cf. *supra*, n. 5122 et 5260.)

« *Universis episcopis per Anconitanam marchiam constitutis*. Dudum apparuit in partibus Lombardie etc., ut supra, in prima littera libri —. Dat. apud Criptam Ferratam, XV kalendas septembris, anno quartodecimo. »

5278 Grotta Ferrata, 21 août 1240.

Episcopo Firmano et abbati Clarae Vallis de Cliento (= de Cliente seu Chienti), Cisterciensis ordinis, Camerinensis dioecesis, de eadem re scribens, significat se universis episcopis de Anconitana marchia praecepisse « ut singuli per » suas civitates et dioeceses fratrem Andream priorem et » Eremitas ejusdem provincie sibi subjectos », post terminum quem ipsi episcopus Firmanus et abbas Clarae Vallis de Cliento eisdem Eremitis duxerint praefigendum, « cucul» las discinctas gestare » compellerent; eis mandat quatenus priori et Eremitis praedictis ad hoc faciendum competentem terminum praefigant. — (Reg. 20, f. 25 v°; ann. XIV, c. 141; — Potthast 10933[1].)

« .. *episcopo Firmano et .. abbati Clare Vall*[*is*] *de Cliento, Cisterciensis ordinis, Camerinensis diocesis*. Cum venerabilibus fratribus —. Dat. apud Criptam Ferratam, XII kalendas septembris, anno quartodecimo. »

5279 Grotta Ferrata, 23 août 1240.

Eisdem per iterata scripta mandat quatenus fratri Andreae priori et Eremitis Anconitanae marchiae, ad gestandum cucullas discinctas proximum festum Nativitatis Dominicae terminum praefigant. — (Reg. 20, f. 25 v°; ann. XIV, c. 142; — Potthast 10934.)

« *Eisdem*. Licet vobis dederimus —. Dat. apud Criptam Ferratam, X kalendas septembris, anno quartodecimo. »

5280 Grotta Ferrata, 27 août 1240.

Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum praelatis ad quos litterae istae pervenerint, mandat quatenus singuli per suas dioeceses et parochias annuatim nuntiari faciant ne quis quibusdam fraudulentis hominibus, qui, beati Antonii nuntios se ipsos appellantes, devotione fidelium erga ecclesiam Sancti Antonii, Viennensis dioecesis, abutebantur, eleemosynas eroget; summas sic extortas faciant, cum potuerint, illis qui eas dederant, ab istis restitui. — (Reg. 20, f. 25 v°; ann. XIV, c. 143; — Moreau 1193, f. 105; — cf. *ibid.*, f. 104, *fragm.*, ex Raynaldo; — Potthast 10935, *omisso initio*.)

« *Archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatis ad quos littere iste pervenerint*. Dilecti filii .. abbas et conventus Montis Majoris nostris auribus intimarunt quod, cum ecclesia Beati Antonii, Viennensis diocesis, ad eorum monasterium de jure pertineat, infirmi qui per ejus merita divina sunt virtute curati, domum in ejusdem ecclesie parrochia construxerunt; contra quam

1. *Sic*, peut-être pour *haberet*. — Il faut, semble-t-il, entendre : « *Lingonensis ecclesia* haberet duros et potentes adversarios, qui nituntur eandem *ecclesiam Leodiensem* bellicis cladibus molestare. »

1. L'analyse de Potthast est inexacte.

ecclesiam calcaneum erigentes[1], illam multipliciter impugnare presumunt. per diversas provincias temerarios destinando questores, qui beati Antonii nuntios se appellant, et, nunc falsas remissionis litteras sub nostro nomine demonstrantes, nunc ossa ipsius sancti se mentientes afferre, aliquando autem veros servitores ejusdem ecclesie infamantes, et in stratis publicis obicientes sese credulis peregrinis, locumque prefati sancti propter latronum insidias inaccessibilem asserentes, elemosinas nomine suo petunt et eas interdum copiose receptas ecclesie non restituunt, sed turpiter conversando consumunt, ut de aliis abhominationibus taceatur quas, mensam linteo coopertam, suppositis ossibus et manibus seu pedibus crematorum, devotis populis quasi venerabilem exhibentes, ad extorquendum oblationes exercent. Nolentes igitur, sicut etiam nec debemus, tante presumptionis abusum coniventibus oculis pertransire, universitati vestre districte precipiendo mandamus quatenus singuli vestrum faciatis per vestras dioceses et parrochias annis singulis publice nuntiari, ne quis elemosinas suas eroget questoribus hujuscemodi, nomine beati Antonii, sed eos maxime qui se a nobis remissionis habere litteras mentiuntur, tamquam falsarios persequatur. Ea vero que talibus questoribus hactenus esse collata noveritis, eis a quibus extorta fuerunt, restitui, si commode fieri poterit, faciatis; alioquin quilibet vestrum in usus pauperum sue diocesis, que a parrochianis suis constiterit exacta, convertat. Contradictores etc. Dat. apud Criptam Ferratam, VI kalendas septembris, anno quartodecimo. »

5281 Grotta Ferrata, 5 août 1240.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, significat se causam quae inter abbatem et conventum Majoris Monasterii Turonensis, ex una parte, et comitem Blesensem, ex altera, vertebatur, Rothomagensi archiepiscopo olim commissam, ad examen Apostolicae Sedis evocare, eique mandat quatenus partibus terminum competentem assignet, quo apostolico conspectui se praesentent. — (Reg. 20, f. 26 r°; ann. XIV, c. 144; — Moreau 1193, f. 89; — cf. *supra*, n° 4524.)

« .. *episcopo Prenestino*[2], *Apostolice Sedis legato*. Dilecti filii .. abbas et conventus Majoris Monasterii Turonensis, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, nobis insinuare curarunt quod, cum causam que inter ipsos, ex una parte, et nobilem virum .. comitem Blesensem, Carnotensis diocesis, ex altera, vertitur, venerabili fratri nostro .. Rothomagensi archiepiscopo duxerimus committendam, inter cetera mandantes eidem ut custodes et armatos ab ipso comite in eodem monasterio et in locis ad ipsum spectantibus positos, faceret sine difficultate ac dilatione qualibet removeri, et satisfieri de dampnis et injuriis eisdem abbati et conventui irrogatis : idem archiepiscopus mandatum nostrum per annum et amplius non solum exequi non curavit, verum etiam abbatem et conventum gravavit multipliciter supradictos, exceptionem spoliationis ex parte ipsorum contra dictum comitem propositam coram eo, admittere, ac eorum testes super exhibitis articulis super quibus interrogati seu examinati non fuerant, interrogare seu examinare contra justitiam recusando, citando etiam eos ad locum incertum, ut coram ipso, die statuta, ubi eum esse contingeret, comparerent; propter quod oportebat abbatem et sindicum prefati monasterii post archiepiscopum eundem discurrere, non sine gravibus laboribus et expensis; et etiam hac occasione aliquando ultra quartam dietam extra suam diocesim trahebantur, licet in litteris nostris id inhiberetur expresse. Et, cum pro manifestis offensis, juxta mandatum nostrum, dictus comes, antequam absolveretur, sufficientem prestare deberet emendam, idem archiepiscopus interloquendo pronuntiavit prefatum comitem absolvendum, nulla satisfactione pro ipsis prestita, nec in pronuntiatione quod prius prestaretur, adjecto; ipsumque, custodibus et armatis ejus a prefato monasterio et locis ad illud pertinentibus non amotis, nec bonis ipsorum restitutis eisdem, ultra quartam dietam, ac quosdam ipsius comitis homines, pro injuriis eisdem abbati et conventui irrogatis excommunicationis vinculo innodatos, predictis abbate et conventu non citatis ad hoc nec etiam requisitis, non solum ultra quartam, immo ultra quintam ab eorum diocesi remotus existens, absolvit. Unde iidem abbas et conventus, sentientes in hiis et aliis indebite se gravari, nostram audientiam appellarunt. Nos vero, finem litibus imponere cupientes, ne prorogatio judicii partibus sit dampnosa, et quia vix creditur idem negotium posse in partibus illis hoc tempore terminari, ipsum ad examen Sedis Apostolice, de fratrum nostrorum consilio, revocamus, fraternitati tue per apostolica scripta mandantes quatenus assignes partibus terminum peremptorium competentem, quo per se vel per procuratores idoneos, cum actis, munimentis et rationibus idem negotium contingentibus, nostro se conspectui representent. justam, actore Domino. sententiam

1. Cf. Johan. XIII, 18.

2. Cf. les adresses des pièces 5067 et 5273.

recepture. Nichilominus autem predicto comiti auctoritate nostra districtius inhibere procures ne ipse, pendente prefato negotio, eidem monasterio vel membris ejus aliquam inferat molestiam seu gravamen, ipsum, si necesse fuerit, ab hujusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. apud Criptam Ferratam, nonis augusti, anno quartodecimo. »

5282 Grotta Ferrata, 1er août 1240.

Archiepiscopo Viennensi, nec non Biterrensi et Carcassonensi episcopis significat se ecclesiam Lectorensem a contributione ecclesiis Auxitanae et aliarum provinciarum imposita, ad solvenda debita comitis Montis Fortis, absolvisse, et statuisse ut pars tertia taxationis Auxitanae provinciae inter Narbonensem, Tholosanam, Agennensem et Pictavensem ecclesias divideretur; eis itaque mandat quatenus archiepiscopum Auxitanum ejusque provinciam non jam mille et quingentas, sicut antea ipsi statuerant, sed mille tantum libras Turonensium eadem occasione solvere compellant. — (Reg. 20, f. 26 r°; ann. XIV, c. 145; — Moreau 1193, f. 79; — cf. *supra*, n. 3926.)

« .. *archiepiscopo Viennensi, .. Biterrensi et .. Carcasonensi episcopis.* Venerabilium fratrum nostrorum .. archiepiscopi Auxitani, nec non episcoporum, et dilectorum filiorum prelatorum et capitulorum et conventuum provincie Auxitane nobis exhibita petitio continebat quod, cum olim vobis dederimus nostris litteris in mandatis, ut ipsi octo milia librarum Turonensium minus centum[1], quas nobilis vir .. comes Montis Fortis, qui pro negotio pacis et fidei quondam in partibus Albigen[sium] diutius laboravit, venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Burdegalensi et .. episcopo Agennensi, Raimundo de Caturco laico ac executoribus testamenti quondam Johannis Biston[2], et Petro de Borneol.[3], infra certos terminos solvere tenebatur, Viennensis, Arelatensis, Narbonensis, Auxitane et Burdegalensis provinciarum, et Albigensis, Caturcensis, Mimatensis et Ruthenensis diocesum ecclesiis, pensatis facultatibus earumdem, proportionaliter imponere deberetis, dictis creditoribus persolvendas, eos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo : vos, tenuitate proventuum ecclesiarum Auxitane provincie non pensata, ipsis contemptis nec vocatis, mille ac quingentas libras Turonen[sium] minus provide imposuistis ipsi provincie, memoratis creditoribus nomine ipsius comitis persolvendas ; propter quod ex parte ipsorum fuit ad nostram audientiam appellatum. Nos igitur, quia solent onera levius supportari portantium humeris coaptata, taxationem vestram eidem provincie impositam duximus moderandam, statuentes ut, venerabili f[ratre] nostro .. Lectorensi episcopo, qui, pro suis et ecclesie sue negotiis diu apud Sedem Apostolicam constitutus[1], gravia subiit onera expensarum, una cum sua diocesi a contributione hujusmodi absoluto, ex eis centum et L ve[nerabiles] f[ratres] n[ostri] .. archiepiscopus Narbonensis, nec non centum et L .. Tolosanus, centum [..] Agennensis, centum vero .. Pictavensis episcopi, priori eis imposita taxatione servata, prefatis creditoribus, nomine ipsius comitis, sine qualibet difficultate persolvant. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus, revocato in irritum quicquid post appellationem hujusmodi est presumptum, prefatum archiepiscopum Auxitanum et ipsius provinciam terminis constitutis a vobis mille libras solvere compellatis, facientes residuum dicte pecunie memoratis creditoribus juxta ordinationis vestre tenorem sine qualibet difficultate persolvi. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. apud Criptam Ferratam, kalendis augusti, anno quartodecimo. »

5283 Latran, 19 juillet 1240.

Archiepiscopo Auxitano de eadem re scribens, eum rogat et monet quatenus, pro ejusdem comitis Montis Fortis debitis solvendis, residuum pecuniae primitus provinciae Auxitanae, juxta ordinationem archiepiscopi Viennensis, nec non Biterrensis et Carcassonensis episcoporum, impositae, id est mille libras Turonensium, sine difficultate persolvat. — (Reg. 20, f. 26 v°; ann. XIV, c. 146; — Moreau 1193, f. 81.)

« .. *archiepiscopo Auxitano.* Apostolice Sedis benignitas —. Dat. Laterani, XIIII kalendas augusti, anno quartodecimo. »

5284 Grotta Ferrata, 1er août 1240.

Priori et conventui monasterii de Thefordia (= Thetford),

1. Les diverses sommes énumérées dans la pièce 3926 forment effectivement un total de 7.900 livres.

2. Dans la pièce 3926 : « quondam Johannis Bistani. »

3. Dans la pièce 3926 : « Petro de Barneol. »

1. Nous avons vu, en effet, cet évêque figurer le 2 août 1239, c'est-à-dire juste un an avant la date de la présente bulle, comme témoin dans un acte de Robert, cardinal-diacre de Saint-Eustache, passé à Anagni, où le pape se trouvait alors (n° 4940).

Cluniacensis ordinis, Norwicensis dioecesis, quorum monasterium gravibus debitis premebatur, ad quorum solutionem propriae eis facultates non sufficiebant, concedit ut ecclesiam de Nothelia (= Notley), Londoniensis dioecesis, in qua jus patronatus asserebant se habere, possint, rectore ipsius cedente vel decedente, in usus proprios retinere; ita tamen quod in ea faciant « per idoneum vicarium deserviri, cui » tantum de ipsius ecclesie proventibus assignetur, quod » plene sufficiat ad ejusdem onera subeunda, in omnibus » dioecesani episcopi jure salvo ». — (Reg. 20, f. 26 v°; ann. XIV, c. 147.)

« .. *priori et conventui monasterii de Thefordia, Cluniacensis ordinis, Norwicensis diocesis.* Congruam officii nostri —. Dat. apud Criptam Ferratam, kalendis augusti, anno quartodecimo. »

5285 Grotta Ferrata, 3 août 1240.

Episcopo Praenestino, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus universis per Burdegalensem provinciam constitutis faciat inhiberi ne in causis suis ab officiali Burdegalensi ad Bituricensem archiepiscopum, omisso Burdegalensi archiepiscopo, appellent. — (Reg. 20, f. 26 v°; ann. XIV, c. 148; — Moreau 1193, f. 83; — cf. *supra*, n° 4936.)

« .. *episcopo Prenestino*[1], *Apostolice Sedis legato.* Olim inter bone memorie .. Bituricensem et venerabilem fratrem nostrum .. Burdegalensem archiepiscopos super jure primatie quod idem Bituricensis in Burdegalensi provincia se habere dicebat, orta materia questionis, ne partes litibus et sumptibus ulterius gravarentur, que diu fuerant occasione hujusmodi fatigate, sic, inter cetera, duximus providendum, quod in causis que coram Burdegalensi archiepiscopo, tam sue diocesis quam provincie, tractabuntur, a Burdegalensi ad Bituricensem archiepiscopum ex causa legitima poterit appellari, illis dumtaxat exceptis, in quibus Burdegalensis predictus actoris aut rei fungetur partibus, quia tunc erit ad Sedem Apostolicam appellandum; in causis vero ad eundem Bituricensem per appellationem delatis, ipse Bituricensis, persona Burdegalensis ejusdem prorsus excepta, jurisdictionem habeat prosecutioni negotii competentem. Cujus provisionis obtentu quidam Burdegalensis provincie, non attendentes, sicut accepimus, prout convenit, diligenter quod consuetudinis curie Burdegalensis approbate fuit hactenus et antique, quod ab officiali Burdegalensi ad Burdegalensem archiepiscopum appellatur, ab officiali predicto ad prefatum Bituricensem, omisso dicto Burdegalensi archiepiscopo, vocem appellationis emittunt. Quare fuit postulatum a nobis[1] ut super hoc congruum remedium apponere curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si rem inveneris ita esse, universis per Burdegalensem provinciam constitutis facias districtius inhiberi ne, omisso Burdegalensi jamdicto, ab eodem officiali ad memoratum Bituricensem archiepiscopum appelletur, appellationibus sic emissis nullum eidem Burdegalensi archiepiscopo prejudicium parituris. Dat. apud Criptam Ferratam, III nonas augusti, anno quartodecimo. »

1. Cf. les adresses des pièces 5067, 5273 et 5281.

1. *Ms.* : vobis.

5286 Grotta Ferrata, 3 août 1240.

Capitulo Sancti Juniani, Lemovicensis dioecesis, scribit : « Cum electionem de dilecto filio magistro Durando, preposito vestro, in Lemovicensi ecclesia celebratam, duxerimus » confirmandam, nos, preposituram ecclesie vestre donationi » apostolice reservantes, persone idonee conferendam, uni- » versitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus » aliquid attemptare de ipsa nullatenus presumatis; nos » enim decernimus irritum et inane, si quid de illa contra » mandatum nostrum fuerit attemptatum. » — (Reg. 20, f. 27 r°; ann. XIV, c. 149; — cf. *supra*, n° 4030.)

« .. *capitulo Sancti Juniani, Lemovicensis diocesis.* Cum electionem de —. Dat. apud Criptam Ferratam, III nonas augusti, anno quartodecimo. »

5287 Latran, 28 juillet 1240.

Cantuariensi archiepiscopo significat se nolle, sicut nec intentionis ipsius papae fuerat, ut per concessionem ipsi archiepiscopo ab ipso papa factam, — videlicet ut, si aliqua ecclesiarum cathedralium seu regularium Cantuariensis provinciae, ipsi archiepiscopo nullo modo subjectarum, cessante impedimento legitimo, ultra tempus a canone statutum vacaret, cujus non esset ad Sedem Apostolicam provisio devoluta, posset eam de persona idonea ordinare, — jus regis Angliae praejudicium patiatur. — (Reg. 20, f. 27 r°; ann. XIV, c. 150; — cf. *supra*, n° 5168.)

« .. *Cantuariensi archiepiscopo.* Licet fraternitati tue —. Dat. Laterani, V kalendas augusti, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5288 Latran, 28 juillet 1240.

Regi Angliae, de eadem re similiter scribens, significat se nolle « ut per concessionem eandem honori regio prejudicium » ullum fiat ». — (Reg. 20, f. 27 r°; ann. XIV, c. 151.)

« .. *illustri regi Anglie.* Licet venerabili fratri —. Dat. ut supra. »

5289 Grotta Ferrata, 5 août 1240.

Episcopo Wratislaviensi [et Gerardo. Cracoviensi scholastico?[1]] mandat quatenus ducem Lancitiae, qui immane flagitium perpetraverat, « quondam J[ohannem], Ploceensis et » Wratislaviensis ecclesiarum scolasticum, — in mortis pati- » bulo perimendo », sed, ad cor reversus, pro satisfactione ejusdem sceleris, Gueznensi, Cujaviensi et Plocensi ecclesiis earumque hominibus et villis maximam contulerat libertatem, ab excommunicatione absolvant, eique talem paenitentiam injungant, « quod tam ipse quam alii metu pene a » similibus arceantur ». — (Reg. 20, f. 27 r°; ann. XIV, c. 152; — Moreau 1193, f. 91, *partim* ex Raynaldo; — Potthast 10924.)

« .. *episcopo Wratislaviensi.* Licet grande scelus —. Dat. apud Criptam Ferratam, nonis augusti, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5290 Grotta Ferrata, 18 août 1240.

Capitulo Dunelmensi significat se Dunelmensem suppriorem, nec non A. et L. monachos, ipsius capituli procuratores, benigne recepisse, et eosdem procuratores, a [T.] priore Dunelmensi plenum mandatum habentes, in ipsius papae manibus resignasse jus quod idem prior habere poterat in electione quam capitulum de ipso fecerat; unde eos monet et hortatur quatenus de persona idonea sibi per electionem canonicam seu postulationem in episcopum provideant. — (Reg. 20, f. 27 v°; ann. XIV, c. 153; — cf. *supra*, n. 4313, 4314, 4548 et 4946.)

« *Capitulo Dunelmensi.* Bone memorie .. suppriorem —. Dat. apud Criptam Ferratam, XV kalendas septembris, anno quartodecimo. »

5291 Grotta Ferrata, 3 septembre 1240.

Decanum et capitulum Londonienses monet et rogat quatenus priori et canonicis ecclesiae Sanctae Trinitatis Londoniensis super concessione eidem ecclesiae Sanctae Trinitatis olim a Roberto, Londoniensi episcopo, facta de ecclesia de Bromfeld (= Broomfield), Londoniensis dioecesis, testimoniales suas litteras concedant. — (Reg. 20, f. 27 v°; ann. XIV, c. 154.)

« .. *decano et capitulo Londoniensibus.* Non expedit neque —. Cum igitur bone memorie Robertus, Londoniensis episcopus, paupertatem dilectorum filiorum .. prioris et canonicorum ecclesie Sancte Trinitatis Londoniensis, ordinis sancti Augustini, pia meditatione considerans, sicut eorum nobis exhibita petitio continebat, ecclesiam de Bromfeld, Londoniensis diocesis, .. rectoris et .. patroni ipsius accedente consensu, quinquaginta annis et amplius jam elapsis, in usus proprios perpetuo tenendam consideratione provida concessisset, et fecisset eos per loci archidiaconum in corporalem predicte ecclesie possessionem induci — : universitatem vestram monemus — quatenus concessioni episcopi supradicti — benignum prestetis assensum, super hoc predictis priori et canonicis vestras testimoniales litteras concedentes —; alioquin — vobis — duximus injungendum ut super eadem ecclesia de Bromfeld dictos priorem et canonicos non presumatis indebite molestare —. Dat. apud Criptam Ferratam, III nonas septembris, anno quartodecimo. »

5292 Grotta Ferrata, 1er septembre 1240.

Potestati, consilio et populo Spoletanis, in devotione Romanae Ecclesiae persistentibus, redditus quos eadem Ecclesia in dioecesi Spoletana obtinebat, exceptis redditibus ad ipsius Ecclesiae munitionum custodiam deputatis, concedit. — (Reg. 20, f. 27 v°; ann. XIV, c. 155; — Moreau 1193, f. 212; *ibid.*, f. 107, ex Raynaldo; — Potthast 10936; — Rodenberg 783.)

« .. *potestati, consilio et populo Spoletanis.* Gaudemus

1. Il est certain que cette lettre, comme le prouvent les expressions *impendentes*, — *injungentes*, — *compellatis*, — était adressée à deux personnes au moins; cependant, dans la table des rubriques comme dans la rubrique même, l'évêque de Breslau est le seul destinataire indiqué. — C'est très vraisemblablement à l'*Historia Polonica* de Dlugosz (Joannes Dlugossus seu Longinus) que Raynaldi (*Annales*, ann. 1240, § 37) a emprunté la mention de ce *Gerardus, scholasticus* (dont il fait un simple *canonicus*) *Cracoviensis*. On lit, en effet, dans Dlugosz, t. I (Leipzig, 1711), col. 666 B, ann. 1240 : « Gregorius nonus... Thomae Wratislaviensi episcopo et Gerardo Cracoviensi scholastico dedit in mandatis, ut, recepta a duce Conrado condigna satisfactione, absolutionis beneficium eidem impenderent. » Theiner, *Monum. Polon.*, I, 35, n° 74, ne mentionne que l'évêque de Breslau.

in Domino —. Dat. apud Criptam Ferratam, kalendis septembris, anno quartodecimo. »

5293 Grotta Ferrata, 26 septembre 1240.

Decano et capitulo Lemovicensibus significat se electionem de magistro Durando, praeposito Sancti Juniani, Lemovicensis dioecesis, in episcopum Lemovicensem celebratam, — ex qua electione diutinae lites ortae erant, — confirmare. — (Reg. 20, f. 27 v°; ann. XIV, c. 156; — Moreau 1193, f. 108; — cf. *supra*, n. 4030 et 5286.)

« .. *decano et capitulo Lemovicensibus*. Ecclesia vestra pastoris solacio destituta, viginti sex canonici ejusdem ecclesie, vocatis qui vocari poterant et de jure debebant, ad electionem celebrandam in capitulo convenerunt: et, Spiritus Sancti gratia, sicut moris est, invocata, de consensu duorum aliorum, juxta ecclesiam in egritudinis lecto jacentium, et cujusdam ex ipsis qui, a capitulo se absentans, consensit expresse ut alii eligerent sine ipso, elegerunt tres de collegio fide dignos, qui, secreto et singillatim vota cunctorum existentium in capitulo et eorum qui extra ecclesiam jacebant infirmi, diligentius inquirentes, redacta in scriptis, publicaverunt ea protinus in communi. Scrutinio igitur publicato, apparuit quod quatuordecim in magistrum Durandum, prepositum Sancti Juniani, eorum concanonicum, convenerunt, preter P., priorem Beneventanum, Lemovicensis diocesis, qui in scrutinio dixit se consentire in illum in quem major et sanior pars capituli conveniret, reliquis vota sua dirigentibus in diversos. Verum, cum illi qui magistrum nominaverant antedictum, reliquos monuissent ut collationem et electionem facerent cum eisdem, renuentibus hoc te, decan[e], et aliis qui diversos inventi sunt in scrutinio nominasse, ac appellantibus ne prepositum eligerent nominatum, tanquam irregularem, ex eo quod sine dispensatione apostolica duas curas animarum haberet, et alias ineligibilem, exigentibus culpis suis: hii qui preposito adherebant, collatione prehabita diligenti, videntes quod ipsi majorem et saniorem partem capituli faciebant, cuidam ex ipsis, Willelmo videlicet de Malo Monte, archidiacono predicte ecclesie[1], communiter injunxerunt ut eundem prepositum vice omnium in episcopum eligeret et pastorem; qui cum elegisset eundem et ejus esset electio sollempniter publicata, idem prepositus, ad multam suorum electorum instantiam, de gratia divina confidens, electioni de se facte consensit, parte altera nichilominus appellationem interpositam innovante. Tandem, cum negotium electionis hujusmodi per appellationem ad nos delatum fuisset, ipsum venerabili fratri nostro .. Penestrino episcopo, apud Sedem Apostolicam constituto, commisimus audiendum. Coram quo petiit .. decanus Sancti Clodoa[l]di[1], Parisiensis diocesis, qui pro electi parte ad curiam venerat procurator, confirmari electionem de ipso canonice celebratam et electo munus consecrationis impendi, presertim cum a pluribus fide dignis de honestate, moribus et scientia per transmissas nobis litteras commendabilis redderetur. Econtra vero Stephanus, procurator adverse partis, litem contestando respondit quod, cum, facto scrutinio de voluntate canonicorum omnium qui tunc in capitulo aderant, quatuordecim tantum ex ipsis, computatis jamdictis duobus infirmis, prefatum prepositum in scrutinio temere nominassent, mox ex parte [..] decani et sibi adherentium, ne ad electionem procederetur ipsius, cum sine dispensatione apostolica duas curas animarum haberet, et alias esset ineligibilis, ad nostram extitit audientiam appellatum; sed illi, appellatione contempta et debita collatione non facta, prepositum ipsum de facto, cum de jure nequiverint, elegerunt; propter quod dicti decanus et sui, appellationem interpositam innovantes, iterum appellarunt. Petebat igitur procurator ipse irritari electionem eandem vel irritam nuntiari, ex eo maxime quia fuit a minori capituli parte presumpta: cum enim, excluso P. de Peirato, qui, juri suo cedens, ab electione se ipsum exclusit, sint in ecclesia Lemovicensi triginta canonici ad quos potestas pertinet eligendi, computatis A., S. et Amelio, qui ante tempus electionis fuerat in canonicum institutus, et tam de jure quam de consuetudine ipsius ecclesie fuerat evocandus, prefatus prepositus, a quatuordecim, computatis infirmis, electus, de jure non poterat obtinere[2]; cujus electio a minori parte totius capituli fuerat celebrata: et ex hoc etiam inferebat prefatum priorem eligentium numerum non augere, qui consensit in eum in quem major et sanior pars capituli conveniret: procuratore partis alterius in contrarium respondente quod, cum dictus Amelius[3], electionis tempore, in Lemovicensi ecclesia jus canonici non haberet, et predicti A. et S., etiam si essent canonici, nullo modo ad elec-

1. Dans la pièce 517., ce *Willelmus de Malo Monte* est qualifié d' « archidiaconus de Combralia, Lemovicensis diocesis ».

1. Ici : *Clodoadi*; plus loin : *Clodoaudi*.

2. Il manque dans cette phrase un ou plusieurs mots, complément de « obtinere ».

3. Il faut, semble-t-il, construire : « quod dictus Amelius, cum, electionis tempore... »

tionem fuerant evocandi, quia, propter etatis defectum, nec stallum in choro nec vocem in capitulo, de consuetudine Lemovicensis ecclesie, obtinebant, et maxime quia sacros ordines non habebant, cum venerabilis frater noster .. Tornacensis episcopus, tunc in partibus illis Apostolice Sedis legatus, duxerit statuendum quod canonici non habeant in capitulo vocem, nisi sint in sacris ordinibus constituti. Unde, ipsis exclusis, apparet quod electio prepositi erat a majori parte capituli celebrata. Et cum quedam tam in personas eligentium quam electi objecta fuissent, que sub bulla nostra fuerant interclusa, de quibus in curia fieri non poterat plena fides, idem negotium venerabili fratri nostro .. Lugdunensi archiepiscopo, de utriusque partis procuratorum assensu, duximus committendum: coram quo exceptionibus contingentibus personas eligentium et electi, a decano et sequacibus ejus fuit in judicio coram eodem archiepiscopo renuntiatum expresse, Willelmo Audeberti postmodum insistente ac se admitti ad probationem earum cum instantia postulante. Sed, cum dictus archiepiscopus ipsum non esse admittendum per interlocutoriam decrevisset, procurator ipsius nostram audientiam appellavit. Postmodum tamen coram eo pluries comparuit in negotio principali. Tandem, inter alia, fuit ex parte ipsorum objectum quod, cum idem prepositus fuerit per predictum W[illelmum de Malo Monte] electus, eis presentibus, nulla collatione premissa, si secundo, ipsis in absentia constitutis, facta fuit electio de eodem, prima non valuit, propter collationis omissionem, nec secunda, tanquam presumpta non cassata priore. Fuit etiam coram eodem Lugdunensi adjectum quod tam electus quam W[illelmus de Malo Monte], qui eum elegerat, ac etiam quidam alii de electoribus supradictis, erant per [..] Lemovicensem episcopum excommunicationis laqueo innodati: qui, auctoritate Tornacensis episcopi, olim Apostolice Sedis legati, sententiam tulerat ut hii qui plures curas animarum haberent, scirent se excommunicationis vinculum incurrisse, si eas post ammonitionem ipsius ultra dies quindecim retinerent; quod per testes et instrumenta nisi sunt comprobare: parte altera respondente monitionem nullatenus processisse, et, si processit, verba illa: « excommuni- » cationis sententiam se noverint incurrisse », tanquam vim sententie non habentia, non ligabant, maxime cum probatum non esset illos plures curas animarum habere. Idem vero archiepiscopus, eligens probabiliter dubitare magis quam temere diffinire, negotium ipsum plene instructum nobis censuit referendum. Tandem, cum idem W[illelmus Audeberti], pro se ac pro decano et sibi adherentibus, et prefatus decanus Sancti Clodoaldi, pro parte altera, ad nostram audientiam accessissent, et partibus dedissemus venerabilem fratrem nostrum .. Sabinensem episcopum auditorem, dictus Willelmus [Audeberti], inter alia, protestatus extitit coram ipso appellationem se velle prosequi ab ipsius procuratore, suo nomine, interjectam, procuratoris facto nequaquam obstante, cum per ipsum juri appellationis prejudicari nequiverit, quod sibi per eum fuerat acquisitum, sed nec lapsus temporis appellationi obstabat, cum per quinque septimanas in veniendo fuisset legitimo impedimento detentus; sed, quia invenimus septem menses de appellationis tempore postquam venit ad curiam, remansisse, quibus potuit, si voluisset, prosequi causam suam, interloquendo pronuntiamus ipsum super hoc audiri de cetero non debere, perpetuum ei super premissis omnibus silentium imponendo. Nos autem, auditis per fidelem relationem auditoris prefati que a partibus fuerunt proposita coram eo, et cum fratribus nostris examinato negotio diligenter, quia invenimus electionem ejusdem prepositi canonice celebratam, cum nichil obviare probatum fuerat de canonicis institutis, ipsam, de fratrum eorumdem consilio, sententialiter confirmamus. Dat. apud Criptam Ferratam, VI kalendas octobris, anno quartodecimo. »

5294 Grotta Ferrata, 29 septembre 1240.

Archiepiscopo Cusentino licentiam concedit postulatam, videlicet ut fratribus Praedicatoribus ecclesiam Sancti Matthaei, juxta Cusentiam sitam, ad archiepiscopalem mensam spectantem, concedat, ad domum sui ordinis construendam; ita quod, assignato per ipsum archiepiscopum eisdem fratribus spatio sufficienti ad construendas domos et ad faciendum claustrum et hortum, reliquae possessiones omnes et redditus ejusdem ecclesiae Sancti Matthaei ad proprietatem praedictae mensae archiepiscopalis integre reserventur. — (Reg. 20, f. 28 v°; ann. XIV, c. 157; — Potthast 10938.)

« .. *archiepiscopo Cusentino.* Licet ad humilem —. Dat. apud Criptam Ferratam, III kalendas octobris, anno quartodecimo. »

5295 Latran, 9 octobre 1240.

Praeposito ecclesiae Sancti Nicolai de Cezannia (= Sézanne), Trecensis dioecesis, significat in civitate Noviomensi, in qua litterati nec tonsura nec habitu a laicis discernebantur, nonnullos esse litteratos, qui tonsuram quam assumpse-

rant et postea abjecerant, resumebant et publice deferebant, ut a communibus civitatis negotiis exonerarentur; unde ei mandat quatenus litteratos praedictos compellat ut cum concivibus suis communia civitatis onera supportent. — (Reg. 20, f. 28 v° ; ann. XIV, c. 158.)

« .. *preposito ecclesie Sancti Nicolai de Cezannia, Trecensis diocesis.* Significarunt nobis .. major et jurati Noviomenses quod nonnulli litterati civitatis Noviomensis, qui nec tonsura nec habitu a laicis discernuntur, ut jurisdictionem eludant eorum et penam debitam de suis excessibus et forefactis evadant, tonsuram et habitum clericalem assumunt; quorum quidam, tali habitu et tonsura relictis, ducunt uxores et, solliciti de hiis que sunt mundi et uxoribus placeant, secularia negotia, sicut alii cives, exercent, et, sepe tonsuram resumentes abjectam, eam publice deferunt, ut, ejus pretextu[1], a communibus civitatis predicte oneribus et negotiis valeant excusari; contra quorum astutias Sedis Apostolice providentiam postularunt. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, litteratos predictos ut cum aliis concivibus supportent communia civitatis onera, sicut debent, mo[nitione] pre[missa], per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, ju[stitia] me[diante], compellas. Dat. Laterani, VII idus octobris, anno quartodecimo. »

5296 Latran, 5 octobre 1240.

Episcopo Maditensi ejusque collegae mandat quatenus, — cum quamplures ex crucesignatis regni Franciae, nec non et dioecesium Tullensis, Virdunensis, Metensis et Leodiensis, vota sua redimere seu prosequi non curarent, et quidam etiam ex illis crucem ab humeris abjecissent, — universos praedictorum regni et dioecesium crucesignatos cogant ut in Terrae Sanctae vel imperii Constantinopolitani subsidium in proximo passagio martii transeant, aut summam quam in Terram Sanctam eundo, morando inibi et exinde redeundo, expensuri forent, ipsi episcopo ejusque collegae assignent. — (Reg. 20, f. 28 v°; ann. XIV, c. 159.)

[.. *episcopo Maditensi et ejus colleg*[*e*][2].] Olim, ut fortius Terre Sancte subvenire possemus, nonnullis nobilibus regni Francie in certis locis redemptiones [votorum] crucesignatorum Terre predicte pauperum, infirmorum et debilium, ac legata in ejusdem Terre subsidium duximus concedenda; in aliis vero locis regni predicti, et in Tullensi, Virdunensi, Metensi et Leodiensi civitatibus et diocesibus, medietatem redemptionum et legatorum ipsorum imperii Constantinopolitani subsidio deputantes, reliquam partem reservari mandavimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis. Verum, cum, exercitu crucesignatorum in Terre predicte transeunte succursum, sicut intelleximus, quamplures in regno et dioc[esibus] predictis, qui, crucis assumpto signaculo, voverant in Terre prefate subsidium proficisci, vota sua redimere seu prosequi non curarint, quin potius quidam ex eis signaculum ipsum ab humeris suis temere abjecisse dicantur : mandamus quatenus universos crucesignatos dictorum regni et diocesum ut in Terre predicte vel Imperii prefati subsidium in proximo passagio martii transire procurent, aut quod, eundo in Terram prefatam, morando inibi et recedendo de ipsa, expensuri forent, sine diminutione qualibet vobis per nuntios et procuratores karissimi in Christo filii nostri B[alduini], imperatoris Constantinopolitani, in ipsius imperii subsidium transmittendum, assignent, indulgentiam que talibus in generali concilio conceditur, habituri, salvis hujusmodi concessionibus nobilibus factis eisdem, mo[nitione] pre[missa], per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis; non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque :] ultra quartam vel quintam [etc., usque :] non trahatur. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, III nonas octobris, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

1. *Ms.* : pretestu.

2. Cette pièce n'est précédée d'aucune rubrique ; l'adresse donnée ici est empruntée à la table placée au commencement du volume; nous imprimons *college* et non *collegis*, parce que cette pièce est adressée à deux personnes et non plus, comme l'indique la clause : *Quod si non ambo...*

5297 Latran, 25 octobre 1240.

Archiepiscopo et archidiacono Bituricensibus mandat quatenus monasterium Sancti Martialis Lemovicensis, si illud invenerint monasterio Cluniacensi minime subesse, non permittant molestari occasione litterarum apostolicarum de decima praedicto monasterio Cluniacensi, pro solvendis ejusdem debitis, ab omnibus monasteriis ejusdem ordinis regni Franciae exhibenda. — (Reg. 20, f. 29 r°; ann. XIV, c. 160; — Moreau 1193, f. 138.)

« .. *archiepiscopo et .. archidiacono Bituricensibus.* Significantibus dilectis filiis .. abbate ac conventu Sancti Martialis Lemovicensis, ordinis sancti Benedicti, nostris est auribus intimatum quod, cum .. abbas et conventus monasterii Cluniacensis nostras ad venerabilem fratrem nostrum .. Rothomagensem archiepiscopum ejusque collegas impetrassent litteras, conti-

nentes ut ab universis abbatibus et prioribus eorumque conventibus monasteriorum et locorum aliorum regni Francie, sui ordinis, facerent decimam omnium suorum proventuum et reddituum eis usque ad triennium exhiberi, in solutionem debitorum dicti Cluniacensis monasterii convertendam, contradictores etc. : abbas et conventus Cluniacenses jamdicti, per archiepiscopum et ejus collegas prefatos, eos et ipsorum membra, eo videlicet pretextu quod ejusdem ordinis sunt cum illis, ad diversa et remota loca faciunt in judicium evocari, licet iidem abbas et conventus Sancti Martialis nominato Cluniacensi monasterio minime subesse noscantur. Cum igitur intentionis nostre fuerit et existat, quod illorum locorum dumtaxat abbates et priores, que prefato Cluniacensi monasterio sunt subjecta, ad solutionem dicte decime premissarum litterarum debeant auctoritate compelli, mandamus quatenus, nisi vobis legitime constiterit prenominatum monasterium Sancti Martialis prenotato monasterio Cluniacensi subesse, illud non permittatis occasione litterarum ipsarum ab aliquibus molestari —. Dat. Laterani, VIII kalendas novembris, anno quartodecimo. »

5298 Latran, 24 octobre 1240.

Magistro P., rectori ecclesiae de « Potin. », dioecesis Sancti Andreae de Scotia, camerario Raynerii, Sanctae Mariae in Cosmidin diaconi cardinalis, indulget ut ecclesiam Sancti Fortunati Viterbiensis, curam animarum habentem, — cujus proventus erant, sicut ipse magister P. asserebat, adeo tenues et exiles, quod ex eis per modicam anni partem vix poterat solus presbyter in ea deserviens sustentari, — una cum praedicta ecclesia de « Potyn », cui cura similis erat annexa, — quam ecclesiam de « Potyn » postmodum ipse magister adeptus erat, — possit retinere. — (Reg. 20, f. 29 r°; ann. XIV, c. 161.)

« *Magistro P., rectori ecclesie de Potin., diocesis Sancti Andree de Scotia, camerario R[ainerii], Sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis.* Etsi, propter ambitiones —. Dat. Laterani, VIIII kalendas novembris, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5299 Latran, 30 octobre 1240.

Abbati et priori Sancti Dionysii in Francia significat se, magistro Johanne de Campania, ipsius papae subdiacono et notario, referente, audivisse nonnullos « Rothomagensis, » Parisiensis et Tornacensis civitatum et diocesum proven- » tus suos [id est ejusdem Johannis de Campania] ecclesias- » ticos et pecuniam sibi debitam » detinere; unde eis mandat quatenus tales cogant ut sic detenta eidem Johanni restituant. — (Reg. 20, f. 29 r°; ann. XIV, c. 162.)

« .. *abbati et .. priori Sancti Dionisii in Francia, Parisiensis diocesis.* Cum, sicut, dilecto —. Dat. Laterani, III kalendas novembris, anno quartodecimo. »

5300 [Latran, 30 octobre 1240.]

« In eumdem modum .. *de Sempingham et .. de Malton prioribus, diocesis Lincolniensis,* [pro eodem magistro Johanne de Campania, contra nonnullos] Lincolniensis, Eboracensis et Londoniensis civitatum et diocesum etc., usque in finem. » — (Reg. 20, f. 29 v°.)

5301 Latran, 22 octobre 1240.

Aymerico, abbati monasterii Sancti Michaelis de Eremo, ordinis sancti Benedicti, Pictavensis dioecesis, usum mitrae et anuli indulget, eique significat se statuere ut ipse abbas eisdem in processionibus, synodis et praecipuis festivitatibus utatur. — (Reg. 20, f. 29 v°; ann. XIV, c. 163.)

« *Aimerico, abbati monasterii Sancti Michaelis de Heremo, ordinis sancti Benedicti, Pict[avensis] d[iocesis].* Ad ecclesiastici decoris —. Dat. Laterani, XI kalendas novembris, anno quartodecimo. »

5302 Latran, 7 novembre 1240.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum in Francia, eadem scribens quae supra, in litteris sub numero 5296 notatis, Maditensi episcopo ejusque collegae, sed nominatis, praeter regnum Franciae, Viennensi et Bisuntina provinciis, et praeter Tullensem, Virdunensem, Metensem et Leodiensem dioeceses, Cameracensi dioecesi, mandat quatenus, — cum quamplures ex crucesignatis praedictorum regni, dioecesium et provinciarum vota sua redimere seu prosequi non curarent, et quidam etiam ex illis crucem ab humeris abjecissent, — universos praedictorum regni, dioecesium et provinciarum crucesignatos compellat ut in Terrae Sanctae vel imperii Constantinopolitani subsidium in proximo passagio martii transeant, aut summam quam in Terram Sanctam eundo, morando inibi et exinde redeundo, expensuri forent, ipsi priori assignent. — (Reg. 20, f. 29 v°; ann. XIV, c. 164; — Moreau 1193, f. 149; — Potthast 10956[1]; — cf. J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 148, n° 218.)

« .. *priori fratrum Predicatorum provinciali in Francia.*

1. Avec la date *VIII idus novembris* (= 6 novembre), d'après Ripoll, *Bullarium ordinis ff. Praedicatorum*, t. I, p. 110-111, n° 202.

Olim. ut fortius [etc., ut supra, in litteris sub numero 5296 notatis, usque :] in Tullensi, Virdunensi, Metensi, Leodiensi et Cameracensi civitatibus et diocesibus [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] quamplures in regno et diocesibus predictis, et Viennensi et Bisuntina provinciis, qui, crucis assumpto signaculo [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] universos crucesignatos dictorum regni, diocesum et provinciarum ut in Terre predicte vel Imperii subsidium [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] sine diminutione qualibet tibi per nuntios [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] appellatione remota, compellas; non obstante constitutione [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] non trahatur. Dat. Laterani, VII idus novembris, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5303 Latran, 30 octobre 1240

Archiepiscopis et episcopis per regnum Franciae et Bisuntinam Viennensemque provincias constitutis, de eadem re scribens, significat se super subventione Constantinopolitani imperii priori provinciali fratrum Praedicatorum in Francia mandatum sub certa forma direxisse, eisque mandat quatenus, cum ab eo fuerint requisiti, singuli in dioecesibus suis idem mandatum exsequi procurent. — (Reg. 20, f. 29 v°; ann. XIV, c. 165; — Moreau 1193, f. 110; — cf. J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 148, n° 217.)

« .. *archiepiscopis et episcopis per regnum Francie et Bisuntinam et Viennensem provincias constitutis.* Cum super subventione —. Dat. Laterani, III kalendas novembris, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5304. — In eundem modum .. *Tullensi*, .. *Metensi*, .. *Virdunensi*, .. *Leodiensi et* .. *Cameracensi episcopis.*

5305 Latran, 3 novembre 1240.

Archiepiscopo et archidiacono Senonensibus significat comitem Britanniae, qui in subsidium imperii Constantinopolitani proficisci proposuerat, et cui ipse papa legata eidem imperio et redemptiones votorum crucesignatorum Rothomagensis et Turonensis provinciarum, nec non civitatis et dioecesis Pictavensis concesserat, voluntatem mutavisse et illa resignasse; unde eis mandat quatenus illos qui praefata legata et redemptiones de mandato apostolico collegerint, moneant et cogant ut quicquid de his in Tornacensi, Atrebatensi, Cameracensi et Pictavensi civitatibus et dioecesibus, nec non in Turonensi et Rothomagensi provinciis perceperint, et medietatem collectorum in aliis locis regni Franciae, nec non in Leodiensi, Metensi, Tullensi et Virdunensi civitatibus et dioecesibus, nuntiis Balduini, Constantinopolitani imperatoris, in imperii Constantinopolitani subsidium transmittenda, resignent. — (Reg. 20, f. 29 v°; ann. XIV, c. 166; — Moreau 1193, f. 111; — cf. *supra*, n. 1025 et 1026.)

« .. *archiepiscopo et* .. *archidiacono Senonensibus.* Olim. attendentes quod ex liberatione Constantinopolitani imperii Terra Sancta, pro qua multus sanguis extitit catholicorum effusus, facilius poterat liberari, karissimo in Christo filio nostro Bald[uino], Constantinopolitano imperatori, omnia legata et redemptiones votorum crucesignatorum in Cameracensi, Tornacensi et Atrebatensi, nec non medietatem dictorum in regno Francie, et in Leodiensi, Metensi, Virdunensi et Tullensi civitatibus et diocesibus, pro imperii predicti succursu mandavimus exhiberi. Ceterum nobili viro .. comiti Brittannie, per eum subsidio ipsius imperii providere volentes, legata et redemptiones votorum crucesignatorum Rothomagensis et Turonensis provinciarum, ac civitatis et diocesis Pictaven[sis] duximus concedenda; sed idem comes, qui in ipsius imperii subsidium proposuerat proficisci, voluntate mutata, ea libere resignavit. Deinde vero medietatem legatorum et redemptionum crucesignatorum predictarum Cameracensis, Tornacensis, Atrebatensis et Pictavensis civitatum et diocesum, ac etiam Turonensis et Rothomagensis provinciarum, post concessiones sibi et dicto comiti factas, reservari mandavimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis. Quocirca mandamus quatenus eos qui prefata legata et redemptiones de mandato apostolico collegerunt, ut quicquid de hiis in predictis Tornacensi, Atrebatensi, Cameracensi et Pictavensi civitatibus et diocesibus, et Turonensi et Rothomagensi provinciis perceperunt, et medietatem hujusmodi collectorum in aliis locis regni predicti, et Leodiensi, Metensi, Tullensi et Virdunensi civitatibus et diocesibus, nuntiis dicti imperatoris, in prefati imperii subsidium transmittenda, resignent, salvis concessionibus quibusdam nobilibus factis a nobis, moneatis attentius, et eos ad id, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogatis. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita tamen quod ultra quartam vel quintam aliquis extra suam diocesim auctoritate presentium non trahatur. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, III nonas novembris, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5306 Latran, 15 octobre 1240.

Beneventanorum calamitatibus compatiens, eos hortatur ut viriliter se et suam civitatem defendant, sententiamque banni, in proditores ad exterminium civitatis intendentes ab ipsis Beneventanis latam, confirmat. — (Reg. 20, f. 30 r°; ann. XIV, c. 167; — Moreau 1193, f. 133, ex Raynaldo; — Potthast 10948; — Rodenberg 786.)

« .. *rectori, judicibus, consulibus et populo Beneventanis.* Utinam affectus nostros —. Dat. Laterani, idibus octobris, anno quartodecimo. »

5307 Latran, 8 novembre 1240.

Capitulo ecclesiae Sanctae Trinitatis Cantuariensis significat se assensum suum non concedere cuidam compositioni quae inter ipsos, ex parte una, et Cantuariensem archiepiscopum, ex altera, super advocationibus ecclesiarum quae in ipsorum maneriis erant constitutae, et super rebus aliis intervenerat, quae compositio nec regi Angliae nec ipsi papae erat accepta. — (Reg. 20, f. 30 r°; ann. XIV, c. 168.)

« *Capitulo ecclesie Sancte Trinitatis Cantuariensis.* In compositione que inter vos, ex parte una, et venerabilem fratrem nostrum .. Cantuariensem archiepiscopum, ex altera, super advocationibus ecclesiarum que in vestris sunt constitute maneriis, et rebus aliis intervenit, talis dicitur posita fuisse conditio, ut ipsa inviolabilis perpetuo permaneret, si super ea noster et karissimi in Christo filii nostri .. regis Anglorum illustris haberetur assensus. Verum, cum dictus rex, sicut ex litteris ejus accepimus, compositionem hujusmodi non acceptet, et nobis etiam ipsa non placeat, universitati vestre intimamus tenore presentium, quod eidem compositioni assensum nostrum non duximus concedendum. Dat. Laterani, VI idus novembris, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5308 Latran, 16 novembre 1240.

Episcopo Andrensi, archidiacono Thebano et thesaurario Corinthiensi late scribit de controversiis motis occasione adjunctionis ecclesiae Abilonensis, cum duobus reliquis episcopatibus insulae Nigripontensis, episcopatui Nigripontensi, per Johannem, tituli Sanctae Praxedis presbyterum cardinalem, tunc Apostolicae Sedis legatum, instigantibus episcopo et capitulo Nigripontensibus, factae; eisque, consulentibus qualiter in inquisitione eis ab ipso papa commissa procedere debeant, mandat quatenus non in episcopatu tantum Abilonensi, sed in tota praedicta insula Nigripontensi et in locis ubi veritas poterit melius indagari, super circumstantiis universis ejusdem negotii inquirant, et, si invenerint praedictam insulam ad duos episcopatus sufficere, Abilonensi capitulo potestatem concedant personam idoneam in episcopum, non obstante adjunctione praedicta, sibi eligendi ; aliis mandatis ad rem eandem pertinentibus, adjectis. — (Reg. 20, f. 30 r°; ann. XIV, c. 169; — cf. *supra*, n. 2530, 3618 et 4702.)

« .. *episcopo Andrensi,* .. *archidiacono Thebano et* .. *thesaurario Corinthiensi.* Sua nobis capitulum et clerici, milites et alii habitatores Abilonenses [etc., ut supra, in litteris sub numero 4702 notatis, paucissimis mutatis, usque :] duxerunt ad nostram providentiam tertio recurrendum. Unde nos, finem litibus cupientes imponi, vobis dedimus in mandatis ut, vocatis qui vocandi forent, super premissis [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] presentes fuerint, sive non curaverint in termino [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] comparere, inquireretis diligentius veritatem, et quod inveniretis, nobis vestris litteris curaretis fideliter intimare, prefigentes partibus terminum [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] nostro se conspectui pre[sentarent], mandatum super hoc [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] episcopo et capitulo curaretis districtius inhibere ne predictos capitulum et clericos presumerent, lite pendente [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] com[pellendo], et nichilominus revocaretis in statum debitum, si quid [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] contra eos, inveniretis temere attemptatum [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] dilapidari vel consumi valerent ; ceterum, ne propter [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] dicitur obligatum, satisfieri faceretis. Verum, coram vobis parte dictorum Nigripontensium allegante quod hujusmodi inquisitio in episcopatu tantum Abilonensi, et non in tota predicta insula debebat fieri, vos qualiter in hoc negotio procedere deberetis, Sedem duxistis Apostolicam consulendam. Hinc est quod discretioni vestre in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus, in tota insula supradicta, et in locis ubi veritas poterit melius indagari, super negotio hujusmodi, proventibus, servitiis, angariis, redditibus et aliis bonis episcopalibus, et ceteris circumstantiis negotium ipsum contingentibus, inquirentes a Grecis et Latinis clericis plenius, juxta priorum litterarum ad vos directarum continentiam, veritatem, si rem inveneritis ita esse, et insulam eandem ad duos episcopatus sufficientem existere, ecclesie Abilonensi tantum de bonis episcopalibus insule supradicte, unde futurus episcopus honorifice sustentari valeat, prout commodius expedire videritis, assignantes, Abilonensi capitulo eli-

gendi sibi personam que tanto congruat oneri ac honori, in episcopum et pastorem, adjunctione non obstante predicta, potestatem liberam concedatis, eidem facientes tantum, pro expensis necessariis jam factis, de bonis episcopatus Abilonensis, quantum duobus ex ipsis hujusmodi negotium prosequentibus sufficiat, assignari, ipsosque super proventibus per vos eis de voluntate dicti episcopi, pro expensis in hujusmodi faciendis negotio, assignatis, non permittatis a quoquam indebite molestari —. Dat. Laterani, XVI kalendas decembris, anno quartodecimo. »

5309 Latran, 15 novembre 1240.

Episcopo Humanati scribit se castrum Recanate a jurisdictione ecclesiae Humanatis exemisse et sedem Auximanam illuc transferendam duxisse; interim autem ei indulget ut omnes proventus episcopales in eodem castro percipiat. — (Reg. 20, f. 31 r°; ann. XIV, c. 170; — Moreau 1193, f. 152; — Rodenberg 789; — cf. *supra*, n° 5240.)

« .. *episcopo Humanat*[*i*]. Attendentes constantiam et sinceritatem devotionis et fidei quam dilecti filii consilium et populus Recanaten[ses] in fidelitate Apostolice Sedis contra Fridericum dictum imperatorem observasse noscuntur, et detestantes proditionem populi Auximani, qui dicto Friderico, fidem et libertatem ecclesiasticam persequenti, dampnabiliter adheserunt, castrum Recanate a jurisdictione Humanat[is] ecclesie exemimus et sedem Auximanam cum omnibus juribus et pertinentiis suis ad castrum ipsum duximus transferendam, ita tamen ut, in recompensatione jurium que Humanas ecclesia in dicto castro obtinuit, sibi aliquam partem Auximane diocesis, cum expedire viderimus, assignare possimus. Interim autem, tibi et ecclesie tue quantum cum Deo possumus, providere volentes, fraternitati tue quod omnes proventus episcopales in dicto castro usque ad beneplacitum nostrum percipere valeas, auctoritate presentium indulgemus. Dat. Laterani, XVII kalendas decembris, anno quartodecimo. »

5310 Latran, 16 novembre 1240.

Archiepiscopo Viennensi, nec non Biterrensi et Carcassonensi episcopis repetit, verbis paucis mutatis, mandatum jam antea ad ipsos directum, supra sub numero 5282 editum, de moderanda taxatione ab ipsis Auxitanae provinciae, pro solvendis comitis Montis Fortis debitis, imposita, eisque praecipit quatenus idem mandatum, quod hactenus adimplere non curaverant, infra quattuor menses exsequi procurent. — (Reg. 20, f. 31 r°; ann. XIV, c. 171; — Moreau 1193, f. 156; — cf. *supra*, n. 3926 et 5282.)

« .. *archiepiscopo Viennensi, et .. Biterrensi et .. Carcasonensi episcopis*. Olim vobis dedimus nostris litteris in mandatis, ut octo milia librarum Turonensium minus centum, quas nobilis vir .. comes Montis Fortis, qui pro negotio pacis et fidei quondam in partibus Albigensium diutius laboravit, venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Burdegalensi et .. Agennensi episcopo, Raimundo de Caturco laico ac executoribus testamenti quondam Johannis Bistan.[1] et Petro de Barneolis[2], infra certos terminos solvere tenebatur, Viennensis, Arelatensis, Narbonensis, Auxitane et Burdegalensis provinciarum, et Albigensis, Caturcensis, Mimatensis et Ruthenensis dioc[esum] ecclesiis, pensatis facultatibus earumdem, proportionaliter imponere deberetis, dictis creditoribus persolvenda, earum prelatos ad id, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo. Postmodum vero, venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Auxitano, nec non episcopis et aliis prelatis, capitulis et conventibus Auxitane provincie pro eo ad nostram audientiam appellantibus, quod vos, sicut asserebant, tenuitate proventuum ecclesiarum ipsius provincie non pensata, illis contemptis nec vocatis, mille ac quingentas libras Turonensium minus provide imposueratis eidem provincie, memoratis creditoribus nomine ipsius comitis persolvendas : nos taxationem vestram eidem provincie impositam duximus moderandam, statuentes ut, venerabili fratre nostro .. episcopo Lectorensi, qui, pro suis et ecclesie sue negotiis diu apud Sedem Apostolicam constitutus, gravia subiit onera expensarum, una cum sua diocesi a contributione hujusmodi absoluto, ex eis centum et quinquaginta venerabiles fratres nostri .. archiepiscopus Narbonensis, C. et L. .. Tolosanus, C. .. Agennensis, C. vero libras .. Pictavensis episcopi, priori eis imposita taxatione servata, prefatis creditoribus, nomine ipsius comitis, sine qualibet difficultate persolvere procurarent: propter quod vobis mandavimus ut prefatum archiepiscopum Auxitanum et ejus provinciam terminis constitutis a vobis M. libras solvere cogeretis, facientes residuum dicte pecunie memoratis creditoribus juxta ordinationis vestre tenorem sine qualibet

1. Dans la pièce 3926 : « quondam Johannis Bistani »; dans la pièce 5282 : « quondam Johannis Biston ».

2. Dans la pièce 3926 : « Petro de Barneol. » ; dans la pièce 5282 : « Petro de Borneol. ».

difficultate persolvi. Contradictores etc. Verum, cum, sicut, insinuante nobis dilecto filio .. procuratore prefati comitis, intelleximus, vos, mandatum hujusmodi tenentes diutius in suspenso, illud non curaveritis adimplere, precipiendo mandamus quatenus mandatum ipsum infra quatuor mensium spatium post receptionem presentium finaliter exequi procuretis. Alioquin venerabili fratri nostro .. Claromontensi episcopo nostris damus litteris in mandatis, ut ipse extunc mandatum apostolicum exequatur juxta directarum ad vos continentiam litterarum. Dat. Laterani, XVI kalendas decembris, anno quartodecimo. »

5311 Latran, 27 novembre 1240.

Magistro et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe ecclesiam Sancti Leonardi de Ponte Grandinato, cum ejus juribus et pertinentiis, ipsorum hospitali, pro vestibus pauperum illuc confluentium, concedit, « primicerio Urbis, » ipsius ecclesie rectore, cedente vel decedente, predicti » hospitalis usibus applicandam », eisque[1] indulget « quod » tunc possessionem ipsius ingredi » valeant; « salva congrua » sustentatione vicario in ea pro tempore Domino servituro ». — (Reg. 20, f. 31 r°; ann. XIV, c. 172.)

« .. *magistro et fratribus hospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe.* Quia inter holocausta —. Dat. Laterani, V[2] kalendas decembris, anno quartodecimo. »

5312 Latran, 20 novembre 1240.

Priori provinciali fratrum Praedicatorum et ministro provinciali fratrum Minorum in Francia mandat quatenus Johanni de Valenzeuis, qui « pro negotiis Constantinopolitani » imperii apud Sedem Apostolicam in Francia et alibi utiliter » procurandis non modicum » laboraverat, et qui in ipsius imperii subsidium multa de bonis suis expenderat, in ducentis marcis argenti de legatis et redemptionibus crucesignatorum provideant. — (Reg. 20, f. 31 v°; ann. XIV, c. 173; — Potthast 10964.)

« .. *priori Predicatorum et .. ministro Minorum fratrum provincialibus in Francia.* Cum dilectus filius —. Dat. Laterani, XII kalendas decembris, anno quartodecimo. »

1. La partie de la bulle relative à cette indulgence a été ajoutée dans la marge extérieure.

2. Ce V résulte d'une correction; il paraît y avoir eu primitivement *XVI*.

5313 Latran, 15 novembre 1240.

Abbati et conventui monasterii Sancti Gregorii de Urbe privilegium Maximo, abbati monasterii Sancti Andreae ad Clivum Scauri de Urbe, a Gregorio papa Magno concessum[1], in papyro conscriptum, sed prae nimia vetustate paene deletum, quo idem Gregorius Magnus prohibuerat ne loca vel praedia a se ante tres annos eidem monasterio Sancti Andreae donata, ab abbate vel ab aliis ex congregatione auferrentur, de verbo ad verbum rescribit et renovat. — (Reg. 20, f. 31 v°; ann. XIV, c. 171; — Moreau 1193, f. 153; *ibid.*, f. 150, ex cod. Vatic. 7024, f. 131; — Potthast 10963.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sancti Gregorii de Urbe.* Nuper in nostra —. Dat. Laterani, XVII kalendas decembris, anno quartodecimo. »

[5314] [Fin 590.]

[Epistola vero Gregorii papae I sic incipit et desinit[2]:]

« Gregorius episcopus, servus servorum Dei. Dilectissimo filio Maximo, abbati monasterii Sancti » Andree apostoli, qui appellatur Clivus Scauri, cunctes» que ejus congregationi Deo ibidem servientibus, in » perpetuum. Conversionis mee primordia —. Deus te » custodiat incolumem, dilectissime fili. »

5315 Latran, 15 novembre 1240.

Archiepiscopo Strigoniensi, nec non abbati et priori de Pilis, Vesprimiensis dioecesis, scribit de causa quae olim inter magistrum Primogenitum, ipsius papae subdiaconum, Waradiensem electum, et B[enedictum], qui pro Waradiensi episcopo se gerebat, exorta, quam causam ipse papa R[oberto?], Sancti Eustachii diacono cardinali, commiserat audiendam; eis mandat quatenus, praedicto Primogenito interdum defuncto, praedictum B[enedictum] peremptorie citent ut infra tres menses apostolico se conspectui repraesentet, judicii sententiam recepturus; Alexandrum vero et Johannem, canonicos Waradienses, prosecutores hujusmodi negotii, qui ad beneficia sua, quibus per eundem B[enedictum] exstiterant spoliati, de mandato apostolico restituti fuerant, in corporalem eorundem beneficiorum possessionem inducant. —

1. Jaffé-Ewald 1082; — *Gregorii I papae Registrum epistolarum*, tomus I, edd. Paulus Ewald et Ludovicus M. Hartmann, p. 14 (pièce 1, 14[a]); la bulle de Grégoire IX est analysée *ibid.*, p. 14-15, note.

2. Reg. 20, f. 31 v°.

(Reg. 20, f. 31 v°; ann. XIV, c. 175; — Potthast 10961; — cf. *supra*, n. 1008 et 3304.)

« .. *archiepiscopo Strigoniensi, .. abbati et .. priori de Pilis. Vesprimiensis diocesis.* Olim in causa —. Dat. Laterani, XVII kalendas decembris, anno quartodecimo. »

5316 Latran, 27 novembre 1210.

Johanni, episcopo Ulixbonensi, quem, ab archiepiscopo Toletano et episcopo Palentino Ulixbonensi ecclesiae praepositum, ipse papa propriis manibus in episcopum consecraverat, significat se ejus adversarios non duxisse audiendos. — (Reg. 20, f. 32 r°; ann. XIV, c. 176; — Potthast 10966; — cf. *supra*, n. 1835, 5004, 5005 et 5011.)

« J[*ohanni*]. *episcopo Ulixbonensi.* Dudum, ecclesia Ulixbonensi destituta pastore, et ejusdem provisione ad Sedem Apostolicam devoluta, nos, ne ipsa ecclesia, que ob multiplices electiones et varios litigiorum circuitus, gravem in spiritualibus et temporalibus sustinuerat lesionem, irreparabile in utrisque incurreret detrimentum, venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Toletano et .. episcopo Palentino provisionem ipsius ecclesie duximus committendam. Prefati vero archiepiscopus et episcopus, habentes pre oculis solum Deum et intendentes providere potius ecclesie quam persone, nostri auctoritate mandati te, quem nobis et fratribus nostris longa morum experientia notum reddit et familiaris conversationis examine comprobatum, eidem ecclesie in episcopum providerunt, prout suis nobis litteris, processum eorum continentibus, fideliter intimarunt. Nos autem, processu ipso diligenter inspecto, consideratis etiam circumstantiis universis, quas in hoc vidimus attendendas, nec non et cum fratribus nostris deliberatione habita diligenti, cum nullus contra te apparuerit legitimus contradictor, nisi quidam Michael Ovequiz[1], quem per ea que intelleximus, merito repulimus ut indignum, processum approbavimus archiepiscopi et episcopi predictorum, et te tandem in presbiterum ordinantes, propriis manibus consecravimus in episcopum ecclesie memorate. Ceterum, magistro Johanne, dicto Doctore Legum, M. Nuniz, qui se Ulixbonensem canonicum asserebat, pro se ac E[gidio][2], archidiacono Sanctaranensi, magistro Dominico et Johanne Dominici, canonicis Ulixbonensibus, nec non et pro M. et E. Ovequiz, se pro rectoribus Sancte Marie de Sintria et Sancti Jacobi de Turribus Veteribus ecclesiarum gerentibus, Ulixbonensis diocesis, quorum exhibuere mandatum, et Durando, cancellario .. regis Portugalensis illustris, pro ipso rege opponere se tibi volentibus, dilectum filium nostrum J[ohannem], tituli Sancte Praxedis presbiterum cardinalem, tibi et eis concessimus auditorem. Cumque coram ipso te diffamare super pluribus criminibus niterentur, idem cardinalis, de speciali mandato nostro et fratrum consilio, in hiis que famam et statum persone tue tangebant, eis audientiam denegavit. Tandem, ad importunam eorum instantiam, libellum quendam famosum recepit, quem ei, non tamen in judicio, porrexerunt, in quo contra te multa crimina proponebant. Cum igitur, eodem libello per jamdictum cardinalem summatim nobis et fratribus nostris exposito, videremus quod non zelo justitie, sed ex odii fomite, invidie stimulis agitati, te diffamare tantummodo intendebant, presertim cum essent contra eos manifesta indicia et probabiles conjecture, utpote qui te suum et suorum inimicum esse in libello hujusmodi fatebantur, attendentes nichilominus quod nostris et felicis recordationis Honorii [tertii] pape, predecessoris nostri, obsequiis per viginti annos et amplius familiariter inherentem, vite munditia, honestas morum, prona devotio et laudabilis conversatio, nobis et fratribus nostris nota, te fecerint omni exceptione majorem, ac pati nolentes quod contra processum nostrum, tam sollempniter habitum, aliquorum lingue lubricum audiretur, ipsos contra te non duximus audiendos, eis super premissis perpetuum silentium imponentes. Dat. Laterani, V kalendas decembris, anno quartodecimo. »

1. *Sic.* — Cf., dans la pièce 5002 : « Michaele Onequio clerico. »
2. Cf. *supra*, n° 5002.

5317 Latran, 15 novembre 1210.

Archiepiscopo Cassellensi, nec non abbatibus de Valle Salvatoris (= Graignemanagh), Cisterciensis ordinis, Ossoriensis dioecesis, et de Geriponte (= Jerpoint), ejusdem ordinis et ejusdem dioecesis, inquisitionem committit de facienda unione ecclesiarum Armachanae (= Armagh) et Clocorensis (= Clogher), eisque mandat quatenus quod super hoc negotio invenerint, ipsi papae rescribant. — (Reg. 20, f. 32 r°; ann. XIV, c. 177; — Potthast 10962.)

« .. *archiepiscopo Cassellensi, et .. de Valle Salvatoris et .. de Geriponte abbatibus, Cisterciensis ordinis, Ossoriensis diocesis.* Significavit nobis dilectus —. Dat. Laterani, XVII kalendas decembris, anno quartodecimo. »

5318 Latran, 23 novembre 1240.

Arusiensi et Wibergensi episcopis mandat quatenus regi Daciae facultatem tribuant alienationes revocandi, quas ab ipsius regis progenitoribus in regiae coronae praejudicium factas esse constiterit. — (Reg. 20, f. 32 v°; ann. XIV, c. 178; — Moreau 1193, f. 155; — Potthast 10965*, *omisso initio*)

« .. *Arusiensi et* .. *Wibergensi episcopis.* Sicut karissimus in Christo filius noster .. illustris rex Dacie nobis significare curavit, licet ipse ac clare memorie progenitores ejus in coronatione sua juraverint jura regni et honorem corone illibata servare, iidem tamen progenitores, propter quorumdam importunitatem, quasdam alienationes fecerunt in honoris regii et regni sui grave prejudicium et jacturam. Quare super hoc sibi a nobis petiit provideri. Nos igitur, sic volentes ejusdem regis jura conservare illesa, ut et aliorum justitia non ledatur, mandamus quatenus prefato regi legitime revocandi alienationes quas in grave prejudicium corone regie constiterit esse factas, exceptis hiis que ad ecclesias et alia pia loca donationis seu alio justo titulo devenerunt, obligationibus seu promissionibus super hoc factis nequaquam obstantibus, tribuatis auctoritate apostolica facultatem. Dat. Laterani, VIIII kalendas decembris, anno quartodecimo. »

5319 Latran, 1 décembre 1240.

Dominis castri Frusinonis dominium, consulatum et medietatem proventuum castri ejusdem, quibus olim per quosdam balivos Romanae curiae fuerant contra justitiam spoliati, et quibus R[iccardus], Sancti Angeli diaconus cardinalis, Campaniae Maritimaeque rector, Johannem Capuaciam, eorum syndicum, ipsorum nomine, investiverat, confirmat. — (Reg. 20, f. 32 v°; ann. XIV, c. 179; — Rodenberg 790.)

« *Nobilibus viris dominis castri Frusinon*[*is*], *Verulane diocesis.* Justis petentium etc. —. Dat. Laterani, II nonas decembris, anno quartodecimo. »

5320 Latran, 8 décembre 1240.

Fratribus Minoribus Parisiensibus, qui quasdam terras infra et extra muros civitatis Parisiensis positas, ad monasterium Sancti Germani de Pratis Parisiensis spectantes, a possessoribus earundem, qui illas a praedicto monasterio sub annuo censu tenebant, habuerant, significat se quod super venditione et emptione praedictarum terrarum factum fuerat, confirmare, insertis sub sua bulla litteris abbatis et conventus praedicti monasterii ad papam directis, rem eandem contingentibus. — (Reg. 20, f. 32 v°; ann. XIV, c. 180; — Potthast 10969.)

« *Fratribus Minoribus Parisiensibus.* Justis petentium etc. —. Ex vestra sane relatione accepimus quod, cum quedam terre infra et extra muros civitatis Parisiensis posite, spectantes ad monasterium Sancti Germani de Pratis Parisien[sis], vobis et vestre domui existerent oportune, ac parati essent possessores earum, qui a predicto monasterio ipsas sub annuo censu tenebant, illas vendere, ac alii easdem ad opus vestrum emere, fervore devotionis accensi : dil[ecti] fil[ii] .. abbas et conventus monasterii ejusdem, considerata loci predicte vestre domus angustia, propter quam fratres residentes ibidem multis incommodis gravabantur, ad preces et mandatum nostrum predictis possessoribus super ipsarum venditione terrarum, ad vestrum et domus ejusdem opus, pietatis intuitu prebuere consensum, sicut in litteris signatis sigillis eorum plenius continetur —. Dat. Laterani, VI idus decembris, anno quartodecimo. »

[5321] 1240.

[Litterae vero praedictorum abbatis et conventus ad papam super praedictarum terrarum concessione hae sunt. — (Reg. 20, f. 32 v°; — Wadding, *Annales Minorum*, III, 112, n° 25; — Sbaralea, *Bullarium Franciscanum*, I, 286.)]

« Sanctissimo patri ac domino Gregorio, divina pro» videntia Summo Pontifici, Symon, Beati Germani » de Pratis Parisiensis humilis abbas, et totus ejusdem » loci conventus, filii ejus humiles et devoti, cum om» nimoda subjectione et obedientia, pedum oscula bea» torum. Leto vultu lectis Sanctitatis Vestre sacris » apicibus et jocundo consideratis intuitu, quas parvi» tati nostre Paternitatis Vestre Sanctitas super hoc » destinavit, ut a nobis ad opus fratrum Minorum » Parisius degentium comparandi per amicos spiri» tuales terras sibi necessarias sub ecclesia nostra do» naretur concessio — : mandatis vestris obedivimus, » petitioni eorum, quantum in nobis est, satisfacientes. » Sed, ne contra juramentum quod nos abbas de rebus » monasterii nostri non alienandis fecimus, videamur » aliquid attemptare, et venire contra privilegia nobis » a Sede Apostolica indulta, cum ea que eis conces» simus, sine dampno monasterii nostri firmiter credi» mus concessisse, Sanctitati Vestre supplicamus qua» tenus concessionem eis factam dignetur Vestre Pa» ternitatis Sanctitas confirmare. Bene et diu valeat

» Paternitatis Vestre Sanctitas per tempora longiora.
» Dat. anno Domini M°CC°XL°. »

5322 Latran, 12 décembre 1240.

Fidelibus suis Anconitanae marchiae significat S[inibaldum], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem, nuper ad ipsius papae praesentiam de Marchia rediisse, et apud Sedem Apostolicam remanere cogi; unde eorum provinciae episcopum Aretinum interim in rectorem providit; eos rogat quatenus eidem episcopo fideliter obediant. — (Reg. 20, f. 33 r°; ann. XIV, c. 181; — Moreau 1193, f. 161; — Rodenberg 794.)

« *Universis fidelibus nostris per Anconitanam marchiam constitutis.* Sinceritatem devotionis et —. Dat. Laterani, II idus decembris, anno quartodecimo. »

3523 Latran, 12 décembre 1240.

Archiepiscopis, episcopis et aliis praelatis Sclavoniae significat episcopum Aretinum pro Ecclesiae Romanae negotiis in Anconitana marchia de mandato apostolico remanere cogi, eisque mandat quatenus ei in procurationibus congrue subveniant. — (Reg. 20, f. 33 r°; ann. XIV, c. 182; — Rodenberg 795.)

« *Archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis per Sclavoniam constitutis.* Cum venerabilis frater —. Dat. ut supra. »

5324 Latran, 12 décembre 1240.

Episcopo Firmano scribit : « Fraternitati tue presentium » auctoritate mandamus quatenus C et VIII libras Raven» nat[um], quas de pecunia Romane Ecclesie dilectus filius » noster S[inibaldus], tituli Sancti Laurentii in Lucina pres» biter cardinalis, pro te quibusdam creditoribus tuis exolvit, » venerabili fratri nostro .. episcopo Aretino, marchie Anco» nitane rectori, semota qualibet difficultate, solvere non » omittas. » — (Reg. 20, f. 33 r°; ann. XIV, c. 183.)

« .. *episcopo Firmano.* Fraternitati tue presentium —. Dat. ut supra. »

5325 Latran, 7 novembre 1240.

Capitulo Anconitano et clero civitatis dioecesisque Anconitanae significat se episcopo Aretino, qui a Friderico, dicto imperatore, redditibus suis episcopalibus spoliatus fuerat, proventus episcopatus Anconitani concessisse; eos monet quatenus eidem episcopo proventus praedictos exhibere curent. — (Reg. 20, f. 33 r°; ann. XIV, c. 184; — Rodenberg 788.)

« *Capitulo Anconitano, et clero civitatis et diocesis Anconitane.* Venerabilis frater noster —. Dat. Laterani, VII idus novembris, anno quartodecimo. »

5326 Latran, 14 décembre 1240.

Archiepiscopum Lundensem et ejus suffraganeos monet quatenus subjectos sibi populos inducant ut contra « gentes » idolatras » se accingant, quae illos « qui in Estonie parti» bus per Dei gratiam ad fidem Christiani nominis » conversi fuerant, multipliciter molestabant; illis qui contra istos fidei hostes ad partes illas accesserint, ibidem saltem per annum in servitio Christi moraturi, illam indulgentiam elargitur, quae transeuntibus in Terrae Sanctae subsidium erat concessa. — (Reg. 20, f. 33 r°; ann. XIV, c. 185; — Moreau 1193, f. 162, *partim* ex Raynaldo; — Potthast 10974[1]; — Rodenberg 796.)

« .. *archiepiscopo Lundensi et suffraganeis suis.* Ad similitudinem Dei —. Dat. Laterani, XVIIII kalendas januarii, anno quartodecimo. »

5327 Latran, 4 décembre 1240.

Electo Aquensi, proponenti « redditus episcopatus Aquen» sis, propter instantem malitiam temporis », adeo esse diminutos, quod de residuis non posset congrue sustentari, et immobilia ejusdem episcopatus etiam esse occupata, indulget ut ei liceat beneficia ecclesiastica quae ante electionem suam obtinebat, usque ad ipsius papae beneplacitum retinere. — (Reg. 20, f. 33 v°; ann. XIV, c. 186.)

« .. *electo Aquensi.* Et tue probitatis —. Dat. Laterani, II nonas decembris, anno quartodecimo. »

5328 Latran, 4 décembre 1240.

Abbati Apostolorum [Astensi], nec non W. de Castangnola et Mainfredo de Corzano, canonicis Astensibus, de eadem re scribens, mandat quatenus eundem electum Aquensem super his non permittant molestari; quicquid post iter [ab eodem electo] arreptum ad Sedem Apostolicam veniendi, in

1. Avec l'*incipit* : « Cum ii qui », d'après Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, ann. 1240, § 34.

ejus praejudicium invenerint attentatum, in statum debitum revocent. — (Reg. 20, f. 33 v°; ann. XIV, c. 187.)

« .. *abbati Apostolorum, et W. de Castangnol[a] et Mainfredo de Corzan[o], canonicis Astensibus.* Dilecti filii .. electi —. Dat. Laterani, ut supra. »

5329 Latran, 13 décembre 1240.

Abbati Sancti Galgani, Vulteranae dioecesis, scribit de C., quae pro abbatissa, et B., ejusdem C. sorore, quae pro priorissa se gerebant monasterii Sanctae Mariae Magdalenae in Collibus, Lucanae dioecesis, cujus monasterii moniales, sequentes consilium a Raynerio, Sanctae Mariae in Cosmidin diacono cardinali, eis datum, debuerant, juxta promissionem quam fecerant, ordinem Cisterciensem assumere; ei mandat quatenus praefatas C. et B., dictum ordinem recipere recusantes et in nefandos excessus prolapsas, ad agendam perpetuam paenitentiam in aliquo reclusorio compellat; illas quae praedictis C. et B. adhaeserint, inducat ut praedictum ordinem Cisterciensem, juxta promissionem suam, suscipiant; quas, si ipsius abbatis monitis acquiescere noluerint, in monasteriis ordinis sancti Benedicti collocet. (Reg. 20, f. 33 v°; ann. XIV, c. 188.)

« .. *abbati Sancti Galgani, Vulterane diocesis.* Cum sorores monasterii Sancte Marie Magdalene in Collibus, Lucane diocesis, olim, sicut accepimus, certum ordinem non habentes, ad diversos habitus divisis voluntatibus anelarent, tandem, C. monialem, que se pro abbatissa gerebat earum, cum una de sororibus suis ad Sedem Apostolicam destinantes, ei voto unanimi commiserunt ut, ipsarum nomine, de ordine assumendo se precise committerent arbitrio dilecti filii nostri R[ainerii], Sancte Marie in Cosmidin diaconi cardinalis. Quo illis provide dante consilium ut ordinem Cisterciensem susciperent, et tandem ipsis eundem sumere communiter promittentibus, prout dicebatur in instrumento publico confecto exinde contineri, ac eisdem, ad petitionem ipsarum, a nobis concesso ut hoc faciendi haberent liberam facultatem : prefata C., intellecto quod alia debebat in abbatissam prefici jamdicto monasterio, per eundem ordinem reformato, ipsa cum novem aliis ex prefatis sororibus, quas iniqua suggestione seduxit, recipere dictum ordinem recusavit, ita se ad illarum que susceperunt eundem, convertens injuriosam[1], quod, tribus ex eis habitu violenter ablato, ceteras per octo dies compulit in terra comedere, interdicta eis per mensem audientia divinorum; quibus postmodum ymagines et cruces ac libros et apparatum altaris auferre presumpsit, eas nulli, nisi quibus ipsa volebat, loqui vel confiteri permittens. Accepimus insuper quod dicta C. et B., soror sua, que se pro ipsius monasterii priorissa gerebat, confessiones sororum omnium, et religiosorum qui morabantur in monasterio ipso ante susceptionem ejusdem ordinis, audiebant, injuncto eis ut, si aliquando vellent alii confiteri, istum tantummodo confessionis modum de suis omnibus peccatis haberent, videlicet : « Mea » culpa, quia nec abbatissam nec priorissam meam di- » ligo, et, eis reverentiam debitam non impendens, in » horis canonicis diligentiam non servavi. » Preterea ipsa, quod est enormius et auditu horribile, interdum peccata sibi confitentium, cunctis sororibus audientibus, improperabat[1] eisdem et in confusionem illarum aliquando publicabat; et, sicut tunc easdem verberibus affligebat, sic et modo affligere non veretur, una ex eis antequam prescripti ordinis instituta susciperent, per ejusdem priorisse verbera expirante; quas predicta C. sepe fame nimia cruciavit, elemosinas vendi faciens eidem monasterio pro utilitate communi erogatas intuitu pietatis, duabus infirmis ex eisdem sororibus, quibus eadem C. et lumen dari prohibuit et custodiam denegavit, nullo vidente, migrantibus de hac luce. Quid plura? Eadem, non contenta quod ipsa et prefata soror sua plures alias ex sororibus sepedictis sepe fustibus percusserunt, et quod dicta C., spiritu furoris accensa, quamdam ex eis gladio vulneravit, adherentibus sibi prohibuit quod de violenta injectione manuum in sorores easdem, nulli, preterquam sibi, confessionem facere attemptarent, a duabus ex eisdem sororibus de stando mandatis suis, juramento violenter extorto. Verum, ne pestilentes hujusmodi, que sathane membra noscuntur existere, Christi sponsas sic persequi et atterere gratulentur, mandamus quatenus, si premissis veritas suffragatur[2], sepefatas C. et sororem suam, que, priusquam idem monasterium intravissent, alibi recluse fuisse dicuntur, ad agendam perpetuam penitentiam in aliquo reclusorio — compellas, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ceterum illas que dictis pestilentibus adheserunt, ut, juxta promissionem suam, sepedictum ordinem Cisterciensem suscipiant, secundum datam tibi a Deo prudentiam, diligenter inducas; quod si monitis tuis acquiescere forte noluerint, eas in aliis monasteriis ordinis sancti

1. *Ms.* : injurias.

1. *Ms.* : improperabant.
2. *Ms.* : suffragantur.

Benedicti collocare procures. Contradictores etc. Dat. Laterani, idibus decembris, anno quartodecimo. »

5330 Latran, 22 décembre 1240.

Clero et populo Recanatensibus significat se castrum Recanat[e], quod de cetero esse civitatem ipse papa statuit, a jurisdictione ecclesiae Humanat[is] eximere eique episcopalem concedere dignitatem, nec non sedem Auximanam a maledictionis filiis populo Auximano, qui Friderico, dicto imperatori, Dei Ecclesiam persequenti, adhaeserant, ad ecclesiam Sancti Flaviani de Recanat., quam de cetero cathedralem esse decernit, transferre. — (Reg. 20, f. 31 r°; ann. XIV, c. 189; — Moreau 1193, f. 161; cf. *ibid.*, f. 163, *fragm.* [1], ex Raynaldo; — Potthast 10975; cf. *ibid.* 10899[2]; — Rodenberg 797; — cf. *supra*, n. 5210 et 5309.)

« *Clero et populo Racanaten*[*sibus*]. Recte considerationis examine —. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno quartodecimo. »

5331 Latran, 15 octobre 1240.

Consilio et populo Recanatibus concessionem eis per Sinibaldum, tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyterum cardinalem, marchiae Anconitanae rectorem, factam de quibusdam rebus et juribus ad Ecclesiam Romanam spectantibus, confirmat. — (Reg. 20, f. 31 v°; ann. XIV, c. 190; — Moreau 1193, f. 132; — Potthast 10954.)

« *Consilio et populo Racanat*[*ibus*]. Justis petentium etc. —. Dat. Laterani, idibus octobris, anno quartodecimo. »

5332 Latran, 8 janvier 1241.

Archiepiscopo Arelatensi mandat quatenus, si episcopus Aurasicensis (= Arausicensis), simonia, perjurio et aliis accusatus, cedere voluerit, ejus cessionem recipiat; si vero noluerit, ad inquisitionem contra eum procedat, et quae invenerit, ad Sedem Apostolicam transmittat, eidem episcopo terminum praefigens, quo personaliter coram ipso papa compareat. — (Reg. 20, f. 31 v°; ann. XIV, c. 191; — Moreau 1193, f. 165; — cf. *supra*, n° 1709.)

« .. *archiepiscopo Arelatensi*. Cum olim, proposito coram nobis quod .. episcopus Aurasicensis symonia, perjurio et quibusdam aliis erat criminibus irretitus, venerabili fratri nostro .. Viennensi archiepiscopo, tunc Apostolice Sedis legato, inquisitionem eorum, si super illis lesam inveniret famam ipsius, duxerimus committendam, et idem archiepiscopus, juxta mandatum nostrum inquisitione habita, eam ad Sedem Apostolicam remisisset, nos venerabilem fratrem nostrum .. Ostiensem episcopum super ipsa dedimus auditorem. Qui, procuratore dicti Aurasicensis et dilecto filio P. Milonis, canonico Aurasicensi, prosecutore inquisitionis ipsius, in ejus presentia constitutis, et testium dictis apertis, nobisque hinc inde propositis fideliter recitatis, cum per dicta eadem constiterit prefatum episcopum super premissis infamia publica laborare, ac etiam de dilapidatione merito habitus sit suspectus, licet de premissis, cum super eis deposuerint testes ipsi confuse, non posset veritas declarari, eum de mandato nostro a spiritualium et temporalium Aurasicensis ecclesie amministratione suspendit, mandans inquisitionem fieri super predictis contra ipsum, si monitus sibi non consuleret remedio cessionis. Quocirca mandamus quatenus, denuntians predictum Aurasicensem ab omni tam spiritualium quam temporalium amministratione suspensum, et constituens auctoritate nostra in eadem ecclesia procuratorem idoneum, qui diligenter in predictis et utiliter amministret, eundem Aurasicensem moneas ad cedendum, ipsius cessionem, si elegerit cedere, recipiens vice nostra, sibi de bonis ejusdem ecclesie in vite necessariis providendo. Qui si cedere forte noluerit, ad inquisitionem contra eum super premissis tam per testes productos quam alios procedere non postponas, appellatione ab ejus procuratore[1] interposita non obstante, cum exceptiones conspirationis et inimicitie capitalis contra eos oppositas non probarit; revocans in irritum quicquid ab ipso, postquam suspensus extitit, inveneris in spiritualibus seu temporalibus attemptatum; inquisitione autem diligenti habita, eam ad Apostolice Sedis remittas examen, prefigens ipsi Aurasicensi terminum peremptorium competentem, quo personaliter compareat

1. Avec la mention « ann. XIV, ep. 235, lib. XIII », par suite d'une confusion entre deux notes de Raynaldi, *Annales*, ann. 1240, § 5, l'une (note c) portant la référence « *lib. 13, ep. 235* », l'autre (note d), la référence « *lib. 14, ep. 189* ». La lettre 235 de la XIVe année n'a rien de commun avec celle-ci.

2. A la date du 21 juin, d'après Ughelli (*Italia sacra*, I, 1217), qui avait, par erreur, imprimé *XI kalendas junii* (et non *julii*, comme a lu Potthast), au lieu de *januarii*; cf. d'ailleurs Potthast, *post* n. 10885.

1. *Ms.* : procuratione.

coram nobis, pro meritis recepturus. Contradictores etc. Dat. Laterani, VI idus januarii, anno quartodecimo. »

5333 Latran, 8 janvier 1241.

Eidem, de eadem re scribens, mandat quatenus de bonis ecclesiae Aurasicensis (= Arausicensis) solvi faciat quibusdam mercatoribus Florentinis quadraginta marcas sterlingorum, quas P. Milonis, Aurasicensis canonicus, qui, negotium inquisitionis contra Aurasicensem episcopum prosequendo, multas expensas fecerat, ab eisdem mercatoribus mutuo receperat, nec non et praedicto canonico residuum centum marcarum in quibus episcopus Ostiensis eandem Aurasicensem ecclesiam, occasione ejusdem negotii, condemnaverat. — (Reg. 20, f. 34 v°; ann. XIV, c. 192; — Moreau 1193, f. 167.)

« *Eidem*. Olim dilecto filio P. Milonis, canonico Aurasicensi, pro inquisitione facta contra .. episcopum Aurasicensem apud Sedem Apostolicam constituto, venerabilem fratrem nostrum .. Ostiensem episcopum dedimus auditorem: coram quo eodem petente canonico expensas integre sibi restitui, quas fecerat hujusmodi negotium prosequendo, dictus auditor, negotii qualitatem attendens, ipsarum taxatione habita, et prefati canonici juramento secuto, in centum marcis sterlingorum Aurasicensem ecclesiam, pro expensis factis et faciendis in ipso negotio, tam de bonis episcopalibus quam Aurasicensis capituli persolvendis predicto canonico, condempnavit, deditque sibi potestatem mutuum quadraginta marcarum super bonis ipsis pro eodem prosequendo negotio contrahendi. Quocirca mandamus quatenus de predictis bonis solvi facias quadraginta marcas sterling[orum] Castr. Galfredi, Aring. Albading., et Manneto Robertin[i] et Manneto Alberti, mercatoribus Florentinis, quas propter hoc idem canonicus mutuo recepit ab eis, et residuum centum marcarum canonico memorato. Contradictores —. Dat. Laterani, VI idus januarii, anno quartodecimo. »

5334 Latran, 12 décembre 1240.

Ministris provincialibus ordinis Minorum praesentes litteras inspecturis, — prohibitioni in eorum regula editae, videlicet ut nulli fratrum Minorum praedicare populo sit licitum, nisi a generali ministro eorum ordinis examinatus et approbatus fuerit, eique praedicationis officium ab ipso generali ministro fuerit concessum, remedium apponens, — concedit ut in suis provinciis, cum diffinitoribus in provincialibus capitulis congregatis, fratres in sacra pagina eruditos examinare et approbare possint, eisque praedicationis officium committere. — (Reg. 20, f. 34 v°; ann. XIV, c. 193; — Potthast 10971.)

« *Ministris provincialibus ordinis fratrum Minorum*[1] *presentes litteras inspecturis*. Prohibente regula vestra —. Dat. Laterani, II idus decembris, anno quartodecimo. »

5335 Latran, 12 décembre 1240.

Generali et ceteris ministris provincialibus ordinis Minorum concedit ut illos ex eorum fratribus, qui pro injectione manuum in se ipsos incurrerint excommunicationis vinculum, aut in illud ante susceptum habitum inciderint, nec non ut eos qui, cupientes ipsorum collegio aggregari, se asserant excommunicatione ligatos, absolvere possint. — (Reg. 20, f. 35 r°; ann. XIV, c. 194; — Potthast 10970.)

« *Generali et ceteris ministris provincialibus ordinis fratrum Minorum presentes litteras inspecturis*. In jure canonico —. Dat. ut supra. »

5336 Latran, 13 décembre 1240.

Generali ministro et fratribus ordinis Minorum significat se districte prohibere « ut nulli, sive sit in religionis ordine » vel extra ordinem constitutus », eorum habitum, « aut ita » consimilem, quod propter eum frater Minor credi possit, » deferre liceat absque mandato Sedis Apostolice speciali »; ceterum se statuere ut hi qui eorum habitum vel habitum consimilem deferre praesumpserint, ad eum deponendum per locorum dioecesanos, cum iidem dioecesani ab ipsis Minoribus requisiti fuerint, compellantur. — (Reg. 20, f. 35 r°; ann. XIV, c. 195; — Potthast 10972.)

« *Generali ministro et fratribus ordinis fratrum Minorum*. Quia confusio habitus —. Dat. Laterani, idibus decembris, anno quartodecimo. »

5337 Latran, 9 janvier 1241.

Episcopo Rodestensi scribit : « Presentata nobis olim pos» tulatione de te a canonicis Cretensibus concorditer cele-

1. Telle est l'adresse dans le *Registre*, tant à la rubrique que dans la table des *capitula* de la XIVe année; Wadding, *Annales Minorum*, t. III, p. 414, n° 27, et Sbaralea, *Bullarium franciscanum*, t. I, p. 287, n° 325, donnent cette autre adresse : « *Generali ministro et universis fratribus ordinis fratrum Minorum*. »

» brata, tibi mandavimus ut nostro te conspectui presentares, » super quo ad presens te videbantur viarum discrimina » excusare. Nolentes igitur Cretensem ecclesiam diu guber- » natore carere, fraternitati tue curam ipsius ecclesie tam in » spiritualibus quam in temporalibus duximus committen- » dam. Tu vero ad nos venire quamcito secure poteris, non » postponas. » — (Reg. 20, f. 35 r°; ann. XIV, c. 196.)

« .. *episcopo Rodestensi.* Presentata nobis olim —. Dat. Laterani, V idus januarii, anno quartodecimo. »

5338 Latran, 11 janvier 1241.

« In eundem fere modum *capitulo Cretensi.* [Eis mandat quatenus eidem episcopo Rodestensi super praemissis obediant et intendant.] Dat. Laterani, III idus januarii, anno quartodecimo. » — (Reg. 20, f. 35 r°.)

5339 Latran, 16 janvier 1241.

Capitulo Majoris Ecclesiae nec non clero civitatis et dioecesis Telesinae mandat quatenus [R.,] episcopum Telesinum, cui, confirmata electione de illo, tunc ecclesiae Telesinae archidiacono, celebrata, ipse papa consecrationem impenderat, devote suscipiant, eique tanquam patri et pastori animarum suarum intendant. — (Reg. 20, f. 35 r°; ann. XIV, c. 197; — cf. *supra*, n° 5124.)

« *Capitulo Majoris Ecclesie et clero civitatis et diocesis Telesin[e].* Cum venerabili fratri —. Dat. Laterani, XVII kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5340 Latran, 18 janvier 1241.

Episcopo Aretino, marchiae Anconitanae rectori, mandat quatenus illos de marchia Anconitana qui, propter favorem Friderico, dicto imperatori, exhibitum excommunicati, ad sinum Ecclesiae redire velint, cautione recepta absolvat. — (Reg. 20, f. 35 r°; ann. XIV, c. 198; — Rodenberg 799.)

« .. *episcopo Aretino, marchie Anconitane rectori.* Cum, sicut te —. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5341 Latran, 18 janvier 1241.

Eidem indulget « quod illis de Anconitana marchia, qui pro » violenta manuum injectione in personas ecclesiasticas » excommunicationem incurrerint, valeat, dum tamen passis injuriam competenter satisfecerint, absolutionem impertiri, « nisi adeo gravis fuerit et enormis excessus eorum, quod » propter hoc merito ad Sedem Apostolicam sint mittendi ». — (Reg. 20, f. 35 v°; ann. XIV, c. 199.)

« *Eidem.* Ut eo gratior —. Dat. ut supra. »

5342 Latran, 25 janvier 1241.

Episcopo Terdonensi mandat quatenus, — cum G., abbas monasterii Sancti Salvatoris Papiensis, ad Sedem Apostolicam nullo medio pertinentis, senio confractus et insanabili, sicut credebatur, infirmitate gravatus, non jam posset ejusdem monasterii regimen exercere, ejusdemque regimini paratus esset cedere, — cessionem illius, consideratis circumstantiis universis, si eidem monasterio viderit expedire, recipiens, conventum[1] praedicti monasterii moneat et inducat ut infra tres menses sibi per electionem canonicam de persona idonea in abbatem provideant. — (Reg. 20, f. 35 v°; ann. XIV, c. 200.)

« .. *episcopo Terdonensi.* Prudenter agnoscens dilectus —. Dat. Laterani, VIII kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5343 Latran, 25 janvier 1241.

Archiepiscopo Compostellano concedit ut, — licet in receptione pallii[2] ipsi papae juramentum praestiterit de non impignorandis rebus Compostellanae ecclesiae absque apostolica licentia, — ei liceat, si quando pro manifesta ejusdem ecclesiae utilitate viderit expedire, aliqua de mobilibus ejusdem ecclesiae rebus, cum consensu totius capituli vel majoris et sanioris partis ipsius, obligare, ita tamen ut ad redimendum pignus, quamcito se obtulerit opportunitas, operam impendat. — (Reg. 20, f. 35 v°; ann. XIV, c. 201.)

« .. *archiepiscopo Compostellano.* Licet in receptione —. Dat. ut supra. »

5344 Latran, 18 janvier 1241.

Decano et cancellario Parisiensibus, et magistro Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commoranti, mandat quatenus interdicti et excommunicationis sententias in praepositum

1. La fin de cette lettre : « conventum predicti monasterii moneas attentius et inducas... » etc., a été récrite sur un grattage ; la date ne paraît pas avoir été retouchée.

2. Cf. *supra*, n. 4895 et 4896.

et capitulum ecclesiae Casletensis (= de Cassel) a decano Literiensi (= de Lillers) promulgatas in causa inter praedictos praepositum et capitulum, ex parte una, et abbatem conventumque de Chokes, Morinensis dioecesis, ex altera, super quibusdam decimis exorta, relaxent, et, si eis constiterit praedictam Casletensem ecclesiam per diffinitivam sententiam in eadem causa a decano Noviomensi ejusque conjudicibus latam, gravi jactura laesam fuisse, eosdem praepositum et capitulum, non obstante quod partes appellationi renuntiaverant, ad appellandum per beneficium restitutionis in integrum admittant; in causa postea procedant, et praedictam diffinitivam sententiam, secundum quod justum viderint, vel confirment vel infirment; alioquin negotium sufficienter instructum ad examen apostolicum remittant. — (Reg. 20, f. 35 v°; ann. XIV, c. 202.)

« .. *decano et .. cancellario Parisiensibus, et magistro Vernacio, canonico Tervisino, Parisius commoranti.* Ex parte dilectorum filiorum .. prepositi et capituli ecclesie Casletensis fuit propositum coram nobis quod, cum .. abbas et conventus de Chokes, Morinensis diocesis, ipsos super quibusdam decimis quas ad se pertinere dicebant, coram .. abbate de Mariolo et collega suo auctoritate apostolica convenissent : tandem, causa hujusmodi ad nos per appellationem delata, ipsam J. dicto Majori, canonico Atrebatensi, et collegis suis duximus committendam; quorum duo, absente tertio non committente alteri vices suas nec se legitime excusante, tam in appellationis quam in principali negotio perperam procedentes, quamquam in aliquo premissorum partis alterius fundata intentio non fuisset, nec etiam in principali contestatio litis facta, nec renuntiatum probationibus nec conclusum in causa, iniquam tamen in eos diffinitivam sententiam protulerunt; a qua dicti prepositus et capitulum ad nostram audientiam appellantes, appellationis sue causam .. decano Noviomensi et conjudicibus suis sub ea forma obtinuere committi, ut, si res taliter se haberet, revocato in statum debitum quicquid post appellationem ad nos legi[time] inter[jectam], invenirent te[mere] at[temptatum], audi[rent] hinc inde proposita, et, si de partium voluntate procederet, causam fine debito termi[narent], ac facerent quod decernerent, per censuram ecclesiasticam firmiter observari; alioquin, ipsam sufficienter instructam ad examen apostolicum remittentes, prefi[gerent] par[tibus] termi[num] perempto[rium] compe[tentem], quo per procu[ratorem] ido[neum] nostro se conspectui presen[tarent], justam, actore Domino, sententiam recepture. Cumque partes ipse consentirent quod causam sine appellationis diffugio et sine remissione nobis facienda, dicti judices fine debito terminarent, ipsi, predictorum canonici et conjudicum ejus processu penitus revocato, de causa ipsa ex integro cognoscentes, tam super decimis ipsis quam restitutione quorundam fructuum perceptorum, tulerunt diffinitivam sententiam contra eos, decernentes quod de cetero a dictarum decimarum perceptione desisterent, ac permitterent dictos abbatem et conventum easdem decimas pacifice percipere in futurum, quamquam pars altera intentionem suam penitus non fundasset, .. decano Lileriensi ad dictam sententiam exequendam executore concesso, et confirmationis ipsius sententie in forma communi litteris a Sede Apostolica impetratis. Quare fuit nobis ex parte dictorum prepositi et capituli humiliter supplicatum, ut, cum per jamdictam sententiam, a qua eisdem preposito et capitulo, propter renuntiationem expressam, appellare non licuit, Casletensis ecclesia enormi jactura ledatur, et idem executor in eos interdicti et excommunicationis sententias promulgarit, subvenire sibi per beneficium restitutionis in integrum curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, relaxantes hujusmodi sententias juxta formam Ecclesie, ad cautelam, recepta prius ab eis sufficienti et idonea cautione quod, si apparuerit eas fuisse rationabiliter promulgatas, super hiis pro quibus eedem late fuerunt, Ecclesie mandato parebunt, auditis hinc inde propositis, si de hujusmodi vobis constiterit lesione, prepositum et capitulum supradictos ad appellandum, non obstante renuntiatione premissa, per beneficium restitutionis in integrum admittatis; eaque interposita, in appellationis causa legi[time] procedentes, si de partium voluntate processerit, diffinitivam ipsam confirmare vel infirmare, appellatione remota, curetis, sicut de ju[re] fue[rit] faciendum. Alioquin, negotium sufficienter instructum ad examen apostolicum remittentes, prefi[gatis] par[tibus] termi[num] perempto[rium] com[petentem], quo per procuratorem idoneum compa[reant] coram nobis, justam, actore Domino, sententiam recepture. Testes autem etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5345 Latran, 17 janvier 1241.

Episcopo quondam Auximano, nunc Recanatensi, significat se Auximanam sedem ad ecclesiam Sancti Flaviani Recanatensis, quam deinceps esse cathedralem decreverit, cum omnibus juribus et dignitatibus suis transtulisse, eique mandat quatenus, ad civitatem Recanatensem accedens, de clero et populo ejus et de Recanatensi dioecesi tanquam ipsorum episcopus sollicitudinem gerat diligentem. — (Reg. 20,

f. 36 r°; ann. XIV, c. 203; — Moreau 1193, f. 176; *ibid.*, f. 175, *fragm.*, ex Raynaldo; — Potthast 10978[1]; — Rodenberg 798; — cf. *supra*, n. 5240, 5309 et 5330.)

« .. *episcopo quondam Auximano, nunc Racanatensi.* Ne in gregem —. Dat. Laterani, XVI kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5346 Latran, 18 janvier 1241.

Clero Recanatensi mandat quatenus eidem Auximano nunc Recanatensi episcopo devote et humiliter intendant, ejus monita et mandata efficaciter adimplendo; alioquin sententiam quam idem episcopus rite tulerit in rebelles, ipse papa ratam habebit et faciet observari. — (Reg. 20, f. 36 r°; ann. XIV, c. 204; — Moreau 1193, f. 177.)

« *Clero Racanatensi.* Debent prelati subditorum —. Dat. Laterani, XV kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5347 Latran, 18 janvier 1241.

« In eundem modum *populo Racanat[i]*, usque : adimplendo. Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 36 r°.)

5348 Latran, 23 janvier 1241.

Petro [Carloto], episcopo [Noviomensi], — illa ei facta gratia, quod ea quae ad diaconatum et presbyteratum nec non ad episcopale officium pertineant, exsequi valeret, — indulget ut, non obstante natalium defectu, nec obstantibus his quae in ipsius electione et ordinatione praesumpta fuerant, possit ad episcopatum eligi. — (Reg. 20, f. 36 r°; ann. XIV, c. 205; — Moreau 1193, f. 178; — cf. *supra*, n° 5216.)

« *Petro episcopo.* In arca federis —. Sane, cum olim ea que circa personam tuam super ordinatione et electione attemptata fuerant, esse decreverimus irrita, tu, zelum rectitudinis sentiens in virga rigoris, post patris verbera materne consolationis ubere refoveri a nobis humiliter postulasti; karissimus etiam in Christo filius noster L[udovicus], Francie rex, et B[lancha], mater ejus, regina illustres, nobilis vir R[obertus], comes Atrebatensis, et venerabilis frater noster [..] episcopus Penestrinus, Apostolice Sedis legatus, pro te suas super hoc nobis litteras direxerunt. Hinc est quod nos, habito fratrum nostrorum consilio, illam devotioni tue gratiam, quod ea que ad diaconatum, presbiteratum et episcopale officium pertinent, exequi libere valeas, duximus faciendam. Ceterum, gratie gratiam adjungentes, tibi quod, non obstante natalium defectu et hiis que in electione et ordinatione predictis presumpta fuerunt, possis ad episcopatum eligi, si tibi alias nichil obstiterit de canonicis institutis, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno quartodecimo. »

1. Avec l'*incipit* : « Cum attendentes fidelitatem », d'après Raynaldi, *Annales ecclesiast.*, t. XIII, ann. 1241, § 45.

5349 Latran, 23 janvier 1241.

Abbatissae et conventui monasterii Fontis Ebraudi, Pictavensis dioecesis, nec non prioribus et priorissis eidem monasterio subjectis, a nonnullis frequenter et multipliciter per apostolicas litteras inquietatis, indulget ut per litteras apostolicas quae de monasterio Fontis Ebraudi expressam non fecerint mentionem, non possint de cetero conveniri. — (Reg. 20, f. 36 v°; ann. XIV, c. 206.)

« .. *abbatisse et conventui monasterii Fontis Ebraudi, Pictavensis diocesis, prioribus et priorissis eidem monasterio pleno jure subjectis.* Cum, sicut lecta —. Dat. Laterani, X kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5350 Latran, 21 janvier 1241.

Abbati et conventui monasterii de Sallai (= Sawley), Cisterciensis ordinis, Eboracensis dioecesis, confirmat ecclesiam de Tatecastra (= Tadcaster), Eboracensis dioecesis, ad ipsorum abbatis et conventus patronatum spectantem, quam, decedente ipsius rectore, iidem usibus propriis ex concessione Sedis Apostolicae deputabant. — (Reg. 20, f. 36 v°; ann. XIV, c. 207; — cf. *supra*, n° 4823.)

« .. *abbati et conventui monasterii de Sallai*[1], *Cisterciensis ordinis, Eboracensis diocesis.* Cum a nobis —. Dat. Laterani, XII kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5351 Latran, 25 janvier 1241.

Episcopo Eugubino mandat quatenus, si Hugolinum, monachum monasterii Sancti Geruntii Callensis, ordinis sancti Benedicti, a conventu monasterii Sancti Petri de Massa

1. Dans la table des *capitula* de la XIV[e] année : « *Sallay.* »

Montis Neronis, ejusdem ordinis, Callensis dioecesis, in abbatem postulatum, invenerit idoneum, — qui postulatus, propter viarum discrimina, Apostolicam Sedem pro confirmatione et benedictione obtinendis non poterat adire, — ei faciat benedictionem impendi, recipiatque ab eo pro Ecclesia Romana fidelitatis juramentum; alioquin eidem monasterio Sancti Petri faciat per electionem canonicam de persona idonea provideri. — (Reg. 20, f. 36 v°; ann. XIV, c. 208.)

« .. *episcopo Eugubino*. Ex parte dilectorum filiorum conventus monasterii Sancti Petri de Massa Montis Neronis, ordinis sancti Benedicti, Callensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod, monasterio ipso, quod ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, abbatis regimine destituto, iidem potestatem providendi dicto monasterio de persona idonea duobus ex ipso conventu monachis plenariam concesserunt, promittentes illum recipere in abbatem, de quo ipsi duo ducerent providendum. Prefati vero monachi, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium Hugolinum, monachum monasterii Sancti Geruntii Callensis, ejusdem ordinis, virum, ut asserunt, providum et honestum, ac in spiritualibus et temporalibus circumspectum, canonice ac concorditer postularunt; cujus postulationi omnes de predicto conventu assensum unanimiter prebuerunt, nobis humiliter supplicantes ut, cum rectis dispositionibus nichil debeat difficultatis afferri, et, propter viarum discrimina, idem postulatus nequeat Apostolicam Sedem adire pro confirmationis et benedictionis munere obtinendo, admitti postulationem hujusmodi et benedici eundem postulatum in illis partibus mandaremus. Ideoque mandamus quatenus, si tibi constiterit dictum monasterium ad nos nullo medio pertinere, inquisita de modo electionis, studiis eligentium et postulati meritis diligentius veritate, si postulationem ipsam inveneris de persona idonea canonice fore factam, et abbatis sui consensus accesserit, eam apostolica [auctoritate] admittens, facias eidem debitam obedientiam et reverentiam exhiberi ac munus benedictionis impendi, recepturus ab eo postmodum, pro nobis et Romana Ecclesia, fidelitatis solite juramentum, juxta formam quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam. Alioquin facias ipsi monasterio de persona idonea per electionem canonicam provideri. Contradictores etc. Formam autem juramenti quod ipse prestabit, de verbo ad verbum nobis per ejus patentes litteras, suo sigillo signatas, per proprium nuntium quamtocius destinare procures. Dat. Laterani, VIII kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5352 Latran, 4 mars 1241.

Fratri Willelmo, paenitentiario suo, mandat quatenus, si Amalricum, comitem Montis Fortis, qui in Terrae Sanctae subsidium venerat et a Sarracenis tenebatur carcerali custodiae mancipatus, pecunia redimi contigerit, ei, pro ejus redemptione, quinque milia marcarum argenti de redemptionibus crucesignatorum et legatis Terrae Sanctae [exhibeat]. — (Reg. 20, f. 36 v°; ann. XIV, c. 209; — Moreau 1193, f. 188; — Potthast 10996.)

« *Fratri Willelmo, penitentiario nostro*[1]. Cum nobilis vir A[malricus], comes Montis Fortis, qui in Terre Sancte subsidium venerat, a Sarracenis teneatur carcerali custodie mancipatus, et dignum sit ut Apostolica Sedes super liberatione dicti comitis eo fortius intendere studeat, quo Ecclesia Dei redemptioni captivorum specialius tenetur astricta, et idem comes ac predecessores sui in servitio Dei et Christiane fidei fortius insudasse noscuntur : presentium tibi auctoritate dis[tricte] precipiendo mandamus quatenus eidem comiti, si eum pecunia redimi contigerit, pro redemptione sua quinque millia marcarum argenti, si pro minori redimi non poterit quantitate, de redemptionibus crucesignatorum et legatis Terre Sancte, si qua apud aliquos Terre predicte poterunt inveniri, que Templariis, Hospitalariis et aliis specialiter non sunt ad certum usum a quibuscumque collata, et hiis exceptis que a bone memorie .. Norwicensi episcopo sunt relicta, per manus dilecti filii .. Ostiensis episcopi et dilecti filii nostri [..] tituli Sancte Marie Transtyberim presbiteri cardinalis, in ejusdem Terre subsidium eroganda, qualibet difficultate semota, exhibere curetis, detentores eorum ad ipsorum exhibitionem, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, cogentes, man[datum] n[ostrum] t[aliter] im[pleturi], quod de bono obedientie pos[sitis] me[rito] commendari. Dat. Laterani, IIII nonas martii, anno quartodecimo. »

5353 Latran, 1er février 1241.

Abbatem et conventum de Crucelanda (= Croyland) rogat et monet ut jus patronatus alicujus ecclesiae, cujus red-

1. Cette bulle a été refaite; la dernière partie, depuis : « Ostiensis episcopi », avec la date, déborde dans la marge; on voit nettement que les trois lignes qui précèdent cette addition marginale ont été grattées; on remarquera que la pièce, bien que paraissant adressée à une seule personne : « *Fratri Willelmo, penitentiario nostro* », porte vers la fin : « exhibere curetis ..., cogentes ... », comme s'il y avait plusieurs destinataires.

ditus et proventus saltem centum marcas sterlinguorum valeant annuatim, de illis ecclesiis in quibus hujusmodi jus habeant, basilicae Principis Apostolorum de Urbe, immo Sedi Apostolicae, conferant per patentes litteras quas, secundum ipsius papae voluntatem, ipsi abbas et conventus Benedicto clerico et Johanni de Tibure, praesentium latoribus, ad hoc specialiter ab ipso papa destinatis, vel eorum alteri assignent. — (Reg. 20, f. 36 v°; ann. XIV, c. 210; — Potthast 10981.)

« .. *abbati et conventui de Crucelanda*[1]. Etsi vos deceat —. Dat. Laterani, kalendis februarii, anno quartodecimo. »

5354. — In eundem modum .. *abbati et conventui de Rameseia, ordinis sancti Benedicti, Lincolniensis diocesis.* — (Reg. 20, f. 37 r°; — Potthast 10982.)

5355 Latran, 1er février 1241.

J[ohanni][2] Romano, subdecano Eboracensi, et Hugoni, canonico Florentino, in Anglia commoranti, significat se abbatem et conventum de Rameseia, ordinis sancti Benedicti, Lincolniensis dioecesis, rogasse et monuisse ut jus patronatus alicujus ecclesiae, cujus redditus et proventus saltem centum marcas sterlinguorum valeant annuatim, de illis ecclesiis in quibus hujusmodi jus habeant, basilicae Principis Apostolorum de Urbe, immo Sedi Apostolicae, conferrent; unde eis mandat quatenus dictos abbatem et conventum ad id quam diligentius possint, moneant et inducant; si vero iidem abbas et conventus preces apostolicas non adimpleverint, ipsi subdecanus et canonicus, praesentibus aliquibus Ecclesiae Romanae devotis ad hoc ab ipsis subdecano et canonico specialiter evocatis, ecclesiam in qua iidem abbas et conventus jus obtineant patronatus, vacantem ad presens, sin autem proximo vacaturam, quae annuatim valeat praetaxatas centum marcas vel amplius, apostolicae donationi reservent, supradictae basilicae Principis Apostolorum conferendam; patentes litteras inde confectas, suis, videlicet ipsorum subdecani et canonici, sigillis roboratas, faciant praefatis devotis vel eorum alteri assignari; quicquid super praemissis fecerint, Sedi Apostolicae intiment. — (Reg. 20, f. 37 r°; ann. XIV, c. 211.)

« *J. Romano, subdecano Eboracensi, et Hugoni, canonico Florentino, in Anglia commoranti.* Scripsimus dilectis filiis —. Dat. ut supra. »

1. Dans la rubrique : « *Cruceland.* »; dans la table des *capitula* de la XIVe année : « *Crucelanda.* »

2. Cf. *supra*, n° 5129.

5356. — « In eundem modum *eisdem*, contra .. abbatem et conventum de Crucelanda, ordinis sancti Benedicti, Lincolniensis diocesis. »

5357 Latran, 28 janvier 1241.

Gregorio de Monte Longo, subdiacono et notario suo, apostolico legato, mandat quatenus, cum Venetias vel Torcellas venerit, patrairchae Aquilegensi, qui, pro eo quod Friderico, dicto imperatori, vinculo excommunicationis astricto, communicare praesumpserat, fuerat et ipse excommunicationis sententia innodatus, munus absolutionis, postquam idem patriarcha ad Sedem Apostolicam iter arripuerit, impendat humiliter postulanti. — (Reg. 20, f. 37 r°; ann. XIV, c. 212; — Moreau 1193, f. 208; *ibid.*, f. 180, ex Raynaldo; — Potthast 10980; — Rodenberg 800; — cf. *supra*, n. 1998 et 1999.)

« *G[regorio de Monte Longo], subdiacono et notario nostro, Apostolice Sedis legato.* Cum .. patriarcha Aquilegensis —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5358 Latran, 31 janvier 1241.

Decano et capitulo Noviomensibus scribit : « Cum ea que » in electione venerabilis fratris nostri P[etri Carloti] episcopi, qui ad ecclesie vestre regimen vocatus extitit, pre» sumpta fuerunt, duxerimus irritanda, volentes vobis facere » gratiam specialem, universitati vestre per apostolica » scripta mandamus quatenus eidem ecclesie de pastore » idoneo qui tanto congruat oneri et honori, providere cure» tis. » — (Reg. 20, f. 37 r°; ann. XIV, c. 213; — Moreau 1193, f. 179 v°; — cf. *supra*, n. 5246 et 5348.)

« .. *decano et capitulo Noviomensibus.* Cum ea que —. Dat. Laterani, II kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5359 Latran, 28 janvier 1241.

Abbati et conventui Sancti Satyri, ordinis sancti Augustini, — qui fere in omnibus ecclesiarum parochiis in quibus idem monasterium Sancti Satyri jus patronatus obtinebat, consueverant ab antiquo decimas una cum earundem ecclesiarum rectoribus recipere, et in apostolica praesentia proposuerant capitulum Bituricense et quosdam alios Bituricensis dioecesis laborare ut « decimas tam veteres quam novalium » quae eisdem ecclesiis debebantur, et a quibusdam laicis detinebantur, redimerent ab eisdem [laicis], — significat se inhibere ne quis, ipsis abbate conventuque et praedictarum

ecclesiarum rectoribus invitis, et paratis illas decimas redimere, easdem ad opus aliarum ecclesiarum redimere praesumat. — (Reg. 20, f. 37 r°; ann. XIV, c. 214.)

« .. *abbati et conventui Sancti Satiri, ordinis sancti Augustini.* Cum, sicut tu —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5360 Latran, 28 janvier 1241.

Abbati Sancti Mariani Autisiodorensis, de eadem re scribens, mandat quatenus abbatem praedicti monasterii Sancti Satyri et praedictas ecclesias non permittat contra prohibitionem apostolicam super his molestari. — (Reg. 20, f. 37 r°; ann. XIV, c. 215.)

« .. *abbati Sancti Mariani Autisiodorensis*[1]. Cum, sicut dilectus —. Dat. Laterani, ut supra. »

5361 Latran, 6 février 1241.

Johanni, abbati monasterii Sancti Benedicti Floriacensis, ordinis sancti Benedicti, Aurelianensis dioecesis, cui specialiter usum mitrae et anuli ipse papa concesserat, indulget ut et ipse et ipsius successores praedictis mitra et anulo uti libere valeant. — (Reg. 20, f. 37 v°; ann. XIV, c. 216; — cf. *supra*, n° 1600.)

« *Johanni, abbati monasterii Sancti Benedicti Floriacensis, ordinis sancti Benedicti, Aurelianensis diocesis.* Sedes Apostolica nonnunquam —. Dat. Laterani, VIII idus februarii, anno quartodecimo. »

5362 Latran, 12 février 1241.

Johanni de Civitella, subdiacono et capellano suo, cui injunxerat ut contra Fridericum, dictum imperatorem, in Hungariae regno verbum crucis proponeret, facultatem concedit commutandi vota crucesignatorum in defensionem Ecclesiae contra eundem Fridericum, dummodo expensas quas illi facturi essent eundo in Terram Sanctam, morando inibi et exinde redeundo, in manibus ipsius subdiaconi, abbatis de Pelis, Cisterciensis ordinis, et Benedicti, canonici Strigoniensis, assignent, in defensionem hujusmodi transmittendas. — (Reg. 20, f. 37 v°; ann. XIV, c. 217; — Moreau 1193, f. 181; — Potthast 10988; — Rodenberg 801.)

« *Johanni de Civitella, subdiacono et capellano nostro.* Cum tibi duxerimus —. Dat. Laterani, II idus februarii, anno quartodecimo. »

5363 Latran, 6 février 1241.

Archidiacono Baziensi, Colocensis dioecesis, indulget supplicanti ut archidiaconatum Baziensem et praebendam Waradiensem libere retinere possit, dummodo in ecclesia Baziensi personaliter deserviat, et in Waradiensi faciat per idoneum vicarium deserviri. — (Reg. 20, f. 37 v°; ann. XIV, c. 218; — Potthast 10984.)

« .. *archidiacono Baziensi, Colocensis diocesis.* Probitatis tue merita —. Dat. Laterani, VIII idus februarii, anno quartodecimo. »

5364 Latran, 7 février 1241.

Abbati de Pelis, Cisterciensis ordinis, Vesprimiensis dioecesis, et Johanni de Civitella, ipsius papae subdiacono et capellano, mandat quatenus, si Cenadiensem episcopum oculorum lumine destitutum aut senio confractum esse invenerint, coadjutorem eidem adjungant. — (Reg. 20, f. 37 v°; ann. XIV, c. 219; — Potthast 10985; — cf. *supra*, n. 3816 et 4455.)

« .. *abbati de Pel[is], Cisterciensis ordinis, Vesprimiensis diocesis, et J[ohanni] de Civitella, subdiacono et capellano nostro.* Cum olim nostris —. Dat. Laterani, VII idus februarii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5365 Latran, 15 février 1241.

Episcopo Trecensi mandat quatenus, — abbate et conventu monasterii Molismensis, ordinis sancti Benedicti, Lingonensis dioecesis, proponentibus in eodem monasterio a tempore cujus non erat memoria, annis singulis capitulum celebrari, ibique tractari de reformatione ordinis praedicti et observantia regulari, nec non a Lingonensibus episcopis idem monasterium annuatim visitari; nichilominus tamen abbates et generale capitulum monachorum Nigrorum Lugdunensis provinciae ipsos ut accedant ad capitulum suum, occasione statuti ab ipso papa super reformatione ordinis monachorum Nigrorum et observantia regulari editi, velle compellere, — veritatem de praemissis et aliis circumstantiis idem negotium pertinentibus inquirat, et quae invenerit, ipsi papae

1. Telle est l'adresse fournie par le *Registre*, tant à la rubrique que dans la table des *capitula* de la XIVe année; cependant le texte de la bulle porte *permittant*, et non *permittat*, comme si cette lettre avait au moins deux destinataires.

suis litteris intimet. — (Reg. 20, f. 37 v°; ann. XIV, c. 220; — Moreau 1193, f. 182.)

« .. *episcopo Trecensi.* Ex parte dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii Molismensis, ordinis sancti Benedicti, Lingonensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod, licet in monasterio ipso, a tempore cujus non extat memoria, capitulum annis singulis celebretur, ad quod sexaginta priores et plures monasterio ipsi subjecti conveniunt, prepeditionem canonicam non habentes, ibique tractatus diligens habeatur de reformatione ordinis et observantia regulari, a quo tanquam antiquiori Cister[cienses] originem habuerunt, ac Lingonenses episcopi pro tempore existentes predictum monasterium visitent annuatim, corrigentes et reformantes ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis noverint officio indigere : nichilominus tamen abbates et generale capitulum monachorum Nigrorum Lugdunensis provincie, occasione statuti nostri, ipsos ad capitulum suum accedere pro sua nituntur compellere voluntate. Quare iidem nobis humiliter supplicarunt ut, cum ad tot labores sufficere nequeant, presertim propter gravia onera expensarum, providere super hoc eis salubriter curaremus. Quia vero de facto et ejus circumstantiis, statu quoque et fama monasterii supradicti, et utrum corrigantur et reformentur, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis limam exposcunt, ac statuta nostra super reformatione ordinis et observantia regulari edita, laudabiliter serventur ibidem, scire nequivimus veritatem, mandamus quatenus, de premissis et aliis circumstantiis diligenter inquirens, que inveneris, studeas nobis tuis litteris fideliter intimare, ut, per tuam relationem instructi, procedamus exinde prout secundum Deum viderimus procedendum. Dat. Laterani, XV kalendas martii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5366 Latran, 10 février 1241.

Regem Hungariae, qui Sedi Apostolicae litteris suis intimaverat Battacium (= Vataeium), cum terris suis et populis, cleris et ecclesiis universis, ad unitatem Romanae Ecclesiae desiderare cum humilitate redire, rogat et monet quatenus de his et aliis circumstantiis universis quae praesens negotium tangant, ipsi papae plenius veritatem rescribat. — (Reg. 20, f. 38 r° ; ann. XIV, c. 221 ; — Moreau 1193, f. 214, ex Raynaldo ; — Potthast 10987.)

« .. *illustri regi Ungarie.* Consuete benignitatis affectu —. Dat. Laterani, IIII idus februarii, anno quartodecimo. »

5367 Latran, 18 février 1241.

Universos Christi fideles per regnum Portugaliae constitutos monet et hortatur quatenus cum rege Portugaliae, qui cum nobilibus terrae suae contra infideles tam per mare quam per terram procedere fortius proponebat, vel cum eo quem praedictus rex ad id deputaverit, ad expugnationem hostium fidei prompto animo se accingant; illis qui hunc laborem saltem per annum in propriis personis assumpserint, aut ad hoc de bonis suis juxta facultates proprias erogarint, illam elargitur indulgentiam, quae pro Terrae Sanctae subsidio procedentibus a generali concilio fuerat concessa. — (Reg. 20, f. 38 r°; ann. XIV, c. 222; — Moreau 1193, f. 209; *ibid.*, f. 184. ex Raynaldo; — Potthast 10989.)

« *Universis Christi fidelibus per regnum Portugalie constitutis.* Cum karissimus in —. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno quartodecimo. »

5368 Latran, 18 février 1241.

Capitulo Pergamensi significat se electionem a quattuor ex eis, nomine totius capituli, factam de archidiacono Pergamensi in episcopum Pergamensem, invenisse de persona idonea fuisse celebratam, eamque, non obstantibus exceptionibus ab Ubertino de Curte Nova, Pergamensi canonico, oppositis, confirmare. — (Reg. 20, f. 38 r°; ann. XIV, c. 223 ; — cf. *supra*, n° 5178.)

« *Capitulo Pergamensi.* Ecclesia vestra vacante, vobisque convenientibus ad celebrandam electionem futuri pastoris, et tribus vestrum potestate concessa eligendi quatuor ex vobis, qui de pastore ipsi ecclesie providerent, demum quatuor sic electi dilectum filium .. archidiaconum vestrum in episcopum elegerunt. Vobis itaque petentibus a venerabili fratre nostro .. archiepiscopo Mediolanensi, metropolitano loci, electionem hujusmodi confirmari, et Ubertino de Curte Nova, concanonico vestro, respondente ex adverso id fieri non debere, sed electionem eandem esse potius infirmandam : tandem, causa per appellationem ad nos delata, venerabilem fratrem nostrum .. Sabinensem episcopum partibus dedimus auditorem. Coram quo petente vestro et ipsius electi procuratore confirmari electionem predictam, fuit ex parte dicti Ubertini excipiendo propositum quod confirmanda non erat : tum quia eratis, electionis tempore, auctoritate dilecti filii G[re-

gorii] de Monte Longo, subdiaconi et notarii nostri, Apostolice Sedis legati, vinculo excommunicationis astricti; tum quia contra prohibitionem ejusdem legati extiterat ipsa electio celebrata, et quoniam idem Ubertinus ad eam vocatus non fuerat, qui comode vocari poterat et debebat. Contra quem, inter alia, dictus proposuit procurator falsum esse instrumentum quo Ubertinus ipse probare nitebatur excommunicationem eandem, sicut ex ejus tenore aperte liquebat, et ipsam excommunicationis sententiam post appellationem ad nos legitime interpositam, fuisse prolatam, ac eundem U[bertinum] ad electionem extitisse vocatum, et quod nulle prohibitionis littere ne celebraretur electio, vobis ex parte ipsius legati fuerant presentate. Nos igitur, intellectis per auditorem predictum hiis et aliis que fuerunt hinc inde proposita coram eo, prefatam electionem, quia invenimus eam de persona idonea canonice celebratam, de fratrum nostrorum consilio confirmamus. Dat. Laterani, XII kalendas martii, anno quartodecimo. »

5369 Latran, 18 février 1241.

Capitulo Pergamensi, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictum electum tanquam patrem et animarum suarum pastorem devote recipiant et honeste tractent, ejusque monitis et mandatis intendant. — (Reg. 20, f. 38 v°; ann. XIV, c. 224.)

« *Capitulo Pergamensi.* Cum ecclesia vestra —. Dat. ut supra. »

5370. — In eundem modum *capitulo Pergamensi*[1].

5371. — In eundem modum *clero civitatis et diocesis Pergamensis.*

5372. — In eundem modum *populo civitatis et diocesis Pergamensis*, usque : humiliter intendatis[2].

5373 Latran, 23 février 1241.

Episcopo Constantiensi mandat quatenus Henr[ico], plebano de Waltremmisburc (= Waltensburg), Curiensis dioecesis, — si eum invenerit filium esse sacerdotis, in sacerdotio genitum, nec non praeter plebanatum duo alia beneficia cum animarum cura sine dispensatione apostolica detinere, et insuper de nece bonae memoriae Curiensis episcopi[1] coram dioecesano suo infamatum graviter et convictum fuisse, et genitalibus, propter incontinentiae suae manifestum excessum, privatum, — beneficia obtenta auferat, eadem per illos ad quos pertineat, idoneis faciens conferri personis; addens quod decanum capitulumque Curiensis ecclesiae ab impetitione praedicti plebani, qui ut ipsum in canonicum et in fratrem reciperent, apostolicas litteras ad eos impetraverat, idem episcopus debeat penitus absolvere, et eidem plebano super hoc perpetuum silentium imponere. — (Reg. 20, f. 38 v°; ann. XIV, c. 225; — J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 149, n° 219.)

« .. *episcopo Constantiensi.* Significantibus dilectis filiis —. Dat. Laterani, VII kalendas martii, anno quartodecimo. »

5374 Latran, 18 février [1241].

Episcopo Eugubino concedit ut, ad castra ecclesiae suae contra [Fridericum], Dei et Ecclesiae inimicum, defendenda, bona episcopalia usque ad summam quingentarum librarum Proveniensium Henrico dicto Tallenti et Johanni dicto Tallenti, civibus Romanis, ipsius episcopi fratri et nepoti, obligare possit. — (Reg. 20, f. 38 v°; ann. XIV, c. 226; — Rodenberg 802.)

« .. *episcopo Eugubino.* Coram nobis et —. Dat. Laterani, XII kalendas martii. »

5375 Latran, 6 mars 1241.

Episcopo Laudunensi, intimanti quod patroni ecclesiarum Laudunensis dioecesis, earum proventus sibi pro maxima parte vindicantes, presbyteris earundem ecclesiarum servitiis deputatis adeo exiguam portionem relinquebant, quod ex ea iidem presbyteri non poterant sustentari, mandat quatenus eisdem presbyteris faciat, secundum generalis concilii statuta, sufficientem portionem de praedictarum ecclesiarum proventibus assignari. — (Reg. 20, f. 39 r°; ann. XIV, c. 227; — Moreau 1193, f. 191.)

« .. *episcopo Laudunensi*[2]. Tua nobis fraternitas —. Dat. Laterani, II nonas martii, anno quartodecimo. »

1. Cet *in eundem modum*, simple répétition de la bulle qui précède immédiatement, ne peut avoir été inscrit dans le *Registre* que par erreur.

2. C'est-à-dire sans la clause : « Alioquin sententiam quam idem rite tulerit in rebelles » etc., par laquelle se terminent les trois (ou plus exactement les deux) bulles précédentes.

1. Cf. *supra*, n. 2699 et 3984.

2. Cette bulle paraît avoir été en presque totalité récrite sur un grattage; la date ne semble pas avoir été retouchée.

5376 Latran, 26 février 1241.

Archiepiscopo Strigoniensi mandat quatenus, ad monasteria ordinis sancti Benedicti suae provinciae personaliter accedens et eisdem officium visitationis impendens, corrigat et reformet in eis, tam in capite quam in membris, quae correctionis et reformationis officio noverit indigere; quod si illa monasteria de suo, id est sancti Benedicti, ordine reformari non possint, illa de Cisterciensi vel de Praemonstratensi ordine reformet. — (Reg. 20, f. 39 r°; ann. XIV, c. 228; — Potthast 10993.)

« .. *archiepiscopo Strigoniensi.* Sua nobis karissimus —. Dat. Laterani, IIII kalendas martii, anno quartodecimo. »

5377 Latran, 21 février 1241.

Archiepiscopis et episcopis ad quos praesentes litterae pervenerint, mandat quatenus illas mulieres, quae, per civitates discalciatae discurrentes, se esse de sancti Damiani ordine mentiebantur, et habitum cingulumque monialium ejusdem ordinis et cordulas deferebant, — quas mulieres quidam *Discalciatas* seu *Cordularias*, alii vero *Minoretas* appellabant, — ad abjiciendum eundem habitum cum eisdem cingulis et cordulis per censuram ecclesiasticam compellant. — (Reg. 20, f. 39 r°; ann. XIV, c. 229; — Potthast 10991.)

« *Archiepiscopis et episcopis ad quos littere iste pervenerint.* Ad audientiam nostram —. Dat. Laterani, VIIII kalendas martii, anno quartodecimo. »

5378 Latran, 28 janvier 1241.

Abbati de Hida (= Hyde) juxta Wintoniam mandat quatenus abbatem et conventum monasterii Glastoniensis, Bathoniensis dioecesis, — qui R. de Herefordia et quibusdam aliis clericis Bathoniensis, Saresberiensis et Lincolniensis civitatum et dioecesium in pensionibus, donec eis providerent in beneficio competenti, tenebantur, — ab impetitione clericorum ipsorum, qui eorum ecclesias, plus quam pensiones valentes, cum alibi beneficia cum animarum cura obtinerent, ab eis recipere contradicebant, absolvat, dummodo iidem abbas et conventus quod facere obtulerant, faciant. — (Reg. 20, f. 39 r°; ann. XIV, c. 230.)

« .. *abbati de Hida juxta Wintoniam.* Ex parte .. abbatis et conventus monasterii Glastoniensis, Bathoniensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod, cum R. de Hereford[ia] et quibusdam aliis clericis Bathoniensis, Saresberiensis et Lincolniensis civitatum et diocesum in pensionibus teneantur, donec eis provideant in beneficio competenti : predicti clerici eorum ecclesias, plus quam pensiones valentes, de quibus congrue providetur eisdem, quando vacant, oblatas, ab eis recipere, cum alibi beneficia cum animarum cura obtineant, contradicunt; sicque pensionibus inherentes gravem super eis ipsorum monasterio inferunt lesionem —. Dat. Laterani, V kalendas februarii, anno quartodecimo. »

5379 Latran, 28 février 1241.

Priori et fratribus monasterii de Montesfont (= Mottisfont), ordinis sancti Augustini, Wintoniensis dioecesis, — cujus monasterii, pro salute regis Angliae ejusque progenitorum nuper fundati, adeo tenues et exiles erant redditus, quod ex eis non poterant commode sustentari, — significat se, ad ejusdem regis et ipsorum prioris fratrumque petitionem, eis indulgere ut ecclesiam de Sumburn. (= Sombourne), Wintoniensis dioecesis, in qua ex ipsius regis concessione jus patronatus habebant, possint, cum vacaverit, in usus proprios retinere, « assignata tamen vicario qui pro » tempore deservierit ibidem, de proventibus ejusdem eccle- » sie, portione, unde valeat congruam sustentationem ha- » bere, ac jura episcopalia solvere, nec non alia ecclesie » onera supportare ». — (Reg. 20, f. 39 r°; ann. XIV, c. 231.)

« [..] *priori et fratribus monasterii de Montesfont*[1], *ordinis sancti Augustini, Wintoniensis diocesis.* Injuncti officii sollicitudo —. Dat. Laterani, II kalendas martii, anno quartodecimo. »

5380 Latran, 25 février 1241.

Johanni de Civitella, subdiacono et capellano suo, mandat quatenus electionem factam de magistro B., Budensi praeposito, aulae regiae cancellario, a capitulo Albensis ecclesiae, habita concessione archiepiscopi Strigoniensis, in Albensem praepositum, si illam de persona idonea invenerit canonice celebratam, confirmet. — (Reg. 20, f. 39 v°; ann. XIV, c. 232; — Potthast 10992; — cf. *supra*, n° 5126.)

« *Johanni de Civitella, subdiacono et capellano nostro.* Transmissa nobis dilectorum —. Dat. Laterani, V kalendas martii, anno quartodecimo. »

1. *Montesfont*, dans la table des *capitula* de la XIV[e] année; *Monteffort.*, qui est le résultat d'une mauvaise lecture, dans la rubrique.

5381 Latran, 25 février 1241.

Abbati et conventui monasterii de Stanleya, Cisterciensis ordinis, Saresberiensis dioecesis, — qui erant, per privilegia[1] Sedis Apostolicae, a praestatione decimarum de nutrimentis animalium ipsorum immunes, et a quibus quidam ecclesiarum rectores, in quorum parochiis ipsius monasterii oves pascebant, decimas de lana, lacte et agnis earundem ovium exigebant, — significat se inhibere ne quis contra eadem privilegia ab eis decimas de praedictis exigat vel extorqueat. — (Reg. 20, f. 39 v°; ann. XIV, c. 233.)

« .. *abbati et conventui monasterii de Stanleya*[2], *Cisterciensis ordinis, Saresberiensis diocesis.* Annuere consuevit Sedes —. Dat. Laterani, ut supra. »

5382 Latran, 1er février 1241.

Isimbardo, canonico Rothomagensi, mandat quatenus excommunicationis sententiam a magistro Gaufrido de Pontibus promulgatam in majorem et scabinos communis de Pruvino, denegantes parere diffinitivae sententiae contra ipsos a Bulgarello, canonico Leodiensi, studenti Parisius, prolatam in causa inter Stephanum Alexii, civem Romanum, ex una parte, et ipsos majorem scabinosque, ex altera, exorta super quibusdam instrumentis et quadam summa pecuniae, « singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis » campanis et candelis accensis », innovet, eamque faciat inviolabiliter observari ; « quod si nec sic eorum duritia » poterit emolliri », terram ipsorum ecclesiastico interdicto supponat. — (Reg. 20, f. 39 v°; ann. XIV, c. 234.)

« *Isimbardo, canonico Rothomagensi.* Dilectus filius Stephanus Alexii, civis Romanus, nobis exposuit quod, cum causam que inter ipsum, ex parte una, et .. majorem ac scabinos communis de Pruvino, Senonensis diocesis, ex altera, super quibusdam instrumentis et pecunie summa vertitur, magistro Johanni de Placentia, canonico Ultrasilvano, Parisius commoranti, duxerimus committendam : eodem magistro postmodum Bulgarello, canonico Leodiensi, studenti Parisius, in totum causam subdelegante predictam, ipsoque B[ulgarello], cognitis cause meritis, diffinitivam pro dicto cive contra eosdem majorem et scabinos sententiam proferente, nos dilecto filio magistro Guarnacio, canonico Tervisino, Parisius moram trahenti, super observatione ipsius sententie direximus scripta nostra. Et licet, prefato G[uarnacio] magistro Gaufrido de Pontibus clerico committente super hoc totaliter vices suas, idem magister in predictos májorem et scabinos, ipsi diffinitive parere contumaciter denegantes, exigente justitia, excommunicationis sententiam promulgarit : iidem tamen, eam dampnabiliter contempnentes, nondum jamdicto civi de premissis satisfacere procurarunt —. Dat. Laterani. kalendis februarii, anno quartodecimo. »

1. Le ms. porte ici *privilegium*, mais, plus loin, *eadem privilegia*.

2. *Stalleia* dans la rubrique, mais *Stanleya* dans la table des *capitula* de la XIVe année.

5383 Latran, 26 février 1241.

Capitulo Cantuariensi concedit ut, — cum, propter obitum Cantuariensis archiepiscopi, non jam posset procedi in causa quae inter eundem archiepiscopum, ex una parte, et ipsos, ex altera, super diversis articulis vertebatur, — nullum eis super ejusdem causae prosecutione praejudicium ex lapsu temporis generetur, quousque Cantuariensi ecclesiae de pastore provideatur. — (Reg. 20, f. 39 v°; ann. XIV, c. 234 *bis*[1].)

« *Capitulo Cantuariensi.* Cum in causa que inter bone memorie .. Cantuariensem archiepiscopum, ex una parte, et vos, ex altera, super diversis articulis vertebatur, procuratoribus partium in nostra presentia constitutis venerabilem fratrem nostrum .. Ostiensem episcopum dederimus auditorem, et super eisdem coram ipso fuerit diutius litigatum : tamen, propter contumaciam procuratoris ejusdem archiepiscopi manifestam, litis contestatio non potuit provenire. Verum, cum, dicto archiepiscopo viam universe carnis ingresso, non possit in causa procedi, nec per vos steterit quin procederetur in ipsa, nos, vestris supplicationibus inclinati, presentium vobis auctoritate concedimus ut super ejusdem prosecutione cause, quousque vestre provideatur ecclesie de pastore, nullum ex lapsu temporis vobis prejudicium generetur. Dat. Laterani, IIII kalendas martii, anno quartodecimo. »

5384 Latran, 14 mars 1241.

Decano Thebano, nec non decano et archidiacono Nigripontensibus mandat, inter alia, quatenus, — cum Sinibaldus,

1. La présente bulle n'avait pas d'abord été comprise dans la numérotation; lorsque, vraisemblablement au XVIIe ou au XVIIIe siècle, on a voulu réparer cette omission, on lui a donné la cote CCXXXIV *a*, que nous changeons en CCXXXIV *bis*; cette pièce ne figure pas dans la table des *capitula* de la XIVe année; rien d'ailleurs ne la distingue de celles qui précèdent ou qui suivent.

tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, et Riccardus, Sancti Angeli diaconus cardinalis, in causa inter patriarcham Constantinopolitanum et archiepiscopum Corinthiensem exorta, de mandato apostolico ordinavissent ut idem archiepiscopus, praestito juramento de parendo mandatis Ecclesiae et patriarchae praedicti, absolveretur ab excommunicationis sententia in ipsum ab eodem patriarcha lata, ita tamen quod dictus patriarcha eidem archiepiscopo nihil praecipere vel mandare absque Sedis Apostolicae speciali mandato posset, — eundem archiepiscopum absolvant et absolutum denuntient, eique injungant ut, cum commode poterit, infra sex menses post absolutionem suam eundem patriarcham visitet. — (Reg. 20, f. 39 v°; ann. XIV, c. 235.)

« .. *Thebano et .. Nigripontensi decanis, et .. archidiacono Nigripontensi*[1]. Cum in causa que inter venerabilem fratrem nostrum .. patriarcham Constantinopolitanum et .. archiepiscopum Corinthiensem[2] vertitur, utriusque partis procuratores, ad Sedem Apostolicam accedentes, coram dil[ectis] fil[iis] nostris[3] S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero, et R[iccardo], Sancti Angeli dia[cono] car[dinalibus], diutius litigassent : proponente dicto procuratore ipsius patriarche prefatum archiepiscopum, pro eo quod, pluries citatus, venire ad obedientiam et reverentiam qua tenetur, eidem patriarche et Constantinopolitane ecclesie exhibendam, contumaciter recusabat, post[4] latam in ipsum interdicti sententiam, vinculo ab eodem[5] patriarcha excommunicationis astrictum, ac petente quod[6] hujusmodi excommunicationis et interdicti[7] sententias mandaremus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, predicti[8] archiepiscopi procurator ex adverso respondit quod, antequam ipse patriarcha processisset in aliquo contra eum, ad nos legitime appellavit, appellationis sue causas probabiles assignando, videlicet infirmitatem proprii corporis, discrimina viarum et guerrarum pericula, per que Constantinopolim ire volentibus erat iter penitus interclusum ; propter quod dicebat hujusmodi[1] sententias nullas esse. Tandem, pro bono pacis, jamdicti procuratores dispositioni et ordinationi dictorum[2] card[inalium][3] se super hoc voluntarie submiserunt. I[i]dem vero cardinales de speciali mandato nostro taliter ordinarunt, ut idem archiepiscopus, de parendo mandatis Ecclesie ac patriarche predicti juramento prestito, ad cautelam, juxta formam Ecclesie absolvatur, ita tamen quod, pretextu juramenti hujusmodi, dictus patriarcha nichil possit ei precipere vel mandare absque mandato Sedis Apostolice speciali. Quocirca mandamus quatenus, ipsi archiepiscopo secundum premissam formam absolutionis beneficium impendentes, et denuntiantes eum publice absolutum, auctoritate nostra injungatis eidem ut, cum comode[4] poterit, eundem patriarcham infra sex menses post absolutionem suam, cum devotione ac reverentia visitabit. Ceterum[5] cum dicto archiepiscopo super eo quod post hujusmodi sententias celebravit, de appellatione confisus, eadem auctoritate dispensare curetis. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, II idus[6] martii, anno quartodecimo. »

1. Plusieurs corrections, contemporaines de la transcription du *Registre*, ont été faites en marge de cette pièce ; on remarque également une correction dans la date, mais seulement dans la date du jour. Nous indiquons tous les endroits où paraissent certaines les traces de remaniement.

2. Les deux syllabes *Corin.*, dans *Corinthien.*, ont été récrites sur un grattage.

3. Primitivement, il n'y avait qu'un cardinal nommé à cet endroit. En effet, *nostris* résulte d'une correction, ainsi que les mots *Laurentii in Lucina presbitero et R. Sancti* ; en outre, les mots *Angeli diac*[ono] *card*[*inalibus*] ont été ajoutés en marge.

4. Les mots *post latam in ipsum interdicti sententiam* ont été ajoutés en marge.

5. Le mot *eodem* a été récrit sur un grattage, et le mot *patriarcha* a été ajouté en marge.

6. Le mot *quod* a été ajouté en interligne.

7. Les mots *et interdicti* ont été récrits sur un grattage, et les mots *sententias mandaremus* ont été ajoutés en marge.

8. La finale de *predicti* résulte d'une correction.

1. Le mot *hujusmodi* a été récrit sur un grattage ; de même les finales des mots *sententias* et *nullas*.

2. Le mot *dictorum* a été récrit sur un grattage.

3. Entre *dictorum* et *card*[*inalium*] on lit : « S., tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiteri, et R., Sancte Marie in Cosmidin diaconi » ; toute cette partie de la phrase a été annulée par un *va-cat*.

4. Entre *cum* et *comode*, on lit : « Domino faciente, restitutus fuerit libertati et », autre partie de phrase également annulée par un *va-cat*.

5. Tout ce qui suit, depuis : *Ceterum*, jusqu'à la formule : *Quod si non omnes etc.*, inclusivement, a été ajouté dans la marge extérieure.

6. *II idus* est le résultat d'une correction

5385 Latran, 6 février 1241.

Abbatissae et conventui Sanctae Mariae Suessionensis, ordinis sancti Benedicti, attendens monomachias esse prohibitas, indulget ut eis, contra originarios ipsarum monasterii, in Gallia *homines de corpore* nuncupatos, qui fugitivi ad alienum dominium migraverint, volentibus experiri, uti liceat, non obstante constitutione duelli, quolibet legitimo probandi

genere quod indulgeatur a jure. — (Reg. 20, f. 40 r°; ann. XIV, c. 236; — Potthast 10983.)

« .. *abbatisse et conventui Sancte Marie Suessionensis, ordinis sancti Benedicti.* Abolenda in partibus Gallicanis [etc., ut supra, in litteris sub numero 4894 notatis, ad abbatem et conventum Fossatenses directis, usque :] originarii monasterii vestri, quos *homines de corpore*[1] [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] et ob hoc monasterium vestrum non modicam sustineat [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque in finem]. Dat. Laterani, VIII idus februarii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5386 Latran, 6 mars 1241.

Abbati et archidiacono Sancti Albani, Lincolniensis dioecesis, et priori de Dunestaple (= Dunstable), ejusdem dioecesis, mandat, inter alia, quatenus suspensionis, interdicti et excommunicationis sententias a nuper defuncto archiepiscopo Cantuariensi in capitulum ecclesiae Cantuariensis prolatas, relaxent; cum illis qui post easdem sententias divina celebrarint, super hoc dispensent, illosque absolutos nuntient; ceterum praefato capitulo nuntient quod, postquam dictam relaxationem sententiarum in ipsos latarum fuerint consecuti, tempus eis incipiet currere a canone in electionibus diffinitum. — (Reg. 20, f. 40 r°; ann. XIV, c. 237.)

« .. *abbati et .. archidiacono Sancti Albani, et .. priori de Dunestapl*[*e*], *Lincolniensis diocesis.* Ex parte capituli ecclesie Cantuariensis fuit nobis humiliter supplicatum ut, licet suspensionis, interdicti et excommunicationis sententiis a bone memorie .. archiepiscopo Cantuariensi vel ejus auctoritate in ipsos aut eorum aliquos prolatis post appellationem ad nos interpositam, et per Cantuarien[sem] civitatem et diocesim et totam provinciam publicatis, super quibus diu est agitata questio coram nobis, se teneri non credant : ne tamen, occasione illarum, ipsius ecclesie possit impediri provisio, et ne penes illam fidelium devotio minuatur, super hoc tam eis quam clericis et familiaribus eorum, seu quibuslibet aliis, in quos, ipsorum pretextu, dicte sententie promulgate dicuntur, providere de circumspectione solita curaremus. Nos itaque, dictorum capituli precibus inclinati, mandamus quatenus, easdem sententias ad cautelam juxta formam Ecclesie relaxantes, si forte ipsi et prefati clerici aliquam pro eo contraxerunt irregularitatis notam, quod, de appellatione confisi, divina post jamdictas sententias celebrarunt, cum ipsis auctoritate apostolica dispensetis, eosdem et familiares ac alios memoratos absolutos nichilominus nuntiantes, illis omnibus adeundi libere dictam ecclesiam, licentiam concedendo, qui ad ipsam, pretextu sententiarum hujusmodi, non accedunt. Volumus tamen ut nullum propter hoc futuro Cantuariensi pontifici prejudicium generetur. Ceterum prefato capitulo nuntietis quod, postquam dictam relaxationem fuerint consecuti, tempus eis incipit currere in electionibus a canone diffinitum. Non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque :] ita quod ultra tertiam vel quartam [etc., usque :] non trahatur. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, II nonas martii, anno quartodecimo. »

5387 Latran, 6 mars 1241.

Decano, archidiacono et cancellario Sancti Pauli Londoniensis mandat quatenus super articulis super quibus causa inter nuper defunctum archiepiscopum Cantuariensem, ex una parte, et capitulum Cantuariense, ex altera, vertebatur, testes senes et valetudinarios, et alios de quorum morte vel absentia diuturna timeatur, qui ipsis a praedicto capitulo nominati fuerint, recipiant et examinent, eorumque dicta in publica instrumenta redigi faciant; proviso ut archidiacono Cantuariensi, qui, sicut asserebatur, vices archiepiscopi, tempore vacationis, gerebat, vel alii ad quem id de jure pertinere noscatur, nuntient ut receptioni testium, si velint, intersint; super denuntiatione sic facta ipsi decanus ejusque collegae instrumentum publicum confici faciant. — (Reg. 20, f. 40 r°; ann. XIV, c. 238.)

« .. *decano, .. archidiacono et .. cancellario Sancti Pauli Londoniensis.* Cum super causa que inter bone memorie .. archiepiscopum, ex una parte, et capitulum Cantuarien[ses], ex altera, coram venerabili fratre nostro .. Ostiensi episcopo, a nobis auditore concesso partibus, super diversis articulis quos vobis sub bulla nostra interclusos mittimus, vertebatur, diu fuerit litigatum, et, propter contumaciam manifestam procuratoris ejusdem archiepiscopi, ad litis contestationem non potuerit perveniri : fuit nobis ex parte dicti capituli supplicatum ut, cum in hujusmodi dilatione negotii quidam de capitulo ipso decesserint, quorum testimonium eis super ipsa causa quamplurimum necessarium existebat, ne ipsis, pro defectu testium, occultetur veritas et probationum copia subtrahatur, super hoc eis providere

1. Quelques mots de cette bulle : « Originarii monasterii vestri, quos *homines de corpore* patria censuit appellandos », sont cités par Du Cange, au mot *Homines de corpore* (sub *Homo*), d'après l'*Histoire de... Notre-Dame de Soissons*, de dom Michel Germain, p. 451.

de circumspectione solita curaremus —. Dat. Laterani, II nonas martii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5388 Latran, 5 mars 1241.

Conventui Cantuariensi significat se velle ut eorum fama nullum dispendium incurrat, ex eo quod tres ex eis privilegium beati Thomae martyris, a quo sigillum avulsum fuerat, rescripserant et exemplari ab ipsis sic confecto idem sigillum apposuerant. — (Reg. 20, f. 40 v°; ann. XIV, c. 239.)

« *Conventui Cantuariensi.* Lecta coram nobis vestra petitio continebat quod, cum bone memorie E[admundus], Cantuariensis archiepiscopus, vos in quibusdam privilegiis pie recordationis Alex[andri] pape III, predecessoris nostri, et beati Thome martiris assereret falsitatis vitium commisisse, ac dilectus filius noster O[tto], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, vobis sollempniter convocatis, super hoc a singulis vestrum fecisset inquiri sub juramento prestito veritatem : tres dumtaxat ex vobis culpabiles reperit, qui privilegium dicti martiris, a quo sigillum avulsum fuerat, in spiritu simplicitatis erronee rescribere ac idem sigillum ei apponere presumpserunt. Verum, cum ipsi propter hoc, ut asseritis, condignam acturi penitentiam, sint ad alia loca translati, et vos in hac parte reperti fueritis innocentes, nos, vestris supplicationibus inclinati, volumus ut, cum, pro reverentia dicti martiris, honore digni jugiter existatis, nullum exinde incurrat fama vestra dispendium vel innocentia detrimentum. Dat. Laterani, III nonas martii, anno quartodecimo. »

5389 Latran, 9 mars 1241.

Archiepiscopo Sipontino et abbati de Ripalta, Cisterciensis ordinis, Civitatensis dioecesis, mandat quatenus monasterium Sanctae Mariae de Gualdo, ordinis sancti Benedicti, Beneventanae dioecesis, ad cujus bona, sicut ex ejusdem monasterii prioris et conventus insinuatione ipse papa didicerat, nonnulli avidas manus extendebant, non permittant contra privilegia ei a Sede Apostolica indulta molestari. — (Reg. 20, f. 40 v°; ann. XIV, c. 240.)

« .. *archiepiscopo Sipontino et .. abbati de Ripalta*[1], *Cisterciensis ordinis, Civitatensis diocesis.* Propter humani generis —. Dat. Laterani, VII idus martii, anno quartodecimo. »

1. *Ms.* : Ripalia.

5390 Latran, 1er mars 1241.

Archidiacono Salopesbyriae (= Salop), Coventrensis dioecesis, — qui cum archidiaconatu Salopesbyriae, cujus redditus annuatim decem marcas non excedebant, praebendam in capella regis de Brung. (= Bridgnorth) ex apostolica dispensatione retinebat, et quem oportebat in partibus illis frequenter hospitalitati vacare, — indulget supplicanti ut ecclesiam de Stotesdon (= Stottesden), Hereford[i]ensis dioecesis, quam, sicut ipse archidiaconus dicebat, oblatam sibi nuper canonice, illo tenore receperat, si posset super hoc apostolicam gratiam obtinere, valeat cum praedictis archidiaconatu et praebenda retinere; ita tamen quod in archidiaconatu ipso personaliter deserviat, et in praefatis ecclesia et praebenda faciat per idoneos vicarios deserviri. — (Reg. 20, f. 40 v°; ann. XIV, c. 241.)

« .. *archidiacono Salopesbyr*[*ie*], *Coventrensis diocesis.* Illos Apostolica Sedes —. Dat. Laterani, kalendis martii, anno quartodecimo. »

5391 Latran, 12 mars 1241.

R., rectori ecclesiae de Balagerio (= Balaguer), Urgellensis dioecesis, — qui longo tempore studio litterarum operam dederat et studio canonici et civilis juris insistebat, — indulget ut eandem ecclesiam de Balagerio cum quadam canonia et archidiaconatu de Aristoth in ecclesia Urgellensi, quorum proventus viginti marcas argenti non excedebant, retinere possit. — (Reg. 20, f. 40 v°; ann. XIV, c. 242.)

« *R., rectori ecclesie de Balagerio, Urgellensis diocesis.* In nostra presentia constitutus tua nobis petitione monstrasti quod, vacantibus quadam canonia et archidiaconatu de Aristoth in ecclesia Urgellensi, venerabilis frater noster .. archiepiscopus Terraconensis, loci metropolitanus, ad quem, per lapsum temporis, ipsorum erat collatio devoluta, tibi prius canoniam ipsam, et postmodum venerabilis frater noster .. episcopus Urgellensis, auctoritate dicti archiepiscopi, predictum archidiaconatum liberaliter contulerunt; quorum collationem tua providentia taliter acceptavit, videlicet si tecum, quod ecclesiam tuam de Balagerio retinere cum canonia et archidiaconatu posses eisdem, quorum proventus viginti marcarum argenti valentiam non excedunt, Sedes Apostolica dispensaret. Verum, cum longo tempore operam dederis studio litterarum, et, studio canonici et civilis juris insistens, in utroque bene profecisse dicaris, nos, per te alios ad studia bonitatis invitare volentes, devotioni tue quod archidiaconatum et canoniam predictos, non obstantibus concilii generalis et bone memorie .. episcopi Sabinensis, tunc in

partibus illis Apostolice Sedis legati, constitutionibus, recipere et cum ipsis eandem ecclesiam retinere valeas, auctoritate presentium indulgemus ; ita tamen quod in ecclesia Urgellensi personaliter resideas, et in ecclesia de Balagerio facias per vicarium idoneum deserviri —. Dat. Laterani, IIII idus martii, anno quartodecimo. »

5392 Latran, 13 mars 1241.

Gerardo, archidiacono Tullensi, significat se per litteras conservatorias ad H., archidiaconum Remensem, pro comite Barri Ducis, crucesignato, ab ipso papa directas, non intendisse episcopi Virdunensis juribus detrimentum afferri, eique mandat quatenus praefato H. archidiacono inhibeat ne, praedictarum litterarum praetextu, jurisdictionem ejusdem episcopi vel ejus officialis impediat vel perturbet. — (Reg. 20, f. 41 r°; ann. XIV, c. 243; — Moreau 1193, f. 197; — cf. *supra*, n. 4112 et 4113.)

« *Gerardo, archidiacono Tullensi.* Venerabilis frater noster .. episcopus Virdunensis transmissa nobis petitione monstravit quod, cum nos olim quondam .. comitis Barri Ducis, crucesignati, proficiscentis in subsidium Terre Sancte, ac .. uxoris sue personas, cum familia et omnibus bonis suis que tunc rationabiliter possidebant, susceperimus sub protectione beati Petri et nostra, statuentes ut liberi sui, qui adhuc, sicut idem asseruerat, erant in ipsius comitis potestate, sub eadem protectione, donec pervenire[n]t ad vicesimum quintum annum, si eum contingeret in prosecutione negotii dicte Terre decedere, permanerent, H., archidiacono Remensi, super hoc sibi conservatore concesso : i[i]dem uxor et liberi, de hujusmodi conservatione confisi, jurisdictionem quam habet in eos dictus episcopus ordinariam vacuantes, de se conquerentibus coram eo aut ejus officiali respondere indebite contradicunt. Et licet sepe contingat eosdem episcopum et officialem in illos, propter contumaciam eorundem seu alias causas rationabiles, excommunicationis et interdicti sententias, exigente justitia, promulgare, nichilominus tamen conservator predictus sententias relaxat easdem et inhibet illis ne coram eis presumant aliquatenus litigare. Quare idem episcopus provideri sibi super hoc humiliter postulavit. Quia vero intentionis nostre non extitit per hujusmodi conservatorias litteras a nobis indultas eidem comiti ac uxori sue, jurisdictioni alicujus detrahere ordinarii seu etiam delegati, sed eos ab invasorum, raptorum sive predonum audacia defensare, mandamus quatenus, si est ita, prefato conservatori auctoritate nostra expresse inhibere procures, ipsum, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, nichilominus compescendo, ne, hujusmodi conservationis pretextu, jurisdictionem ejusdem episcopi seu officialis ipsius impediat vel perturbet. Dat. Laterani, III idus martii, anno quartodecimo. »

5393 Latran, 13 mars 1241.

Eidem similiter pro eodem Virdunensi episcopo scribit, ut abbati Flabonis Montis, Praemonstratensis ordinis, quem ipse papa conservatorem eidem comiti Barri Ducis, crucesignato, super bonis ejus integre servandis, concesserat, inhibeat ne, earundem conservatoriarum litterarum praetextu, castra et villas ad Virdunensem ecclesiam spectantia interdicet, homines ibidem habitantes excommunicet, eorundem locorum presbyteros suspendat, aut ejusdem episcopi Virdunensis jurisdictionem impediat vel perturbet. — (Reg. 20, f. 41 r°; ann. XIV, c. 244; — Moreau 1193, f. 199.)

« *Eidem.* Ex parte venerabilis fratris nostri .. episcopi Virdunensis fuit propositum coram nobis quod, cum dudum quondam .. comitem Barri Ducis, crucesignatum, proficiscentem in subsidium Terre Sancte, cum familia, castris, villis et aliis bonis suis que tunc rationabiliter possidebat, susceperimus sub protectione beati Petri et nostra, statuentes ut a tempore assumpte crucis ea omnia integra et quieta manerent, donec de reditu suo vel obitu cer[tissime] nosceretur, et post mortem suam usque ad quinquennium, si eum contingeret interim de hac luce vocari, .. abbate Flabonis Montis, Premonstratensis ordinis, sibi super hoc conservatore concesso : idem abbas, mandati nostri fines excedens, et per se ac alios quibus committit aliquando vices suas, vires litterarum nostrarum enervans, per quas episcopo cavebatur eidem ut, pretextu protectionis hujusmodi, nullum ecclesie sue juribus prejudicium generetur, passim mandat in castra et villas ad eandem ecclesiam pleno jure spectantia interdicti, et in homines habitantes ibidem excommunicationis, nec non in presbiteros locorum ipsorum suspensionis sententias promulgari, in ejus et ejusdem ecclesie non modicum prejudicium et gravamen, sumpta ex eo causa dumtaxat, quod dicti episcopi homines cum hominibus prefati comitis, utpote locorum vicinitate sibi conjunctis, rixantur interdum, vel ipsorum resistendo conatibus se defendunt, seu quod recipiunt pignora pro debitis in quibus jamdicti comitis homines tenentur eisdem, super quibus coram eodem episcopo et etiam coram balivis supradicti comitis facere illis justi-

tiam sunt parati, prout hactenus fieri consuevit. Quare memoratus episcopus provideri sibi super hoc humiliter postulavit. Quia vero intentionis nostre [etc., ut in precedenti epistola, paucis mutatis, usque :] defensare, mandamus quatenus, si est ita, relaxatis sententiis, si quas constiterit executorem predictum vel ejus subdelegatos taliter promulgasse, supradicto abbati auctoritate nostra expresse inhibere procures [etc., ut in eadem precedenti epistola, usque :] pretextu, talia in ejusdem episcopi prejudicium attemptare presumat, aut alias jurisdictionem ipsius impediat vel perturbet. Dat. ut supra. »

5394 Latran, 13 mars 1241.

Priori et fratribus heremi Sancti Matthaei, Florentinae dioecesis, qui, suscepto religionis habitu, elegerant « virtu- » tum Domino sub beati Benedicti regula famulari », dictam regulam concedit petentibus, ab ipsis et ipsorum successoribus in perpetuum observandam. — (Reg. 20, f. 41 v°; ann. XIV, c. 245.)

« .. *priori et fratribus heremi Sancti Mathei, Florentine diocesis, ordinis sancti Benedicti.* Cum pro crucifixi —. Dat. ut supra. »

5395 Latran, 13 mars 1241.

Herefordiensi et Exoniensi episcopis, et abbati Sancti Eadmundi, Norwicensis dioecesis, mandat quatenus veritatem inquirant super praejudicio quod regi Angliae possit generari ex quadam compositione quae inter Bathoniensem episcopum, ex parte una, et monachos monasterii Glastoniensis, Bathoniensis dioecesis, ex altera, intervenerat. — (Reg. 20, f. 41 v°; ann. XIV, c. 246.)

« [..] *Hereford*[*i*]*ensi et .. Exoniensi episcopis, et .. abbati Sancti Eadmundi, Norwicensis diocesis.* Ex parte karissimi in Christo filii nostri .. regis Anglie illustris fuit postulatum a nobis ut, cum, dudum inter venerabilem fratrem nostrum .. Bathoniensem episcopum, ex parte una, et monachos monasterii Glastoniensis, Bathoniensis diocesis, ex altera, super jure patronatus quod idem episcopus in monasterio ipso se habere dicebat, de Cranemere et quibusdam aliis maneriis, ac rebus aliis questione suborta et ventilata diutius, intervenerit tandem super hiis compositio inter eos, super ea observanda hinc inde prestito juramento, et ex compositione hujusmodi corone regie grave prejudicium generetur, providere in hac parte sollicite curaremus. Quocirca mandamus quatenus inquiratis super hoc, tam per predictos monachos quam alios fide dignos, diligentius veritatem, ipsos ad id, si oportuerit, ecclesiastica censura, appellatione postposita, compellentes ; quicquid inveneritis, nobis fideliter rescribendo, ut, ex relatione vestra instructi, securius procedamus. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, III idus martii, anno quartodecimo. »

5396 Latran, 13 mars 1241.

Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum significat se inhibere ne quis ex praelatis ecclesiarum absque mandato Sedis Apostolicae speciali ab eis obedientiam manualem praesumat exigere. — (Reg. 20, f. 41 v°; ann. XIV, c. 247; — Potthast 10990[1].)

« .. *generali ministro et universis fratribus ordinis fratrum Minorum.* Inducimur pie conversationis —. Dat. ut supra. »

5397 Latran, 19 mars 1241.

Decano Suessionensi confirmat Remensem cancellariam, ipsi decano a Praenestino episcopo, Apostolicae Sedis legato, ecclesia Remensi vacante, concessam. — (Reg. 20, f. 41 v°; ann. XIV, c. 248.)

« .. *decano Suessionensi.* Sincera devotio quam —. Dat. Laterani, XIIII kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5398 Latran, 14 mars 1241.

Archidiacono Cantuariensi mandat quatenus, sublato quolibet impedimento, Petro, ipsius papae subdiacono et capellano, qui per se ac suos Ecclesiae Romanae obsequiis incessanter insistebat, in aliqua parochiali vel alia ecclesiarum Lincolniensis, aut Wintoniensis, vel Norwicensis seu Eliensis civitatum vel dioecesium, Lincolniensi cathedrali excepta, in beneficio quod ad minus sexaginta marcas sterlinguorum annuatim valeat, si vacat vel quam primo vacaverit, et interim a duobus abbatibus aliquarum civitatum vel dioecesium praedictarum in annua pensione viginti marcarum faciat provideri. — (Reg. 20, f. 41 v°; ann. XIV, c. 249.)

« .. *archidiacono Cantuariensi.* Si quantitas premii —.

1. Avec la date *IX kalendas martii* (= 21 février), d'après Wadding, *Ann. Minor.*, III, 415-416, n° 30, et Sbaralea, *Bullar. Francisc.*, I, 290, n° 332.

Hinc est quod pro dilecto filio Petro, subdiacono et capellano nostro, qui per se ac suos nostris et Ecclesie Romane obsequiis incessanter insistit, mandamus quatenus eidem in aliqua ecclesiarum Lincolniensis, aut Wintoniensis, vel Norwicensis seu Eliensis civitatum vel diocesum parrochiali vel alia, Lincolniensi cathedrali dumtaxat excepta, in beneficio quod ad minus sexaginta marcas sterling[uorum] valeat annuatim, si vacat ad presens vel quam primo vacare contigerit, ac interim, donec fuerit auctoritate presentium hujusmodi beneficium assecutus, in viginti marcis[1] annua pensione a duobus abbatibus aliquarum civitatum vel diocesum predictarum facias provideri; non obstantibus aliqua indulgentia, vel si in ecclesia in qua sibi provideri mandaveris, certus sit canonicorum numerus, juramento seu quacumque alia firmitate vallatus, aut si aliis sit in ipsa de mandato nostro provisum, vel si ei per quem in dicto beneficio sibi provideri preceperis, aut eisdem abbatibus pro aliorum provisione direximus scripta nostra, qui hujusmodi gratiam prosequantur, seu litteris dudum obtentis a nobis ut in aliqua ecclesiarum regni Anglie in beneficio prebendali provideretur eidem, cum processum per eas habitum fecerimus revocari, aut quod alibi beneficiatus existit. Contradictores etc. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Nos enim prefatum beneficium nostre donationi servamus, conferendum capellano predicto, decer[nentes], si secus de ipso attemptari contigerit, irritum et inane. Dat. Laterani, II idus martii. »

5399 Latran, 8 mars 1241.

Capitulo Albensi scribit : « Auctoritate vobis presentium » indulgemus ut laudabilem consuetudinem que in Ungaria » erga corpus Christi, cum ad infirmos defertur, servatur, in » ecclesia vestra, que ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet » mediante, vobis liceat observare. » — (Reg. 20, f. 42 r°; ann. XIV, c. 250.)

« *Capitulo Albensi.* Auctoritate vobis presentium —. Dat. Laterani, VIII idus martii, anno quartodecimo. »

5400 Latran, 20 mars 1241.

Abbati et conventui monasterii Sanctorum Sebastiani et Fabiani de Urbe, Cisterciensis ordinis, significat se monasterium Sancti Cosmae de Vicovaro, ordinis sancti Benedicti, Tiburtinae dioecesis, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinens, adeo in temporalibus et spiritualibus, propter malitiam habitantium in eodem, collapsum, quod nulla spes erat quod posset in suo, id est sancti Benedicti, ordine reformari, cum omnibus capellis, juribus, possessionibus et pertinentiis suis, ipsorum monasterio uniendum duxisse; ita quod « de cetero ipsa monasteria, quasi unum corpus existen- » tia, perpetuis temporibus sub unius abbatis providentia et » cura regantur ». — (Reg. 20, f. 42 r°; ann. XIV, c. 251.)

« .. *abbati et conventui monasterii Sanctorum Sebastiani et Fabiani de Urbe, Cisterciensis ordinis.* Intellecto quod monasterium —. Dat. Laterani, XIII kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5401 Latran, 19 mars 1241.

Gregorio de Monte Longo, subdiacono et notario suo, apostolico legato, scribit : « Quia grata nobis esset tua presentia, » et forsan expediet ut, cum de statu Lombardie plenam ob- » tineas veritatem, de hiis que in illa facta sunt, aliquid in » futuro concilio proponatur, volumus et monemus ut, si » absque dispendio commissi tibi negotii et Lombardorum » offensa fieri poterit, ad nostram presentiam revertaris. » — (Reg. 20, f. 42 r°; ann. XIV, c. 252; — Moreau 1193, f. 202; — Rodenberg 808.)

« *G[regorio] de Monte Longo, subdiacono et notario nostro, Apostolice Sedis legato.* Quia grata nobis —. Dat. Laterani, XIIII kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

5402 Latran, 18 mars 1241.

Johanni de Civitella, subdiacono et capellano suo, mandat quatenus episcopo Vesprimiensi, si propter infirmitatem corporis ad concilium quod ipse papa celebrare proponat, venire nequeat, remanendi licentiam tribuat, ita tamen quod ad dictum concilium nuntium destinare procuret. — (Reg. 20, f. 42 r°; ann. XIV, c. 253; — Rodenberg 807.)

« *Johanni de Civitella, subdiacono et capellano nostro*[1]. Cum, sicut ex —. Dat. Laterani, XV kalendas aprilis, anno quartodecimo. »

1. *Sic*, vraisemblablement pour *marcarum*.

1. On lit dans la rubrique : *subdiacono et not[ario] capellano nostro*; mais la syllabe *not.* est biffée par un trait rouge. — Dans la table des *capitula* de la XIVe année, il n'y a pas *notario*, mais seulement *subdiacono et capellano nostro*.

5403 Latran, 19 mars 1241.

Bosego, ordinario Mediolanensi, mandat quatenus Ottonem dictum Barsa, canonicum ecclesiae de Varisio (= Varese), Mediolanensis dioecesis, — qui A., praepositum ecclesiae de Castroseprio, ipsius papae subdiaconum, nepotem Sabinensis episcopi, super ecclesia Sanctae Mariae de Scairano, super qua inter praedictos canonicum et praepositum quaestio vertebatur, coram saeculari judice citari temere procuraverat, — compellat ut infra tres menses post ipsius Bosegi monitionem, coram ipso papa personaliter compareat; ipse Bosegus diem et formam citationis per suas litteras papae intimet. — (Reg. 20, f. 42 r°; ann. XIV, c. 254.)

« *Bosego, ordinario Mediolanensi.* Dilectus filius A., prepositus ecclesie de Castroseprio, subdiaconus noster, nepos venerabilis fratris nostri .. Sabinensis episcopi, sua nobis petitione monstravit quod, cum inter ipsum et Ottonem dictum Barsa, canonicum ecclesie de Varisio, Mediolanensis diocesis, coram .. abbate de Aqua Frigida, auctoritate dilecti filii G[regorii] de Monte Longo, subdiaconi et notarii nostri, Apostolice Sedis legati, super ecclesia Sancte Marie de Scairano questio verteretur : dictus canonicus, de suo jure diffidens, ipsum citari super eadem ecclesia coram seculari judice temere procuravit; et quia idem prepositus, diligenter attendens quod laicis de clericis nulla est attributa potestas, litigare, prout non debebat, noluit coram eo, idem canonicus prepositum ipsum per eundem judicem quadam quantitate vini et rebus aliis obtinuit spoliari —. Dat. Laterani, XIIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5404 Latran, 5 mars 1241.

Episcopo Albiensi, priori Sancti Caprasii, Agennensis dioecesis, et archipresbytero Sancti Gervasii, Albiensis dioecesis, mandat quatenus episcopo Tholosano de redemptionibus votorum crucesignatorum Caturcensis, Tholosanae et Albiensis dioecesium satisfieri faciat super sexcentis libris quas idem Tholosanus episcopus Bulgariuo, civi Januensi, pro Romana Ecclesia, quae eidem civi in quadam summa tenebatur, de proprio persolverat. — (Reg. 20, f. 42 r°; ann. XIV, c. 255; — Moreau 1193, f. 189.)

« .. *episcopo Albiensi, .. priori Sancti Caprasii, Agennensis, et .. archipresbitero Sancti Gervasii, Albiensis dioces*[*um*]. Significante venerabili fratre nostro .. Tolosano episcopo, nos noveritis accepisse quod nos dudum, intellecto quod ipse de redemptionibus votorum crucesignatorum non modicam habuerat pecunie quantitatem, ei nostris dedimus litteris in mandatis, ut pecuniam in qua pro sorte ac expensis Bulgarino, civi Januensi, Romana tenebatur Ecclesia, de quantitate solveret supradicta. Qui, ei quadringentis et viginti libris Turonensis monete quas dumtaxat de redemptione predictorum votorum receperat, persolutis, residuum, quod sexcentarum librarum summam attingit, ne mandati nostri contemptor existere videretur, de proprio civi jamdicto persolvere procuravit. Licet autem nos postmodum per venerabilem fratrem nostrum .. Agennensem episcopum et collegas suos de pecunia quam venerabilis frater noster .. Carcasonensis episcopus et ejus college dicebantur de redemptionibus votorum crucesignatorum Tolosane et Carcasonensis diocesum recepisse, super hoc eidem episcopo satisfieri mandassemus : quia tamen, pro eo quod per inquisitionem factam ab eodem Agennensi et collegis ipsius, quod Carcasonensis et ejus college predicti nichil ex redemptionibus ipsis perceperant, est inventum, nondum in hac parte sibi extitit satisfactum, idem duxit ad nos super hoc humiliter recurrendum, nobis devote supplicans ut de prenotatis sexcentis libris, de quibus, ultra quadringentas et viginti libras, se[1] satisfecisse asserit civi predicto, de redemptionibus votorum crucesignatorum earumdem Caturcensis et Tolosane ac Albiensis[2] diocesum ei satisfieri mandaremus. Nolentes igitur quod prefato episcopo sua obedientia sit dampnosa, mandamus quatenus de redemptionibus votorum crucesignatorum Caturcensis, Tolosane et Albiensis diocesum predictarum, exceptis illis qui, de crimine hereseos infamati, propter hoc in Terre Sancte subsidium crucis signaculum assumpserunt, inquisita super hiis plenius veritate, super prescriptis sexcentis libris, per eos quos redemptiones ipsas recepisse vobis constiterit, satisfieri faciatis eidem. Contradictores etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, III nonas martii, anno quartodecimo. »

5405 Latran, 5 mars 1241.

Archidiacono Bisuldunensi et sacristae Gerundensi scribit de negotio R. de Mallcol[is] et Elnae, uxoris ejus, ab Elenensi episcopo et fratre F., ordinis Praedicatorum, super facto haereticae pravitatis, auditis falsorum testium, sicut iidem R. et Elna proponebant, depositionibus, condempnatorum; eis mandat quatenus in eodem negotio, quod manebat in

1. *Ms.* : cui se. — Il faut ou supprimer *cui*, ou supposer après ce mot une lacune.

2. A noter qu'il n'a pas encore été question des diocèses de Cahors et d'Albi dans cette bulle.

suspenso, procedant et illud terminent. — (Reg. 20, f. 42 v°; ann. XIV, c. 256.)

« .. *archidiacono Bisuldunensi et .. sacriste Gerundensi.* R. de Malleol[is] et Elna, uxor ejus, proposuerunt humiliter coram nobis quod, cum venerabilis frater noster .. Elenensis episcopus et frater F., ordinis Predicatorum, in partibus illis inquisitores heretice pravitatis, eos super illa ad depositionem falsorum testium condempnassent, venerabilis frater noster .. episcopus Soranus, tunc in eisdem partibus Apostolice Sedis legatus, super hoc per Petrum de Ortasa, archidiaconum Rossilionis, et B. de Asterio, camerarium monasterii Sancti Michaelis de Cossan[o], Elenensis diocesis, inquisitionem fieri procuravit. Quam cum examini dilecti filii nostri R[oberti], Sancti Eustachii diaconi cardinalis, duxerimus committendam, ipse instrui de negotii natura non potuit, eo quod inquisitio facta et sententia lata contra dictos R. et E[lnam] a primis inquisitoribus, sibi minime fuerint presentate. Ne igitur negotium ipsum diutius maneat in suspenso, nos, inquisitionem ab eisdem archidiacono et camerario factam vobis interclusam sub bulla nostra mittentes, mandamus quatenus, facientes vobis processum a dictis episcopo et fratre habitum exhiberi, eos ad id, si necesse fuerit, auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, compellendo, in negotio ipso procedere et illud fine debito terminare procuretis, eisdem R. et E[lne] de bonis ipsorum, quibus, occasione memorate sententie, spoliati dicuntur, ad ipsius prosecutionem negotii facientes expensas necessarias ministrari. Contradictores etc. Dat. Laterani, III nonas martii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5406 Latran, 9 mars 1241.

Philippo, germano comitis Sabaudiae, primicerio Metensi, indulget ut cum primiceriatu Metensi et aliis beneficiis suis praepositurani ecclesiae Brugensis, Tornacensis dioecesis, quam nuper erat adeptus, retinere valeat. — (Reg. 20, f. 42 v°; ann. XIV, c. 257; — Moreau 1193, f. 205.)

« *Philippo, germano .. comitis Sabaudie, primicerio Metensi.* Experta domus tue devotio ad Apostolicam Sedem perseveranter habita, probata ejusdem domus constantia erga Romanam Ecclesiam inconcusse servata, suadent ut te ac alios de progenie domus ipsius inter ceteros nobiles et potentes favore apostolico specialiter attollamus ac honoremus privilegio gratie singularis; et nos eo domum ipsam continue infra claustra cordis affectus conceptione majoris gerimus cariorem, eoque assidue benivolentie plenioris effectu eam cupimus potiorem efferre, quo de ipsa uberioris devotionis fructus successive colligimus in propagine filiorum, quantoque semper eandem in successionis derivatione fecundiores constantie optamus afferre proventus. Hinc est quod, cum, ut asseris, dudum tecum quod primiceriatum Metensem cum aliis beneficiis que habes, libere retinere posses, duxerimus dispensandum, et nequeas juxta tui nobilitatem generis de illorum proventibus congrue sustentari, cum deceat te largitatis manus tanto[1] liberalius aperire, quanto frequentius oportet te hospitalitati vacare : nos, tua tuorumque sinceritate, nec non probitatis meritis quibus favore dignus redderis speciali, pensatis, volentes tibi, ut eo ferventius ad devotionem Apostolice Sedis assurgas, quo ipsius circa te majorem experieris affectum, gratiam facere ampliorem, tuis supplicationibus inclinati, devotioni tue ut preposituram ecclesie Brugensis, Tornacensis diocesis, quam de novo canonice te proponis adeptum, cum predictis primiceriatu et beneficiis licite retinere valeas, non obstante constitutione concilii generalis, auctoritate presentium indulgemus; ita tamen quod in prepositura ipsa deservias secundum[2] antiquam et approbatam Brugensis[3] ecclesie consuetudinem, et in aliis facias per idoneos vicarios deserviri —. Dat. Laterani, VII idus martii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5407 Latran, 22 décembre 1240.

Priori de Motesfont. (= Mottisfont), ordinis sancti Augustini, Wintoniensis dioecesis, mandat quatenus, — cum Rog[erius], rector ecclesiae Sancti Andreae de Duneliet (= Donhead-St-Andrew), Saresberiensis dioecesis, procuravisset processum causae quae inter ipsum et H. de Sainlo, rectorem ecclesiae de Bervic, super quibusdam decimis ad dictam ecclesiam de Bervic de jure spectantibus, coram episcopo Bathoniensi ejusque collegis auctoritate apostolica vertebatur, in tantum per laicalem potentiam impediri, quod, biennio et amplius jam elapso, litis contestatio fieri nondum potuerat, — partes citet eisque terminum peremptorium competentem

1. *Eo*, dans la ligne, remplacé, dans la marge, par *tanto*.

2. Le texte portait primitivement : « deservias *personaliter* »; « personaliter » a été exponctué et remplacé par le membre de phrase : « secundum antiquam... consuetudinem », ajouté en marge.

3. Le manuscrit, qui donne plus haut la bonne forme *Brugen.*, porte ici *Burgen*.

praefigat, quo personaliter coram ipso papa compareant. — (Reg. 20, f. 42 v°; ann. XIV, c. 258.)

« .. *priori de Motesfont., ordinis sancti Augustini, Wintoniensis diocesis.* H. de Sainlo[1] —. Dat. Laterani, XI kalendas januarii, anno quartodecimo. »

5408 Latran, 13 février 1211.

[Episcopo Cauriensi[2]] concedit ut usque ad triennium medietatem tertiarum ecclesiarum [Cauriensis] dioecesis recipiat, convertendam in opus perficiendae ecclesiae cathedralis quam [ipse episcopus] in civitate Cauriensi ad honorem Dei ac Virginis nuper aedificare inceperat. — (Reg. 20, f. 43 r°; ann. XIV, c. 259.)

« [.. *episcopo Cauriensi.*] Et tua supplex —. Cum igitur, sicut in nostra proposuisti presentia constitutus, in civitate Cauriensi, quam Dominus, Christianorum studio, de manibus Sarracenorum eripiens, cultui restituit christiano, ecclesiam cathedralem ad honorem Dei ac Virginis gloriose inceperis edificare de novo, nec ad perfectionem ipsius proprie tibi suppetant facultates : nobis humiliter supplicasti ut ad consumationem hujusmodi operis provideri de tertiis ecclesiarum tue diocesis mandaremus —. Fraternitati tue presentium auctoritate concedimus ut usque ad triennium medietatem tertiarum ipsarum, non obstante si in earum aliquibus Cistercienses vel alii religiosi jus obtinent patronatus, recipere valeas, in subsidium dicti operis integre convertendam. Contradictores etc. Proviso prudenter ut eedem ecclesie per hoc nullum defectum in divinis obsequiis et sartatectis ac supportandis debitis et consuetis oneribus patiantur. Dat. Laterani, idibus februarii, anno quartodecimo. »

1. Dans la table des *capitula* de la XIV° année : *Sayulo*.

2. Cette pièce ne porte pas de rubrique, et dans la table des *capitula* de la XIV° année, au commencement du *Registre*, on lit seulement ceci : « Super construenda ecclesia cathedrali in civitate Cauriensi. » Ces mots : « in civitate Cauriensi », qui se retrouvent dans le texte de la présente bulle, permettent de restituer presque à coup sûr l'adresse absente. — Pour les pièces suivantes, qui forment les derniers *capitula* de la XIV° année (cap. 260-263), il n'y a ni rubrique dans le corps du *Registre*, ni indication d'aucune sorte dans la table sus indiquée. Les lettres initiales ne sont pas rubriquées davantage. Quant aux rubricelles, s'il s'en trouvait dans les marges, elles sont tombées sous le couteau du relieur. Toutes ces pièces 259-263 sont d'ailleurs numérotées comme les autres et de la même main du XIII° siècle, en chiffres romains.

5409 Latran, 7 mars 1211.

[Quibusdam sanctimonialibus[1]] libertates et immunitates eis concessas confirmat, eisque significat se statuere ut per visitatorem ordinis [ipsarum] secundum ordinis ejusdem instituta visitentur, et ad celebrandum eis divina officia et exhibendum ecclesiastica sacramenta aliqui fratrum ordinis Minorum eis deputentur. — (Reg. 20, f. 43 r°; ann. XIV, c. 260.)

« [..........] Religionis vestre meretur —. Dat. Laterani, nonis martii, anno quartodecimo. »

5410 Latran, 11 mars 1211.

[N., N. et N.[2]] mandat quatenus processum habitum a Zoeno, archipresbytero Bononiensi, — qui vices episcopi Praenestini, Apostolicae Sedis legati, gerere dicebatur, — in negotio episcopi Magalonensis contra P. sacristam, Johannem Atbrandi et quosdam alios canonicos ecclesiae Magalonensis, ordinis sancti Augustini, qui bona ad eandem ecclesiam pertinentia nequiter occupaverant et alia multa enormia commiserant, irritum nuntient; praedicto episcopo Magalonensi, nec non praeposito capituloque Magalonensibus et priori Sancti Firmini ablata eis faciant restitui, et praedictos P. sacristam ejusque complices usque ad satisfactionem condignam excommunicatos nuntient. — (Reg. 20, f. 43 r°; ann. XIV, c. 261.)

« [..........] Cum, sicut nostris auribus est relatum, P. sacrista, Johannes Atbrandi[3] et quidam alii canonici ecclesie Magalonensis, ordinis sancti Augustini, contra ecclesiam ipsam calcaneum erigentes[4], quasdam ecclesias, domos et alia bona que ad eandem ecclesiam pertinent pleno jure, injectis in quosdam

1. Adresse restituée par conjecture (cf. la note précédente). — La présente bulle doit vraisemblablement être identifiée avec le n° 10997 de Potthast, qui porte comme adresse : « *Abbatissae et sororibus inclusis monasterii Sanctae Mariae matris Christi de Venetiis, ordinis sancti Damiani.* » Le texte est exactement le même de part et d'autre; toutefois, la bulle analysée par Potthast porte la date *III nonas martii* (= 5 mars), et non la date *nonis martii*.

2. Sur l'absence d'adresse, voir plus haut, pièce 5408. — De la formule finale : « Quod si non omnes etc. », on peut conclure que la présente lettre est adressée à trois personnes au moins. Ces trois destinataires pourraient bien être les mêmes que ceux de la pièce 5416.

3. Le manuscrit porte ici *Atbraudi*, qui est certainement une mauvaise lecture pour *Atbrandi* (cf. notamment les tables des tomes VI et VIII de la nouvelle édition de l'*Histoire de Languedoc* de Dom Vaissete).

4. Cf. Johann. XIII, 18.

clericorum ipsius ecclesie manibus temere violentis, illatis dampnis eidem ecclesie ac injuriis irrogatis, nequiter occupassent et detinerent nichilominus occupata : venerabilis frater noster .. Magalonensis episcopus in eos propter hec et alia multa enormia que commiserant, auctoritate ordinaria, exigente justitia, excommunicationis tulit sententiam et ipsos excommunicatos fecit publice nuntiari. Sed iidem, ut possint liberius in sua malitia et iniquitate crassari, ad Zoenum, archipresbiterum Bononiensem, qui venerabilis fratris nostri .. episcopi Penestrini, Apostolice Sedis legati, vices in partibus illis dicebatur gerere, recurrentes, eidem episcopo sub pena suspensionis obtinuerunt injungi ut, mora et occasione postpositis, absque determinatione loci vel temporis, visis litteris, accederet ad eundem. Cumque dictus episcopus proponi faceret coram eo quod, propter gravem infirmitatem proprii corporis, ad eum sine mortis periculo accedere non valebat, quia idem archipresbiter hanc et alias excusationes suas legitimas recusavit admittere, vocem ad nos appellationis emisit, se et ecclesiam suam apostolice protectioni supponens, dilecto filio R., archidiacono Magalonensi, propter hec et alia quedam negotia ejusdem ecclesie ad Sedem Apostolicam destinato. Sed prefatus archipresbiter, nimis excommunicatis favens eisdem, hujusmodi appellatione contempta, post iter ejusdem archidiaconi ad Sedem Apostolicam jam arreptum, in jamdictum episcopum, .. prepositum Magalonensem et .. priorem Sancti Firmini, de facto, quia de jure non poterat, sub eo tenore excommunicationis sententiam fulminavit, si mandata sua, que illis intendebat facere, non servarent; precipiens, absque cognitione cause aliqua, subsequenter, ut unionem Sancti Firmini et Sancte Marie de Tabulis ecclesiarum de Monte Pesulano, quam pie ac provide fecerant, dissolvere procurarent; alioquin usque ad festum Nativitatis Domini proximo tunc futurum, coram ipso legato in Francia, vel usque ad Purificationem beate Virginis coram nobis personaliter comparerent; ac dictam ecclesiam Sancte Marie de Tabulis, cellarium ipsius prepositi, de Perolis[1], Sancti Barth[olomei], cum cimiterio, et alias quasdam ecclesias, domum que dicitur canonica Sancti Firmini et alias quasdam domos, cum decimis et juribus suis, ac nonnulla alia, quibus memorati episcopus, prepositus, prior et capitulum Magalonenses[2] a predicto sacrista[1] et complicibus fuerant spoliati, Romane Ecclesie, ipsius legati et suo nomine, faciens sequestrari, et per dilectum filium .. abbatem Anianensem, ejusdem Romane Ecclesie nomine, custodiri; alia quedam gravia eis nichilominus injungendo. Propter que et alia multa gravamina, que longum esset per singula recensere, iterato supradicti episcopus, prepositus et prior, pro se ac ecclesia ipsa, ad nostram audientiam appellarunt. At ipse, gravaminibus gravamina superaddens, premissis appellationibus vilipensis, tam sacrilegos antedictos quam balivos, consules et officiales Montis Pesulan[i], anni preteriti et presentis, et plures alios clericos et laicos, pro manifestis rapinis et dampnis ac atrocibus injuriis ipsis et eidem ecclesie ac comitatui Melgorii sive Montis Ferrandi, quem idem episcopus a Romana Ecclesia sub annuo censu tenet, illatis, ab ipso episcopo nichilominus vinculo excommunicationis astrictos, nulla satisfactione prestita, simili errore absolvit, in eorum gravamen non modicum et jacturam. Quia vero nobis non constitit de pre[missis], mandamus quatenus, si rem inveneritis ita esse, processum ejusdem archipresbiteri et quicquid ex eo secutum est vel ob ipsum, irritum nuntiantes, ac facientes eisdem episcopo, preposito, priori et capitulo ablata restitui universa, memoratos sacrilegos usque ad satis[factionem] con[dignam], sin[gulis] di[ebus] do[minicis] et fest[ivis], pul[satis] ca[mpanis] et can[delis] ac[censis], auctoritate nostra, sub[lato] appellationis obstaculo, excommunicatos publice nuntietis et faciatis ab omnibus artius evitari. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, V idus martii, anno quartodecimo. »

1. *Ms.* : polis.

2. Il faut sans doute entendre : « memorati episcopus et prepositus Magalonenses, prior Sancti Firmini [Montis Pesulani] et capitulum Magalonense. »

1. Cf. le début de la présente bulle.

5411 Latran, 11 mars 1241.

[N., N. et N.[2]] de eadem re scribens, eis mandat quatenus praedictos P. sacristam, Johannem Atbrandi et quosdam alios canonicos ecclesiae Magalonensis, qui enormia commiserant, nisi infra terminum quem ipsi judices eis praefixerint, a perversis suis actibus resipuerint, [episcopo Magalonensi] obedientiam et reverentiam exhibendo, et ea quae occupaverant et abstulerant, restituerint, ab officiis, dignitatibus, beneficiis et administrationibus suis nec non a collegio eccle-

2. Sur l'absence d'adresse, cf. les trois pièces précédentes. — Ici encore, de la formule finale : « Quod si non omnes etc. », on peut conclure que la bulle est adressée à trois personnes au moins ; il est d'ailleurs très possible que les destinataires de la présente lettre soient les mêmes que les destinataires de la lettre précédente, et en même temps ceux de la pièce 5416.

siae Magalonensis amoveant. — (Reg. 20, f. 43 v°; ann. XIV, c. 262.)

« [.........] Sicut nostris fuit auribus intimatum, P. sacrista, Johannes Atbrandi et quidam alii canonici ecclesie Magalonensis, ordinis sancti Augustini, a se jugo religionis abjecto, per seculum irreligiose discurrunt, magis tumultum secularium quam claustrale silentium eligentes, et, quorundam nobilium ac potentium suffulti favore, quem acquisierunt sibi de pecunia sacristie ipsius ecclesie, quam idem sacrista diversis creditoribus dicitur obligasse, contentiones et rixas commovent inter fratres, et, assumpto rebellionis spiritu, obedire venerabili fratri nostro .. Magalonensi [episcopo] ejusque observare mandata et sententias aspernantur; adeo quod, contra prohibitionem ipsius episcopi, excommunicatis et ecclesie Magalonensis persecutoribus scienter participant, et secularibus ac illicitis negotiis se immiscent, eandem ecclesiam graviter persequendo. Et cum nuper idem episcopus ad corrigendum eorum excessus et statum dicte ecclesie reformandum ex officii sui debito laboraret, ipsi, tanquam male sibi conscii, se a prefata ecclesia sub appellationis diffugio contumaciter absentantes, adjunctis sibi quibusdam perditionis filiis, quasdam domos, ecclesias et alia bona ejusdem ecclesie, injectis in quosdam earum clericos manibus temere violentis, illatis eis multis dampnis ac gravibus injuriis irrogatis, nequiter occuparunt, in eorum prejudicium et gravamen. Et licet dictus episcopus, pro hiis et aliis multis eorum sceleribus manifestis, in eos, utpote quos appellatio tueri non poterat in peccatis, excommunicationis sententiam auctoritate propria, exigente justitia, promulgarit, eosdem excommunicatos publice nuntiando : ipsi tamen, maledictionem bibentes ut aquam, et ipsam excommunicationis sententiam dampnabiliter contempnentes, divina officia celebrare, immo verius, quantum in eis est, prophanare presumunt, et ad prophanandum quosdam alios excommunicatione ligatos inducere presumpserunt; et quasi peccatores qui, cum venerint in profundum peccatorum, contempnunt[1], peccata cotidie cumulare peccatis, et enormia, que pudori, relatui et auditui sunt horrori, committere non verentur; ita quod eorum culpe sint jam facte ruina et laqueus populorum[2]. Ne igitur hujusmodi tam enormes et abusivi excessus rigorem effugiant canonice ultionis, mandamus quatenus, non obstante quod sacrista et alii canonici supradicti a Zoeno, archipresbitero Bononiensi, vices venerabilis fratris nostri .. episcopi Penestrini, Apostolice Sedis legati, ut dicitur, in partibus illis gerente, nulla satisfactione prestita, post appellationem ad nos legitime interpositam, se fecerunt absolvi, eosdem sacristam et canonicos, nisi, moniti a vobis, infra competentem terminum quem eis duxeritis prefigendum, ab hujusmodi suis perversis actibus resipuerint, obedientiam et reverentiam, ut tenentur, [eidem episcopo exhibendo,] ac occupata et ablata restituerint universa, in claustro suo regulariter moraturi, extunc curetis ab officiis, dignitatibus, beneficiis et amministrationibus suis ac ab ecclesie prenominate collegio amovere. Contradictores etc.; invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis; nullis litteris ob[stantibus] harum teno[re] ta[cito] a Sede Apostolica impetratis. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

1. Cf. Prov. XVIII, 3.
2. Cf. Isa. VIII, 14.

5412 Latran, 11 mars 1241.

[Regi Francorum[1]] de eadem re scribens, eum rogat et monet quatenus episcopo, praeposito et capitulo Magalonensibus contra P. sacristam, Johannem Atbrandi et quosdam alios canonicos Magalonensis ecclesiae, qui bona ejusdem ecclesiae nequiter occuparant, enormes excessus committendo, et eisdem episcopo et aliis multa damna intulerant, efficaciter assistat. — (Reg. 20, f. 44 r°; ann. XIV, c. 263; — Moreau 1193, f. 193.)

« [.. *regi Francorum.*] Sicut nostris fuit auribus intimatum, P. sacrista, Johannes Atbrandi et quidam alii canonici Magalonensis ecclesie, ordinis sancti Augustini, adjunctis sibi quibusdam iniquitatis filiis, quasdam domos, ecclesias et alia bona Magalonensis ecclesie, injectis in quosdam earum clericos manibus temere violentis, ac illatis venerabili fratri nostro .. episcopo et dilectis filiis .. preposito et capitulo Magalonensibus multis dampnis et gravibus injuriis irrogatis, nequiter occuparunt, alios enormes excessus nichilominus committendo. Et licet idem episcopus propter hec in eos et in hoc participantes cum ipsis, coadjutores ac receptatores eorum sue diocesis, excommunicationis sententiam auctoritate ordinaria, exigente justitia, promulgarit, iidem tamen sacrista et canonici, dictam sententiam dampnabiliter contempnentes, non

1. Sur l'absence d'adresse, cf. les pièces précédentes; il est facile, d'après l'expression « serenitatem regiam » et d'après les *in eundem modum* qui suivent la présente pièce, de restituer cette adresse par conjecture.

solum non restituunt sic ablata, nec de dampnis et injuriis satisfactionem impendunt, verum etiam divina officia celebrare, immo verius, quantum in eis est, prophanare, ac ad prophanandum alios inducere non verentur, in animarum suarum periculum, plurimorum scandalum et ecclesiastice discipline contemptum. Quia vero dignum est ut quos divinus timor a malo non revocat, temporalis saltem coherceat disciplina, serenitatem regiam rogandam duximus at[tentius] et hortandam, quatenus hujusmodi sacrilegos, quamdiu in sua pertinacia perdurabunt, nequaquam recipias, foveas vel defendas, quin potius, ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram, ad eorum malitiam edomandam efficaciter assistas episcopo, preposito et capitulo memoratis, cum ab eis fueris requisitus. Dat. ut supra. »

5413. — In eundem modum *nobili viro .. comiti Provincie.*

5414. — In eundem modum *nobilibus viris senescallis Carcasonensi, Biterrensi, Bellicadri*[1] *et Neumasensi, ac ceteris balivis pro karissimo in Christo filio nostro .. illustri rege Francie in illis partibus constitutis.*

5415. — In eundem modum *nobilibus viris et aliis universis per comitatum Melgorii et Magalonensem diocesim constitutis.*

5416 Latran, 11 mars 1241.

« In eundem modum .. *abbati Sancti Salvatoris Lodovensis, .. priori Sancte Marie de Burgo*[2] *et Petro Giraudi, sacriste Sancti Pauli Narbonensis,* usque : mandamus quatenus nobilem virum R[aimundum] Gaucelini[3], dominum, milites et universitatem de Lunello, balivos, consules et commune ville Montis Pesulani ut hujusmodi sacrilegos, quamdiu in sua pertinacia perdurabunt, non recipiant, foveant vel defendant, quin potius, ob reverentiam Apostolice Sedis et n[ostram], ad correctionem eorum assistant efficaciter episcopo, preposito et capitulo memoratis, cum ab eis requisiti fuerint, moneatis attente et inducere studeatis, in receptatores eorum excommunicationis sententiam proferentes. Proviso ne in terram dicti nobilis etc. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 44 r°; — Moreau 1193, f. 194 v°.)

1. *Ms. :* Bellicardi.

2. Selon toute vraisemblance, il faut entendre : « *Sancte Marie de Burgo Carcasonen.* »

3. Souvent cité dans le t. VIII de la nouvelle édition de l'*Histoire de Languedoc* de Dom Vaissete. On trouve les deux formes *Raimundus Gaucelini* et *Raimundus Gaucelmi*, mais cette dernière est moins fréquente.

5417 Latran, 12 mars 1241.

« In eundem modum .. *archiepiscopo Arelatensi et suffraganeis suis,* usque : discipline contemptum. Ut autem acrior pena pungat quos nulla penitus hactenus penitudo compunxit, mandamus quatenus, non obstante quod sacrista et alii canonici supradicti a Zoeno, archipresbitero Bononiensi, vices venerabilis fratris nostri .. episcopi Penestrini, Apostolice Sedis legati, ut dicitur, in partibus illis gerente, nulla satisfactione prestita, post appellationem ad nos legitime interpositam, se fecerunt absolvi, singuli vestrum, hujusmodi excommunicationis sententiam, sicut rationabiliter est prolata, facientes auctoritate nostra usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, eam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per vestras civitates et dioceses sollempniter publicetis, ac loca ad que dictos excommunicatos devenire contigerit, quamdiu ibi fuerint vel detinuerint occupata taliter et ablata, supponatis ecclesiastico interdicto. Dat. Laterani, IIII idus martii, anno quartodecimo. » — (Reg. 20, f. 44 r°; — Moreau 1193, f. 195.)

5418. — In eundem modum .. *archiepiscopo Terraconensi et suffraganeis suis.*

5419. — In eundem modum .. *archiepiscopo Narbonensi et suffraganeis suis.*

FIN DE LA QUATORZIÈME ANNÉE.

PRIMA CONVOCATIO CONCILII

SECUNDA CONVOCATIO CONCILII

LITTERE SUPER PECUNIA MUTUANDA

LITTERE SUPER APPARATU NAVIGII

[On trouvera ci-après quatre séries de documents, se rapportant toutes les quatre au dernier conflit entre Grégoire IX et Frédéric II, et pouvant être considérées comme quatre parties d'un même dossier; ces quatre séries ont été insérées dans le *Registre 20*, après la XIV[e] année; toutes les pièces qui les composent appartiennent à cette XIV[e] année, sauf les trois dernières du quatrième groupe, qui datent de la XV[e] année du pontificat, et ont été ajoutées après coup.

Ces pièces n'avaient primitivement pas reçu de numérotation; une main moderne (XVII[e] ou XVIII[e] siècle) leur a donné les cotes en chiffres arabes 264-309, le n° 263 étant celui du dernier *capitulum* de la XIV[e] année. Voici quelle est la composition de cette partie du *Registre 20*. — Après la dernière pièce de la XIV[e] année, une page blanche, verso du feuillet coté XLIIII : des feuillets XLV et XLVI, il ne reste plus que les talons; ces feuillets devaient être blancs; puis vient un feuillet blanc, coté XLVII. — Fol. XLVIII r°-LII r°, *Prima convocatio Concilii* et *Secunda convocatio Concilii*. Le feuillet LII r° est blanc pour la plus grande partie, et le feuillet LII v° l'est en totalité. — Les *Littere super pecunia mutuanda* occupent le recto et partie du verso du feuillet LIII. — Les feuillets LIV et LV sont blancs. — Les feuillets LVI-LIX sont occupés par les *Littere super apparatu navigii.* — Dans la foliotation en chiffres romains, on a omis la cote LX et passé de la cote LIX à la cote LXI. On ne remarque pas de traces d'un feuillet enlevé entre les feuillets LIX et LXI; à noter toutefois que, dans la nouvelle numérotation, en chiffres arabes, le feuillet 58 (LIX de l'ancienne numérotation) est immédiatement suivi du feuillet 60 (LXI de l'ancienne numérotation); ce qui tend à établir qu'il a réellement existé un feuillet portant la double cote LX et 59. — Le feuillet LXI est blanc. — Fol. LXII, table des *capitula* de la XV[e] année, écrite à longues lignes. — Tandis que, dans le reste du manuscrit, il y a des réclames à la fin de chaque cahier, on ne trouve ici rien de semblable. Les feuillets XLI-XLVII forment un cahier de 7 feuillets (au lieu de 10), dans lequel manquent aujourd'hui, outre les feuillets XLV et XLVI, comme nous venons de le dire, un troisième feuillet non coté. — Du feuillet XLVIII au feuillet LV, cahier de 8 feuillets; on remarque les traces de la cote ou signature I dans le bas de la marge inférieure du feuillet XLVIII r°. Du feuillet LVI au feuillet LXII, cahier de 6 feuillets cotés LVI, LVII, LVIII, LIX, LXI, LXII; traces d'une signature II dans le bas de la marge inférieure du feuillet LVI r°; et, plus loin, signatures III et IIII, encore bien visibles, dans le bas de la marge inférieure des feuillets respectivement numérotés LXIII r° et LXXI r°. — La table des *capitula* de la XV[e] année (fol. LXII) porte pour la réglure des trous de poinçon qui coïncident avec ceux des feuillets immédiatement précédents. — Au feuillet LXIII r°, commence le Registre de la XV[e] année, avec un nouveau cahier régulier de 8 feuillets.

Tandis que tout le reste du *Registre* est écrit à longues lignes, les dossiers intitulés *Prima* et *Secunda convocatio Concilii* sont, en raison des très nombreux *In eundem modum* qu'ils renferment, transcrits, pour une grande partie du moins, sur deux colonnes; les feuillets XLIX r° et LI r° et v° le sont entièrement; le feuillet L v° l'est presque entièrement.

Toutes les pièces de ces dossiers, sauf une (n° 5938), ont été ou imprimées ou indiquées par M. Rodenberg dans ses *Epistolae Pontificum Romanorum;* nous ne nous sommes pas interdit d'emprunter parfois à M. Rodenberg ses analyses, tout en les complétant, à l'occasion, sur certains points.

Le *Registre*, ici comme partout, a reçu une double foliotation : l'une, — dont nous venons de parler, — en chiffres romains, au milieu de la marge supérieure; l'autre, en chiffres arabes, dans les coins extérieurs des feuillets. Dans cette seconde foliotation, qui est récente, mais antérieure à la disparition des feuillets XLV et XLVI, la même cote 38 a été affectée aux deux feuillets XXXVIII et XXXIX; cette seconde numérotation est donc, à partir du feuillet primitivement coté XXXIX, et cela jusqu'à la fin du *Registre*, en retard d'une unité sur la numérotation antérieure en chiffres romains.

La première page du premier dossier (fol. XLVIII r° de la pagination primitive) a été reproduite dans les *Specimina palaeographica ex Vaticani tabularii Romanorum Pontificum registris selecta* (Rome, 1888), pl. XIX; cf. la préface de cette publication, p. 26.]



PRIMA CONVOCATIO CONCILII [1]

I

IN FRANCIA ET PROVINCIA [2]

5420 Grotta Ferrata, 9 août 1240.

Archiepiscopum Senonensem, propter « grandes Apostolice » Sedis eventus », rogat et hortatur quatenus usque ad proximum festum Resurrectionis Dominicae (= 31 mart. 1241) ad Sedem Apostolicam personaliter veniat, omni occasione cessante [celebrandi concilii causa], proviso ut in personarum et evectionum moderato numero veniat, ne nimis Senonensi ecclesiae onerosus sit; praeterea ei mandat ut suffraganeorum suorum capitulis, nec non abbatibus et aliis praelatis suae provinciae, qui specialiter non vocentur, injungat ut eodem termino ad Sedem Apostolicam fideles et providos nuntios mittere non postponant. — (REG. 20, f. 48 r° [47 de la seconde pagination, en chiffres arabes, qui est fautive]; ann. XIV, [c. 264]; — MOREAU 1193, f. 94; *ibid.*, f. 92, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10928; — RODENBERG 781, I. 1; — cf. J. BERNOULLI, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I. p. 146, n° 215[3].)

« .. *archiepiscopo Senonensi.* Eterna providentia Conditoris —. Quia igitur grandes Apostolice Sedis eventus et causas te ignorare non convenit, tanquam necessarium matris Ecclesie munimentum, propter que, necessitate urgente, tuam et aliorum videmus presentiam plurimum oportunam, fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta precipiendo mandantes quatenus usque ad proximum festum Resurrectionis Dominice ad nostram presentiam personaliter venire procures, omni occasione cessante, ut habeat Ecclesia mater in filio speratum in tua visitatione solacium et gratum providi consilii fulcimentum; proviso ut in personarum et evectionum moderato numero venias, ne nimis ecclesie tue onerosus existas. Preterea volumus et mandamus ut suffraganeorum tuorum capitulis, abbatibus et prelatis aliis tue provincie, qui specialiter non vocantur, auctoritate nostra injungas ut super hiis eodem termino ad Sedem Apostolicam fideles et providos nuntios mittere non postponant. Dat. apud Criptam Ferratam, V idus augusti, anno quartodecimo. »

5421. — In eundem modum .. *archiepiscopo Turonensi.*
5422. — In eundem modum .. *archiepiscopo Remensi.*
5423. — In eundem modum .. *archiepiscopo Lugdunensi.*
5424. — In eundem modum .. *archiepiscopo Burdegalensi.*
5425. — In eundem modum .. *archiepiscopo Viennensi.*
5426 — In eundem modum .. *archiepiscopo Auxitano.*
5427. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bisuntino.*
5428. — In eundem modum .. *archiepiscopo Ebredunensi.*
5429. — In eundem modum .. *archiepiscopo Rothomagensi.*
5430. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bituricensi.*
5431. — In eundem modum .. *archiepiscopo Arelatensi.*

5432. — In eundem modum .. *episcopo Parisiensi*, usque : onerosus existas.
5433. — In eundem modum .. *episcopo Carnotensi.*
5434. — In eundem modum .. *episcopo Lexoviensi.*
5435. — In eundem modum .. *episcopo Cenomanensi.*
5436. — In eundem modum .. *episcopo Aurelianensi.*
5437. — In eundem modum .. *episcopo Belvacensi.*

1. Dans la marge supérieure, en rouge.
2. Dans la marge de gauche, ou marge de fond, en rouge.
3. Analyse sommaire des *capitula* [264-274] (n. 5420-5633).

5438. — In eundem modum .. *episcopo Cameracensi.*

5439. — In eundem modum .. *episcopo Claromontensi.*

5440. — In eundem modum .. *episcopo Neumasensi.*

5441. — In eundem modum .. *episcopo Biterrensi.*

5442. — In eundem modum .. *episcopo Aniciensi.*

5443. — In eundem modum .. *episcopo Agathensi.*

5444. — In eundem modum .. *episcopo Pictavensi.*

5445. — In eundem modum .. *episcopo Carcasonensi.*

5446. — In eundem modum .. *episcopo Tolosano.*

5447. — In eundem modum *capitulo Senonensi*, usque : necessitate urgente, vestrum et aliorum consilium videmus plurimum oportunum, universitatem vestram etc., usque : ad proximum festum Resurrectionis Dominice ad nos sollempnes et providos nuntios destinetis, qui, vice vestra, utile nobis in causis Ecclesie consilium largiantur; proviso etc.

5448 — In eundem modum *capitulo Turonensi.*

5449 — [In eundem modum *capitulo*] *Rothomagensi* [1].

5450 — In eundem modum *capitulo Remensi.*

5451. — In eundem modum *capitulo Lugdunensi.*

5452. — In eundem modum *capitulo Viennensi.*

5453. — In eundem modum *capitulo Bisuntino.*

5454. — In eundem modum *capitulo Bituricensi.*

5455. — In eundem modum *capitulo Ebredunensi.*

5456 — In eundem modum *capitulo Auxitano.*

5457 — In eundem modum *capitulo Parisiensi.*

5458. — In eundem modum *capitulo Carnotensi.*

5459 — In eundem modum *capitulo Aurelianensi.*

5460. — In eundem modum *capitulo Cenomanensi.*

5461. — In eundem modum *capitulo Lexoviensi.*

5462. — In eundem modum *capitulo Aniciensi.*

5463. — In eundem modum *capitulo Claromontensi.*

5464. — In eundem modum *capitulo generali Cistercien*[*sium*], ut mittant quatuor abbates.

5465. — In eundem modum .. *abbati Premonstratensi*, ut personaliter veniat

5466. — In eundem modum .. *abbati Cluniacensi.*

5467. — In eundem modum .. *abbati Majoris Monasterii.*

5468. — In eundem modum .. *abbati Compendiensi.*

5469. — In eundem modum .. *abbati Fiscannensi.*

5470. — In eundem modum .. *abbati Sancti Dionisii.*

5471. — In eundem modum *fratri Guillelmo, de ordine Cartus*[*ianorum*].

5472 Grotta Ferrata, 9 août 1240.

Regem Francorum invitat ad concilium, eumque rogat et monet quatenus usque ad proximum festum Resurrectionis Dominicae ad Sedem Apostolicam fideles et providos nuntios transmittat, qui super expediendis universalis Ecclesiae causis utile consilium ipsi papae vice regia largiantur. — (Reg. 20, f. 48 r°; ann. XIV, [c. 265]; — Moreau 1193, f. 96 v°; *ibid*, f. 93, ex Raynaldo; — Potthast 10925; — Rodenberg 781, I, 2.)

« .. *illustri regi Francorum.* Super bases aureas —. Cum igitur mater Ecclesia, inter turbines seculi gravibus occupata negotiis, reges terre, Ecclesie prelatos et subditos ac alios mundi principes decreverit advocare, ut, eorum varietate vestita et munita consiliis, gravia que successerunt negotia, valeat felicius expedire, te, fili karissime, quem ipsa de regenerationis gratia reddit filium et sinceritatis prerogativa dilectum, de fratrum nostrorum consilio ad hoc fiducialiter invitamus, serenitatem tuam rogantes et monentes attente quatenus usque ad proximum festum Resurrectionis Dominice ad nos fideles et providos nuntios tua celsitudo transmittat, qui super expediendis causis universalis Ecclesie utile nobis consilium vice regia largiantur, ut habeat in te Christiana religio devotionis solite filium et promptum profectus ecclesiastici zelatorem, tuis utilitatibus retributionem debitam impensura. Dat. ut supra. »

5473 Grotta Ferrata, 9 août 1240.

Comitem Flandriae rogat et monet quatenus usque ad proximum festum Resurrectionis Dominicae ad Sedem Apostolicam idoneos et providos nuntios destinet, qui ejus vice super negotiis Ecclesiae ipsi papae consilium largiantur. — (Reg. 20, f. 48 v°; ann. XIV, [c. 266]; — Rodenberg 781, I, 3.)

« .. *comiti Flandrie.* Cum graves Apostolice Sedis eventus et causas seculi principes non deceat ignorare, tanquam necessaria matris Ecclesie fulcimenta, imminentibus nobis nuper negotiis gravibus, que difficultate sui cum tuo et aliorum consilio decrevimus expedire, sinceritatem tuam rogamus et monemus at[tente] quatenus, ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram, usque ad proximum festum Resurrectionis Dominice ad nos idoneos et providos nuntios destinare procures, qui vice tua super causis Ecclesie consumandis fidele nobis consilium largiantur, ut habeat in te Christiana religio [etc., ut supra, usque :] impensura. Dat. ut supra. »

5474 — In eundem modum .. *comiti Brittannie.*

5475. — In eundem modum .. *comiti Provincie.*

5476. — In eundem modum .. *comiti Sabaudie.*

1. *Rothomagensi* a été écrit, sans être précédé de la formule *In eundem modum*, sur la même ligne que *Turonensi.*

II

IN ANGLIA ET SCOTIA [1]

5477 [Grotta Ferrata, 9 août 1240.]

Archiepiscopo Cantuariensi eadem scribit quae supra, sub numero 5420, archiepiscopo Senonensi. — (Reg. 20, f. 48 v°; ann. XIV, [c. 267]; — Rodenberg 781, II, 1.)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Eterna providentia etc., ut in prima, usque in finem. »

5478. — In eundem modum .. *archiepiscopo Eboracensi.*
5479. — In eundem modum .. *archiepiscopo Dublinensi.*

5480. — In eundem modum .. *episcopo Exoniensi,* usque : existas.
5481. — In eundem modum .. *episcopo Carleolensi.*
5482. — In eundem modum .. *episcopo Cicestrensi.*
5483. — In eundem modum .. *episcopo Wigorniensi*
5484. — In eundem modum .. *episcopo Norwicensi.*
5485. — In eundem modum .. *episcopo Lincolniensi.*
5486. — In eundem modum .. *episcopo Eliensi.*
5487. — In eundem modum .. *episcopo Glasguensi.*
5488. — In eundem modum .. *episcopo Sancti Andree.*

5489. — In eundem modum .. *abbati Sancti Augustini Cantuariensis.*
5490. — In eundem modum .. *abbati Sancti Eadmundi.*
5491. — In eundem modum .. *abbati Westmonasterii.*
5492. — In eundem modum .. *abbati de Burgo Sancti Petri.*
5493. — In eundem modum .. *abbati de Teokesbyr*[*ia*].

5494 [Grotta Ferrata, 9 août 1240.]

Regi Angliae eadem scribit quae supra, sub numero 5472, regi Franciae. — (Reg. 20, f. 48 v°; ann. XIV, [c. 268]; — Rodenberg 781, II, 2.)

« .. *illustri regi Anglie.* Super bases aureas, ut supra, in ea que dirigitur regi Francie. »

5495. — In eundem modum .. *regi Scotie.*

5496. — In eundem modum .. *comiti Marescalco,* ut supra, in ea que dirigitur .. comiti Flandrie.
5497. — In eundem modum .. *comiti Richemundie.*
5498. — In eundem modum .. *comiti Cornubie.*
5499. — In eundem modum .. *comiti Albemarlie.*
5500. — In eundem modum .. *comiti Lincolniensi.*
5501. — In eundem modum .. *comiti Herefordie.*
5502. — In eundem modum *nobili viro Hugoni de Albeniaco.*

III

IN TEUTONIA, POLONIA ET DACIA [2]

5503 [Grotta Ferrata, 9 août 1240.]

Patriarchae Aquilegensi eadem scribit quae praelatis supra notatis, quibusdam mutatis. — (Reg. 20, f. 48 v°; ann. XIV, [c. 269]; — Rodenberg 781, III, 1.)

« .. *patriarche Aquilegensi spiritum consilii sanioris.* Eterna providentia etc., ut in prima, usque : omni occasione cessante, mandatis apostolicis pariturus, ut in expediendis imminentibus nobis negotiis tuo uti consilio valeamus, proviso etc., usque in finem. »

Excommunicati.

5504. — In eundem modum .. *archiepiscopo Salzburgensi.*

1. En rubrique, dans la marge.
2. En rubrique, dans la marge.

5505. — In eundem modum .. *archiepiscopo Maguntino.* — (Potthast 10929.)

Excommunicati.

5506. — In eundem modum .. *archiepiscopo Treverensi.*

5507. — In eundem modum .. *electo Coloniensi.*

5508. — In eundem modum .. *episcopo Pataviensi* [usque : onerosus existas].

5509. — In eundem modum .. *episcopo Frisingensi.*

5510. — In eundem modum .. *archiepiscopo Magdeburgensi* [ut in prima, usque in finem].

5511. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bremensi.*

5512. — In eundem modum .. *episcopo Osnaburgensi* [usque : onerosus existas].

5513. — In eundem modum .. *episcopo Mindensi.*

5514. — In eundem modum .. *episcopo Basiliensi.*

5515. — In eundem modum .. *episcopo Constantiensi.*

5516. — In eundem modum .. *episcopo Eis[te]tensi.*

5517. — In eundem modum .. *episcopo Warmaciensi.*

5518. — In eundem modum .. *episcopo Ratisponensi.*

5519. — In eundem modum .. *episcopo Spirensi.*

5520. — In eundem modum .. *episcopo Erbipolensi.*

5521. — In eundem modum .. *episcopo Argentinensi.*

5522. — In eundem modum .. *episcopo Ildesemensi.*

5523. — In eundem modum .. *abbati Vuldensi*[1].

5524 Grotta Ferrata, 9 août 1240.

Duci Austriae eadem scribit quae supra, sub numero 5473, comiti Flandriae, paucis additis. — (Reg. 20, f. 48 v°; ann. XIV, [c. 270]; — Rodenberg 781, III, 2.)

« *Nobili viro .. duci Austrie.* Cum graves Apostolice Sedis etc., ut supra, sicut scribitur comiti Flandrie, usque : impensura, presertim cum ex principibus aliqui hoc nobis duxerint suis litteris liberaliter offerendum. Dat. ut supra. »

Excommunicati

5525. — In eundem modum .. *marchioni Misnensi.*

5526. — In eundem modum *Henr[ico]*[2], *langravio Turingie.*

1. *Ms.* : Wlden.
2. *Ms.* : .. Henr.

5527. — In eundem modum .. *duci de Brunswic.*

5528. — In eundem modum .. *duci de Limpurc.*

5529. — In eundem modum .. *duci Saxonie.*

5530. — In eundem modum .. *duci Bawarie.*

5531. — In eundem modum .. *duci Brabantie.*

5532. — In eundem modum .. *duci de Lombec.*

5533. — In eundem modum *Hermanno*, *lantgravio Turingie.*

5534. — In eundem modum .. *marchioni Brandeburgensi.*

5535. — In eundem modum .. *comiti Senensi.*

5536. — [In eundem modum] .. *duci Mazovie*[1].

5537. — In eundem modum .. *duci de Lumbruc.*

5538. — [In eundem modum] .. *duci Zlesie*[1].

5539. — In eundem modum .. *duci Polonie.*

5540. — [In eundem modum] .. *duci Cracovie*[1].

5541. — In eundem modum .. *regi Dacie*, secundum quod scribitur regi Francie.

5542. — In eundem modum .. *regi Boemie.* — (Cf. Potthast 10927*.)

5543. — In eundem modum .. *archiepiscopo Lundensi*, secundum quod in prima[2].

5544. — In eundem modum .. *episcopo Roskildensi*, secundum quod scribitur episcopis[3].

5545. — In eundem modum .. *episcopo Zlewicensi*[4].

5546. — In eundem modum .. *episcopo Olomucensi*[5]. — (Cf. Potthast 10927*.)

5547. — In eundem modum .. *episcopo Pragensi.* — (Cf. Potthast 10927*.)

5548. — In eundem modum .. *episcopo Chracoviensi.*

5549. — In eundem modum .. *episcopo Wratislaviensi.*

1. Les mentions : .. *duci Mazovie*, .. *duci Zlesie*, .. *duci Cracovie*, ont été ajoutées après coup, sans *In eundem modum.*
2. Les mots : *Lundensi*, *secundum quod in prima*, sont le résultat d'une correction.
3. Cet *In eundem modum* est le fait d'une correction, et la formule *secundum quod scribitur episcopis* n'est écrite dans le *Registre* qu'après la mention .. *episcopo Olomucensi*, laquelle se trouvait primitivement la première parmi les mentions d'évêques du présent groupe.
4. Cet *In eundem modum* résulte également d'une correction.
5. Pour ce qui concerne la formule *secundum quod scribitur episcopis*, qui, dans le *Registre*, suit cette mention, voir la note 3 de cette colonne.

IV

IN UNGARIA [1]

5550 [Grotta Ferrata, 9 août 1210.]

Archiepiscopo Strigoniensi eadem scribit quae supra Senonensi archiepiscopo, sub numero 5420, et aliis archiepiscopis. — (Reg. 20, f. 49 r°; ann. XIV, [c. 271]; — Potthast 10930*; — Rodenberg 781, IV.)

« .. *archiepiscopo Strigoniensi.* Eterna providentia etc., ut in prima. »

5551. — In eundem modum .. *archiepiscopo Colocensi.* — (Potthast 10930*.)

5552. — In eundem modum .. *episcopo Geuriensi*, secundum quod scribitur episcopis. — (Potthast 10930*.)

5553. — In eundem modum .. *episcopo Zagrabiensi* [2]. — (Potthast 10930*.)

5554. — [In eundem modum] .. *episcopo Vesprimiensi* [3].

5555. — In eundem modum .. *episcopo Quinqueecclesiensi.* — (Potthast 10930.)

5556. — [In eundem modum] .. *episcopo Agriensi* [3].

5557. — In eundem modum .. *episcopo Ultrasilvano.*

5558. — In eundem modum .. *abbati Sancti Martini de Pannonia.*

5559. — In eundem modum .. *regi Ungarie*, secundum quod scribitur regi Francie. — (Potthast 10926.)

5560. — In eundem modum *Colomanno regi* [4], *duci Sclavonie* [5].

V

IN ISPANIA [6]

5561 [Grotta Ferrata, 9 août 1210.]

Archiepiscopo Toletano eadem scribit quae supra Senonensi archiepiscopo, sub numero 5420, et aliis archiepiscopis. — (Reg. 20, f. 49 r°; ann. XIV, [c. 272]; — Rodenberg 781, V.)

« .. *archiepiscopo Toletano.* Eterna providentia etc., ut supra, secundum quod scribitur archiepiscopis. »

5562 — In eundem modum .. *archiepiscopo Compostellano.*

5563. — In eundem modum .. *archiepiscopo Terraconensi.*

5564. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bracharensi.*

5565. — In eundem modum .. *episcopo Salamantino*, usque : existas.

5566. — In eundem modum .. *episcopo Auriensi.*

5567. — In eundem modum .. *episcopo Astoricensi.*

5568. — In eundem modum .. *episcopo Segobiensi.*

5569. — In eundem modum .. *episcopo Palentino.*

5570. — In eundem modum .. *episcopo Burgensi.*

5571. — In eundem modum .. *episcopo Legionensi.*

5572. — In eundem modum .. *episcopo Ovetensi.*

5573. — In eundem modum .. *regi Castelle*, secundum quod scriptum est regi Francie.

5574. — In eundem modum .. *regi Portugalie.*

5575. — In eundem modum .. *regi Aragonum.*

1. En rubrique, dans la marge.
2. *Ms. :* Zagabriensi.
3. Les mentions .. *episcopo Vesprimiensi* et .. *episcopo Agriensi* ont été ajoutées après coup, sans la formule *In eundem modum.*
4. Après *regi*, il faut sous-entendre *Ruthenorum.*
5. Ce dernier *In eundem modum* a été ajouté après coup.
6. En rubrique, dans la marge.

VI

IN LOMBARDIA, MARCHIA TERVISINA ET ROMANIOLA [1]

5576 [Grotta Ferrata, 9 août 1240.]

Archiepiscopo Mediolanensi eadem scribit quae supra archiepiscopo Senonensi, sub numero 5120, et aliis archiepiscopis. — (Reg. 20, f. 49 r°; ann. XIV, [c. 273]; — Rodenberg 781, VI, 1.)

« .. *archiepiscopo Mediolanensi*. Eterna providentia Conditoris etc., ut in prima. »

5577. — In eundem modum .. *archiepiscopo Januensi*.
5578. — [In eundem modum] .. *archiepiscopo Pisano* [2].
5579. — In eundem modum .. *archiepiscopo Ravennati* [3].
5580. — In eundem modum .. *electo Gradensi*.

5581. — In eundem modum .. *episcopo Mutinensi*, usque: existas.
5582. — [In eundem modum] .. *episcopo Florentino* [4].
5583. — [In eundem modum] .. *episcopo Lucano*.
5584. — [In eundem modum] .. *episcopo Pistoriensi*.
5585. — [In eundem modum] .. *episcopo Vulterrano*.
5586. — [In eundem modum] .. *episcopo Senensi*.
5587. — [In eundem modum] .. *episcopo Fesulano*.
5588. — In eundem modum .. *episcopo Regin[o]*.
5589. — In eundem modum .. *episcopo Placentino*.
5590. — In eundem modum .. *episcopo Cremonensi*.
5591. — In eundem modum .. *episcopo Vercellensi*.
5592. — In eundem modum .. *episcopo Terdonensi*
5593. — In eundem modum .. *episcopo Cumano*.
5594. — In eundem modum .. *episcopo Vicentino*.
5595. — In eundem modum .. *episcopo Parmensi*.
5596. — [In eundem modum] .. *episcopo Mantuano*.
5597. — In eundem modum .. *episcopo Papiensi*.
5598. — [In eundem modum] .. *episcopo Cesenati*.

1. En rubrique, dans la marge.
2. Cet article est, dans le *Registre*, écrit sur la même ligne que le précédent, sans *In eundem modum*.
3. La mention .. *archiepiscopo Ravennat.* est exponctuée; l'archevêque de Ravenne ne figure pas dans les listes de la *secunda convocatio*.
4. Les évêques de Florence, Lucques, Pistoia, Volterra, Sienne et Fiesole sont mentionnés en marge, sans *In eundem modum*; ils figurent dans les listes de la *secunda convocatio*, mais rattachés à un autre groupe.

5599. — In eundem modum .. *episcopo Novariensi*.
5600. — [In eundem modum] .. *episcopo Ariminensi*.
5601. — In eundem modum .. *episcopo Veronensi*.
5602. — In eundem modum .. *episcopo Faventino*.
5603. — [In eundem modum] .. *episcopo Foroliviensi*.
5604. — In eundem modum .. *electo Ferrariensi*.
5605. — In eundem modum *O., archidiacono et procuratori ecclesie Bononiensis*.
5606. — In eundem modum .. *episcopo Castellano*.
5607. — In eundem modum .. *episcopo Tervisino*.
5608. — [In eundem modum] .. *electo Pergamensi* [1].
5609. — In eundem modum .. *episcopo Tridentino*.
5610. — In eundem modum .. *episcopo Astensi*.
5611. — In eundem modum .. *episcopo Imolensi*.

5612. — In eundem modum *capitulo Paduano*, secundum quod scribitur capitulis.
5613. — In eundem modum *capitulo Vulterrano* [2].
5614. — In eundem modum *capitulo Pergamensi*.

5615 [Grotta Ferrata, 9 août 1240.]

Duci Venetorum eadem scribit quae supra, sub numero 5173, comiti Flandriae. — (Reg. 20, f. 49 r°; ann. XIV, [c. 271]; — Rodenberg 781, VI, 2.)

« .. *duci Venetorum*. Cum graves etc., secundum quod scribitur .. comiti Flandrie. »

5616. — In eundem modum .. *marchioni Astensi* [3].
5617. — In eundem modum .. *comiti Vicentino*.
5618. — In eundem modum .. *comiti Sancti Bonifatii* [3].

5619. — In eundem modum .. *marchioni Montis Ferrati* [4] *spiritum consilii sanioris*.

1. L'évêque élu de Bergame ne figure pas dans les listes de la *secunda convocatio*.
2. Le mot *Vulterrano* résulte d'une correction.
3. Les mentions .. *marchioni Astensi* et .. *comiti Sancti Bonifatii* ont été ajoutées après coup, cette dernière sur un grattage.
4. Les deux mots *marchioni Montis* résultent d'une correction.

5620. — In eundem modum *Vezelo de Camino*[1].

5621. — In eundem modum *Biaquino de Camino*[2].

5622. — In eundem modum *Huguicioni Pilii.*

5623. — In eundem modum *Alberico de Roman*[*o*][2].

5624. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Mediolan*[*is*].

5625. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Brixiensibus.*

5626. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Placentinis.*

5627. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Mantuanis.*

5628. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Ferrariensibus.*

5629. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Tervisin*[*is*].

5630. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Bononiensibus.* — (Potthast 10931.)

5631. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Faventin*[*is*].

1. La formule *spiritum consilii sanioris* ne doit pas s'appliquer aux personnages mentionnés après le marquis de Montferrat. (Cf. Rodenberg, p. 683, n. 1.)
2. Les mentions *Biaquino de Camino* et *Alberico de Roman*[o] ont été ajoutées après coup.

5632. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Ravennat*[*ibus*].

5633. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Januensibus.*

5634 Grotta Ferrata, 10 août 1240.

Potestates, rectores, consules et communitates societatis Lombardiae et Romaniolae monet ne moveantur quod quosdam praelatos Ecclesiae et saeculi principes ad se advocet. — (Reg. 20, f. 49 r°; ann. XIV, [c. 275]; — Rodenberg 782.)

« *Potestatibus, rectoribus, consulibus*[1] *et communitatibus societatis Lombardie ac Romaniole.* Pro imminentibus Ecclesie Romane negotiis feliciter consumandis, de fratrum nostrorum consilio quosdam prelatos Ecclesie ac seculi principes advocamus; per quod nullius vos sinistra interpretatio moveat, cum non aliud intendamus, quam cum ipsorum consilio urgentes causas Ecclesie feliciter expedire. Dat. apud Criptam Ferratam, IIII idus augusti, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

1. Le mot *consulibus* paraît écrit sur un grattage; il est d'ailleurs en rouge, comme le reste de l'adresse.

SECUNDA[1] CONVOCATIO CONCILII

I

IN FRANCIA ET PROVINCIA[2]

5635 Latran, 15 octobre 1240.

Senonensem archiepiscopum rogat et monet quatenus, licet Fridericus, dictus imperator, praelatis ad Sedem Apostolicam vocatis accessum ad eam terroribus suis interdicat, usque ad proximum festum Resurrectionis Dominicae (= 31 mart. 1241) ad Sedem eandem personaliter veniat; praeterea eadem super capitulis et praelatis suae provinciae mandat, quae supra, in epistola sub numero 5420 notata. — (Reg. 20, f. 19 v°; ann. XIV, [c. 276]; — Moreau 1193, f. 131; *ibid.*, f. 130, ex Raynaldo; — Potthast 10947; — Rodenberg 785, 1, 1, ex Raynaldo; — cf. J. Bernoulli, *Acta Pontificum Helvetica*, t. I, p. 147, n° 216[3].)

« .. *archiepiscopo Senonensi.* Petri navicula, matris —. Apostolice dignitatis auctoritas —, ut omnium generalis et una mater utilitati provideat singulorum, manus fortium, regum videlicet, prelatorum, principum et aliorum fidelium non indigne advocare decrevit, ut multiplicatis clamoribus Dominum suscitet dormientem, et, plurium adjuta consiliis, prementia faciat onera leviora, expeditionis optate portum feliciter petitura. Verum, sicut pro certo didicimus, singularis ille dudum Ecclesie filius, apostolico provectus et defensus auxilio, de puero tunc omni destituto suffragio ad Imperii culmen humero materno translatus, ea non contentus injuria, qua, mercede recompensans iniqua, patris irrumpit solium, matris exponere pudici[ti]am et venditare[1] sanctuarium indevotus intentat, astutis adhuc in ipsam armatur insidiis, prelatis vocatis a nobis accessum suis terroribus interdicens, ut, nullius expers calumnie, illam, quam gravibus infestat molestiis, nec in filiorum patiatur solacio respirare. Cum igitur tam sanctum generalis utilitatis propositum, sub fiducia divini favoris assumptum, humanis non debeat versutiis retardari, fraternitatem tuam rogamus et monemus at[tente], per apostolica tibi scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes quatenus, Deum preferens homini et difficultatibus obedientie meritum anteponens, usque ad proximum venturum festum Resurrectionis Dominice ad Sedem Apostolicam accedere personaliter non omittas, ut mater, filiorum roborata presentia, hostis et adversantis obstaculo providentia divina sublato, pie intentionis exordia felici consum[m]atione concludat. Nos enim super omnibus que ad tantum negotium exequendum expediunt, annuente Domino, curabimus providere, prout tibi lator presentium plenius intimabit. Preterea volumus et mandamus ut suffraganeis tuis et eorum capitulis, abbatibus [etc., ut suprà, in epistola sub numero 5420 notata, usque :] non postponant. Dat. Laterani, idibus octobris, anno quartodecimo. »

1. Le mot *Secunda*, écrit en rouge comme le titre dont il fait partie, résulte d'une correction; vraisemblablement, le rubricateur du *Registre* avait d'abord, par inadvertance, écrit *Prima*. — Ce titre général est écrit dans la ligne, non en marge.

2. En rubrique, dans la marge.

3. Analyse très sommaire des *capitula* [276-287] (n. 5635-5885).

1. *Ms.* : vendicare.

5636. — In eundem modum .. *archiepiscopo Turonensi*[1].
5637. — In eundem modum .. *archiepiscopo Lugdunensi.*
5638. — In eundem modum .. *archiepiscopo Burdegalensi.*
5639. — In eundem modum .. *archiepiscopo Viennensi.*
5640. — In eundem modum .. *archiepiscopo Auxitano.*
5641. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bisuntino.*
5642. — In eundem modum .. *archiepiscopo Ebredunensi.*
5643. — In eundem modum .. *archiepiscopo Rothomagensi.*
5644. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bituricensi.*
5645. — In eundem modum .. *archiepiscopo Arelatensi.*

5646. — In eundem modum .. *episcopo Parisiensi*, usque : prout tibi ex parte nostra plenius exponetur.
5647. — In eundem modum .. *episcopo Carnotensi.*
5648. — In eundem modum .. *episcopo Lexoviensi.*
5649. — In eundem modum .. *episcopo Cenomanensi.*
5650. — In eundem modum .. *episcopo Aurelianensi.*
5651. — In eundem modum .. *episcopo Belvacensi.*
5652. — In eundem modum .. *episcopo Cameracensi.*
5653. — In eundem modum .. *episcopo Claromontensi.*
5654. — In eundem modum .. *episcopo Neumasensi.*
5655. — In eundem modum .. *episcopo Biterrensi.*
5656. — In eundem modum .. *episcopo Aniciensi.*
5657. — In eundem modum .. *episcopo Agathensi.*
5658. — In eundem modum .. *episcopo Pictavensi.*
5659. — In eundem modum .. *episcopo Carcasonensi.*
5660. — In eundem modum .. *episcopo Tolosano.*

5661. — In eundem modum *capitulo Senonensi*, usque : feliciter petitura ; inter quos vobis ut vestros nuntios ad matris Ecclesie gremium usque ad proximum venturum festum Resurrectionis Dominice mitteretis, recolimus litteras apostolicas destinasse. Verum etc., usque : obedientie meritum preponentes, in supradicto termino ad nos sollempnes et providos nuntios destinetis, qui[2] vice vestra utile nobis in causis Ecclesie consilium largiantur, ut mater etc., usque : providere curabimus, prout vobis ex parte nostra plenius exponetur.
5662. — In eundem modum *capitulo Turonensi.*
5663. — In eundem modum *capitulo Rothomagensi.*
5664. — In eundem modum *capitulo Remensi.*
5665. — In eundem modum *capitulo Lugdunensi.*
5666. — In eundem modum *capitulo Viennensi.*
5667. — In eundem modum *capitulo Bisuntino.*
5668. — In eundem modum *capitulo Bituricensi.*
5669. — In eundem modum *capitulo Ebredunensi.*
5670. — In eundem modum *capitulo Auxitano*
5671. — In eundem modum *capitulo Parisiensi.*

1. Henri de Dreux, archevêque de Reims, qui, dans les listes de la *prima convocatio*, figurait à cette place, entre l'archevêque de Tours et l'archevêque de Lyon (n° 5422), était décédé le 6 juillet ; c'est pourquoi il n'est plus mentionné ici.
2. *Ms.* : quia.

5672. — In eundem modum *capitulo Carnotensi.*
5673. — In eundem modum *capitulo Aurelianensi.*
5674. — In eundem modum *capitulo Cenomanensi.*
5675. — In eundem modum *capitulo Lexoviensi.*
5676. — In eundem modum *capitulo Aniciensi.*
5677. — In eundem modum *capitulo Claromontensi.*
5678. — In eundem modum *capitulo generali Cister[ciensium]*, ut mittant quatuor abbates.

5679. — In eundem modum .. *abbati Premonstratensi*, ut personaliter veniat.
5680. — In eundem modum .. *abbati Cluniacensi.*
5681. — In eundem modum .. *abbati Majoris Monasterii.*
5682. — In eundem modum .. *abbati Compendiensi.*
5683. — In eundem modum .. *abbati Fiscannensi.*
5684. — In eundem modum .. *abbati Sancti Dionisii.*
5685. — In eundem modum *fratri Guillelmo, de ordine Cartusien[sium].*

5686 Latran, 15 octobre 1240.

Regi Franciae scribit Fridericum, dictum imperatorem, laborare ut impediatur concilium a papa vocatum, eumque iterum rogat et hortatur quatenus litteris vocationi concilii contrariis quas idem Fridericus ad ipsum regem dirigat, animum in aliquo penitus non inclinet, et ad Sedem Apostolicam nuntios suos usque ad proximum festum Resurrectionis Dominicae destinet. — (Reg. 20, f. 50 r°; ann. XIV, [c. 277]; — Rodenberg 785, I, 2.)

« .. *illustri regi Francie.* Dux exercitus Domini —. Porro, quia succedentium varietates temporum diversorum novitates casuum nonnunquam pariunt, que ad solvendas suorum perplexitates nexuum multorum prudentum consilia exquisita requirunt, per Apostolicam Sedem orthodoxi patres statuerunt convocari concilia, in quibus, salubri formata consilio, sententia firma dissolveret quicquid difficultatis nodus questionis proposite contineret. Ob hoc quidem nuper, considerantes quod instantis malitia temporis negotiis diversis et arduis non solum Romanam, verum etiam universalem angit Ecclesiam, et cupientes in hiis sub ea providentia et discretione procedere, quod et ipsa negotia optatum, auctore Deo, finem suscipiant, et exinde honor Ecclesie generali et salus populo Christiano consurgant, serenitatem regalem apostolicis exoravimus litteris, quod usque ad festum proximum venturum Resurrectionis Dominice, ad quod super hoc advocavimus concilium prelatorum, ad nos regales nuntios, qui nobis in hiis vice regia salutare consilium tribuant, destinares, ut dispositio nostra tanto cunctis sit gratior,

quanto regalis consilii ac prelatorum et principum fuerit provida et salubri deliberatione concepta. Verum, sicut pro certo intelleximus, adversarius et hostis Ecclesie Fr[idericus], dictus imperator, qui in diversis articulis matri Ecclesie quibus potest conatibus, adversatur, universalis Ecclesie comodum proprium extimans detrimentum, ut auctoritatem Apostolice Sedis annichilet, ac unitatem scindat, quod absit! Ecclesie generalis, prefatum concilium nititur impedire, diversarum fraudium venena conficiens, ut conceptum tam pii desiderii propositum hiis perfusa mater Ecclesia pariat abortivum; propter quod, ipsius, qui calcaneo Ecclesie insidiari non desinit, non ignorantes astutias, ne tanta Ecclesie generalis utilitas de facili, ejus dolo impedita, depereat, super omnibus que ad tantum negotium exequendum expediunt, annuente Domino, providere curabimus, prout lator presentium celsitudini regie viva voce plenius intimabit. Hinc est quod regalem excellentiam rogamus attentius et hortamur in Domino Jhesu Christo quatenus, litteris, si quas predictus F[ridericus] ad te prefati contrarias vocationi concilii dirigat, animum in aliquo penitus non inclinans, ad nos nuntios tuos usque ad supradictum festum destinare procures, ita quod ex hoc Deum tibi debitorem et Ecclesiam tuis utilitatibus obligatam constituas, ac zelari honorem universalis Ecclesie, salutem propriam et populi Christiani, ut princeps catholicus, ad instar predecessorum tuorum apertius comproberis. Dat. ut supra. »

5687 Latran, 15 octobre 1240.

Comiti Flandriae similiter, paucis mutatis, scribit Fridericum, dictum imperatorem, laborare ut impediatur concilium a papa vocatum, eumque iterum rogat quatenus usque ad proximum festum Resurrectionis Dominicae ad Sedem Apostolicam idoneos et providos nuntios destinet. — (Reg. 20, f. 50 r°; ann. XIV, [c. 278]; — Rodenberg 785, I, 3.)

« *Nobili viro .. comiti Flandrie.* Nuper, considerantes quod instantis malitia temporis etc., ut supra, usque : consurgant, prudentiam tuam apostolicis sollicitavimus litteris ut usque ad festum [etc.], usque : annuente Domino, curabimus providere. Hinc est quod nobilitatem tuam etc., usque : penitus non inclinans, ad nos super premissis omnibus idoneos et providos nuntios usque ad supradictum festum destinare procures etc., usque : populi Christiani, tanquam vir catholicus, apertius comproberis. Dat. ut supra. »

5688. — In eundem modum .. *comiti Britannie.*
5689. — In eundem modum .. *comiti Provincie.*
5690. — In eundem modum .. *comiti Sabaudie.*

II

IN ANGLIA ET SCOTIA [1]

5691 [Latran, 15 octobre 1240.]

Archiepiscopo Cantuariensi eadem scribit quae supra, sub numero 5635, archiepiscopo Senonensi. — (Reg. 20, f. 50 v°; ann. XIV, [c. 279]; — cf. Rodenberg 785, II, [1].)

« .. *archiepiscopo Cantuariensi.* Petri navicula etc., ut in prima, usque in finem. »

5692. — In eundem modum .. *archiepiscopo Eboracensi.*
5693. — In eundem modum .. *archiepiscopo Dublinensi.*

5694. — In eundem modum .. *episcopo Exoniensi*, usque : exponetur.

1. En rubrique, dans la marge.

5695. — In eundem modum .. *Carleolensi episcopo.*
5696. — In eundem modum .. *episcopo Cicestrensi.*
5697. — In eundem modum .. *episcopo Wigorniensi.*
5698. — In eundem modum .. *episcopo Norwicensi.*
5699. — In eundem modum .. *episcopo Lincolniensi.*
5700. — In eundem modum .. *episcopo Eliensi.*
5701. — In eundem modum .. *episcopo Glasguensi.*
5702. — In eundem modum .. *episcopo Sancti Andree.*

5703. — In eundem modum .. *abbati Sancti Augustini Cantuariensis.*
5704. — In eundem modum .. *abbati Sancti Eadmundi.*
5705. — In eundem modum .. *abbati Westmonasterii.*
5706. — In eundem modum .. *abbati de Burgo Sancti Petri.*
5707. — In eundem modum .. *abbati de Teokesbyr*[ia].

5708 [Latran, 15 octobre 1240.]

Regi Angliae eadem scribit quae supra, sub numero 5686, regi Franciae. — (REG. 20, f. 50 v°; ann. XIV, [c. 280]; — cf. RODENBERG 785, II, [2].)

« [.. *illustri*] *regi Anglie*. Dux exercitus Domini etc., secundum quod scribitur regi Francie. »

5709. — In eundem modum .. *regi Scotie*.

5710. — In eundem modum .. *comiti Marescalco*, secundum quod scribitur .. comiti Flandrie.

5711 — In eundem modum .. *comiti Richemundie*.

5712. — In eundem modum .. *comiti Cornubie*.

5713. — In eundem modum .. *comiti Albemarlie*.

5714. — In eundem modum .. *comiti Lincolniensi*.

5715 — In eundem modum .. *comiti Herefordie*.

5716. — In eundem modum *nobili viro Hugoni de Albeniaco*.

III

IN POLONIA, TEUTONIA, ET DACIA ET NORWEIA [1]

5717 [Latran, 15 octobre 1240.]

Patriarchae Aquilegensi eadem scribit quae praelatis supra notatis, paucis mutatis. — (REG. 20, f. 50 v°; ann. XIV, [c. 281]; — cf. RODENBERG 785, III, [1].)

« .. *patriarche Aquilegensi spiritum consilii sanioris*. Petri navicula etc., usque : non omittas, ipsius mandatis humiliter pariturus, ut in expediendis imminentibus nobis negotiis tuo uti consilio valeamus. Nos enim etc., usque : prout tibi ex parte nostra plenius exponetur. »

Excommunicati.

5718. — In eundem modum .. *archiepiscopo Salzburgensi*.

5719. — In eundem modum .. *archiepiscopo Maguntino*.

5720 — In eundem modum .. *archiepiscopo Treverensi*.

5721. — In eundem modum .. *electo Coloniensi*.

5722. — In eundem modum .. *episcopo Pataviensi* [usque : plenius exponetur].

5723. — In eundem modum .. *episcopo Frisingensi*.

5724 — In eundem modum .. *archiepiscopo Magdeburgensi*, secundum quod scribitur archiepiscopis Francie et Anglie.

5725. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bremensi*.

5726. — In eundem modum .. *episcopo Osnaburgensi*.

5727. — In eundem modum .. *episcopo Mindensi*.

1. En rubrique, dans la marge.

5728. — In eundem modum .. *episcopo Basiliensi*.

5729. — In eundem modum .. *episcopo Constantiensi*.

5730. — In eundem modum .. *episcopo Eis[te]tensi*.

5731. — In eundem modum .. *episcopo Warmaciensi*.

5732 — In eundem modum .. *episcopo Ratisponensi*.

5733. — In eundem modum .. *episcopo Spirensi*.

5734 — In eundem modum .. *episcopo Herbipolensi*.

5735. — In eundem modum .. *episcopo Argentinensi*.

5736 — In eundem modum .. *episcopo Ildesemensi*.

5737. — In eundem modum .. *abbati Vuldensi*[1].

5738 [Latran, 15 octobre 1240.]

Duci Austriae eadem scribit quae supra, sub numero 5687, comiti Flandriae. — (REG. 20, f. 50 v°; ann. XIV, [c. 282]; — cf. RODENBERG 785, III, [2].)

« [*Nobili viro*] .. *duci Austrie*. Nuper, considerantes etc., usque : apertius comproberis[2]. »

Excommunicati.

5739. — In eundem modum .. *marchioni Misnensi* etc., usque : destinare procures.

5740. — In eundem modum *Henr[ico]*[3], *lanthgravio*[4] *Turingie*.

5741. — In eundem modum .. *duci de Brunswic*.

5742. — In eundem modum .. *duci de Limpurc*.

5743. — In eundem modum .. *duci Saxonie*.

1. *Ms. :* Wlden.
2. Les mots *apertius comproberis* résultent d'une correction.
3. *Ms :* .. Henr. — Cf. *supra*, t. III, col. 395, note 2.
4. *Ms. :* lanthgravie.

5744. — In eundem modum .. *duci Bawarie.*
5745. — In eundem modum .. *duci Brabantie.*
5746. — In eundem modum .. *duci de Lombec.*
5747. — In eundem modum *Hermanno, lantgravio Turingie.*
5748 — In eundem modum .. *marchioni Brandeburgensi.*
5749. — In eundem modum .. *comiti Senen[si].*
5750 — In eundem modum .. *duci Mazovie.*
5751. — In eundem modum .. *duci de Lumbrue.*
5752. — In eundem modum .. *duci Zlesie.*
5753. — In eundem modum .. *duci Polonie.*
5754 — In eundem modum .. *duci Cracovie.*

5755. — In eundem modum .. *regi Dacie*, secundum quod scribitur regi Francie.

5756. — In eundem modum .. *regi Boemie.* — (Potthast 10953*)

5757. — In eundem modum .. *archiepiscopo Lundensi*, secundum quod in prima. — (Cf. Potthast 10946.)

5758. — In eundem modum .. *episcopo Roskildensi*, secundum quod scribitur episcopis.
5759. — In eundem modum .. *episcopo Zlewicensi.*
5760. — In eundem modum .. *episcopo Olomucensi.*
5761. — In eundem modum .. *episcopo Pragensi.*
5762. — In eundem modum .. *episcopo Chracoviensi.*
5763. — In eundem modum .. *episcopo Wratislaviensi.*

IV

IN UNGARIA [1]

5764 [Latran. 15 octobre 1240.]

Archiepiscopo Strigoniensi eadem scribit quae supra Senonensi archiepiscopo, sub numero 5635, et aliis archiepiscopis. — (Reg. 20, f. 50 v°; ann. XIV, [c. 283]; — Potthast 10945; — cf. Rodenberg 785, IV.)

« .. *archiepiscopo Strigoniensi.* Petri navicula[2] etc., ut in prima. »

5765. — In eundem modum .. *archiepiscopo Colocensi.* — (Potthast 10945*.)

5766. — In eundem modum .. *episcopo Geuriensi*, secundum quod scribitur episcopis. — (Potthast 10945*.)
5767. — In eundem modum .. *episcopo Zagrabiensi*[3]. — (Potthast 10945*.)

1. En rubrique, dans la marge.
2. Les mots *Petri navicula* résultent d'une correction.
3. *Ms.* : Zagabriensi.

5768. — In eundem modum .. *episcopo Vesprimiensi.* — (Potthast 10945*.)
5769. — In eundem modum .. *episcopo Quinqueecclesiensi.* — (Potthast 10945*.)
5770. — In eundem modum .. *episcopo Agriensi.* — (Potthast 10945*.)
5771. — In eundem modum .. *episcopo Ultrasilvano.* — (Potthast 10945*.)

5772. — In eundem modum .. *abbati Sancti Martini de Pannonia.* — (Potthast 10945*.)

5773. — In eundem modum .. *regi Ungarie*, secundum quod scribitur regibus. — (Potthast 10952.)
5774. — In eundem modum *Colomanno regi*[1], *duci Sclavonie.*

1. Après *regi*, il faut sous-entendre *Ruthenorum.*

V

IN YSPANIA [1]

5775 [Latran, 15 octobre 1240.]

Archiepiscopo Toletano eadem scribit quae supra Senonensi archiepiscopo, sub numero 5635, et aliis archiepiscopis. — (REG. 20, f. 51 r°; ann. XIV, [c. 284]; — cf. RODENBERG 785, V.)

« .. *archiepiscopo Toletano.* Petri navicula etc., ut in prima. »

5776. — In eundem modum .. *archiepiscopo Compostellano.*
5777. — In eundem modum .. *archiepiscopo Terraconensi.*
5778. — In eundem modum .. *archiepiscopo Bracharensi.*
5779. — In eundem modum .. *episcopo Salamantino*, usque : exponetur.
5780. — In eundem modum .. *episcopo Auriensi.*
5781. — In eundem modum .. *episcopo Astoricensi.*
5782 — In eundem modum .. *episcopo Secobiensi.*
5783. — In eundem modum .. *episcopo Palentino.*
5784. — In eundem modum .. *episcopo Burgensi.*
5785. — In eundem modum .. *episcopo Legionensi.*
5786. — In eundem modum .. *episcopo Ovetensi.*

5787. — In eundem modum .. *regi Castelle*, secundum quod scriptum est regibus.
5788. — In eundem modum .. *regi Portugalie.*
5789. — In eundem modum .. *regi Aragonum.*

VI

IN LOMBARDIA, MARCHIA TERVISINA ET ROMANIOLA [2]

5790 [Latran, 15 octobre 1240.]

Archiepiscopo Mediolanensi eadem scribit quae supra archiepiscopo Senonensi, sub numero 5635, et aliis archiepiscopis. — (REG. 20, f. 51 r°; ann. XIV, [c. 285]; — cf RODENBERG 785, VI, [1].)

« .. *archiepiscopo Mediolanensi.* Petri navicula etc., secundum quod in prima. »

5791. — In eundem modum .. *archiepiscopo Januensi.*
5792. — In eundem modum .. *archiepiscopo Pisano*[3].
5793. — In eundem modum .. *electo Gradensi.*

5794. — In eundem modum .. *episcopo Mutinensi* etc., usque : exponetur[1].

5795. — In eundem modum .. *episcopo Regin[o].*
5796. — In eundem modum .. *episcopo Placentino.*
5797. — In eundem modum .. *episcopo Brixiensi*[1].
5798. — In eundem modum .. *[episcopo] Cremonensi.*
5799. — In eundem modum .. *[episcopo] Vercellensi.*
5800. — In eundem modum .. *episcopo Terdonensi.*
5801. — In eundem modum .. *episcopo Cumano.*
5802. — In eundem modum .. *episcopo Vicentino.*
5803 — In eundem modum .. *episcopo Parmensi.*
5804. — In eundem modum .. *episcopo Mantuano.*
5805. — In eundem modum .. *episcopo Papiensi.*
5806. — In eundem modum .. *Cesenati episcopo.*
5807. — In eundem modum .. *episcopo Novariensi.*
5808. — In eundem modum .. *episcopo Ariminensi.*
5809. — In eundem modum .. *episcopo Veronensi.*
5810. — In eundem modum .. *episcopo Faventino.*

1. En rubrique, dans la marge.
2. En rubrique, dans la marge.
3. Dans les listes de la *prima convocatio*, entre la mention .. *archiepiscopo Pisano* et la mention .. *electo Gradensi*, se trouve, mais exponctuée, la mention, totalement absente ici, .. *archiepiscopo Ravennati* (n° 5579).
4. Les évêques de Florence, Lucques, Pistoia, Volterra, Sienne et Fiesole, qui, dans la *prima convocatio*, figurent à cette place, entre les évêques de Modène et de Reggio (n. 5582-5587), sont inscrits plus loin, sous la rubrique : *In Tuscia, Marchia Anconitana* etc. (n. 5841-5845 et 5847).

1. L'évêque de Brescia ne figure pas dans les listes de la *prima convocatio*.

5811. — In eundem modum .. *episcopo Foroliviensi.*

5812. — In eundem modum .. *electo Ferrariensi.*

5813. — In eundem modum *O[ctaviano]*, *archidiacono et procuratori Bononiensi.*

5814. — In eundem modum .. *episcopo Castellano.*

5815. — In eundem modum .. *episcopo Tervisino*[1].

5816. — In eundem modum .. *episcopo Tridentino.*

5817. — In eundem modum .. *episcopo Astensi.*

5818. — In eundem modum .. *episcopo Imolensi.*

5819. — In eundem modum *capitulo Paduano*, secundum quod scribitur capitulis.

5820. — In eundem modum *capitulo Pergamensi.*

5821. — In eundem modum *capitulo Vulterano*[2].

5822 [Latran, 15 octobre 1240.]

Duci Venetorum eadem scribit quae supra, sub numero 5687, comiti Flandriae, paucis praeteritis[3]. — (Reg. 20, f. 51 r°; ann. XIV, [c. 286]; — cf. Rodenberg 785, VI, [2].)

« .. *duci Venetorum.* Nuper, considerantes etc.[4], usque : quatenus[5] ad nos super premissis etc., usque in finem. »

5823. — In eundem modum .. *marchioni Astensi.*

5824. — In eundem modum .. *comiti Vicentino.*

5825 — In eundem modum .. *comiti Sancti Bonifatii.*

5826 — In eundem modum .. *marchioni Montis Ferrati spiritum consilii sanioris.*

5827 — In eundem modum *Vezelo de Camino.*

5828. — In eundem modum *Biaquino de Camino.*

5829 — In eundem modum *Huguicioni Pilii.*

5830. — In eundem modum *Alberico de Roman[o]*. — (Potthast 10951.)

5831. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Mediolanen[sibus]*, usque : destinare curetis[6], ita quod ex hoc comprobemini, tanquam viri catholici, zelari honorem universalis Ecclesie, salutem propriam et populi Christiani. — (Potthast 10950.)

5832. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Brixiensibus.*

5833. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Placentinis.*

5834 — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Mantuanis.*

5835. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Ferrariensibus.*

5836 — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Tervisinis.*

5837. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Bononiensibus.* — (Potthast 10949.)

5838. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Faventinis*

5839. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Ravennat[ibus].*

5840. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Januensibus.*

VII

IN TUSCIA, MARCHIA ANCONITANA, DUCATU SPOLETANO ET CAMPANIA [7]

5841 [Latran, 15 octobre 1240.]

Episcopo Florentino eadem scribit quae supra ceteris episcopis, fine epistolae praeterito. — (Reg. 20, f. 51 r°; ann. XIV, [c. 287]; — Rodenberg 785, VII.)

« .. *episcopo Florentino.* Petri navicula etc., secundum quod scribitur episcopis, usque : providere. »

5842. — In eundem modum .. *episcopo Lucano.*

5843. — In eundem modum .. *episcopo Pistoriensi.*

5844 — In eundem modum .. *episcopo Vulterano.*

5845. — In eundem modum .. *episcopo Senensi.*

5846. — In eundem modum .. *episcopo Lunensi*

1. L'évêque élu de Bergame, Atto, qui figure à la suite de l'évêque de Trévise dans la liste de la *prima convocatio* (n° 5608), n'est pas compris dans la liste de la *secunda convocatio*; il était décédé le 13 juillet 1240.

2. Les mots *capitulo Vulterano* résultent d'une correction, de même que, vers cette même place, le mot *Vulterrano* dans les listes de la *prima convocatio* (cf. col 400, note 2).

3. Sans le membre de phrase : *litteris, si quas .... penitus non inclinans.*

4. Les mots *Nuper considerantes etc.* résultent d'une correction.

5. *Ms.* : q̈.

6. Au lieu de *destinare procures*, qu'on lit plus haut (n. 5686 et 5687).

7. En rubrique, dans la marge. — Série nouvelle, absente de la *prima convocatio*; six seulement des évêques compris dans cette dernière liste (n. 5841-5845 et 5847), figurent plus haut (n. 5582-5587), sous la rubrique : *In Lombardia* etc.

5847. — In eundem modum .. *episcopo Fesulano.*

5848. — In eundem modum .. *episcopo Suanensi.*

5849. — In eundem modum .. *episcopo Ciusino.*

5850. — In eundem modum .. *episcopo Perusino.*

5851. — In eundem modum .. *episcopo Castellano.*

5852. — In eundem modum .. *episcopo Aretino, marchie Anconitane rectori.*

5853. — In eundem modum .. *episcopo Grossetano.*

5854. — In eundem modum .. *episcopo Nepesino.*

5855 — In eundem modum .. *episcopo Civitatis Castellane.*

5856. — In eundem modum .. *episcopo Urbevetano.*

5857. — In eundem modum .. *episcopo Asisinati.*

5858. — In eundem modum .. *episcopo Spoletano.*

5859. — In eundem modum .. *episcopo Nucerino.*

5860. — In eundem modum .. *episcopo Eugubino.*

5861. — In eundem modum .. *episcopo Reatino.*

5862 — In eundem modum .. *episcopo Tudertino.*

5863. — In eundem modum .. *episcopo Narniensi.*

5864. — In eundem modum .. *episcopo Interannensi.*

5865. — In eundem modum .. *episcopo Esculano.*

5866. — In eundem modum .. *episcopo Firmano.*

5867. — In eundem modum .. *episcopo Camerinensi.*

5868. — In eundem modum .. *episcopo Humanati.*

5869. — In eundem modum .. *episcopo Anconitano.*

5870. — In eundem modum .. *episcopo Esino.*

***5871.** — In eundem modum .. *episcopo Senogaliensi.*

5872. — In eundem modum .. *episcopo Fanensi*

5873 — In eundem modum .. *episcopo Pensauriensi.*

5874. — In eundem modum .. *episcopo Forosinphroniensi.*

5875. — In eundem modum .. *episcopo Callensi.*

5876. — In eundem modum .. *episcopo Urbinati.*

5877. — In eundem modum .. *episcopo Ariminensi*[1].

5878. — In eundem modum .. *episcopo Feretrano.*

5879 — In eundem modum .. *episcopo Tiburtino.*

5880 — In eundem modum .. *episcopo Anagnino.*

5881. — In eundem modum .. *episcopo Signino.*

5882. — In eundem modum .. *episcopo Ferentinati.*

5883. — In eundem modum .. *episcopo Alatrino.*

5884. — In eundem modum .. *episcopo Veruiano.*

5885. — In eundem modum .. *episcopo Terracinensi.*

5886 Latran, 26 février 1241.

Regem Hungariae reprehendit quod praelatis regni sui licentiam ad concilium eundi denegaverit, quasdam difficultates et viarum pericula praetexens, eique scribit de via tuta jam provisum esse. — (REG. 20, f. 51 v°[1]; ann. XIV, [c. 288]; — MOREAU 1193, f. 210; *ibid.*, f. 185, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10995; — RODENBERG 803.)

« .. *illustri regi Ungarie.* Si filius es —. Cum igitur cujus sit causa que ad presens matri tue Romane Ecclesie imminere dinoscitur, celsitudo regia non ignoret —, et nos non tam pro quiete Romane Ecclesie quam pro tranquillo statu cunctorum fidelium Jhesu Christi concilium providerimus evocandum : non credebamus, nec adhuc credere volumus, ab aliquo filiorum Ecclesie, et presertim a te, quem inter ceteros reges catholicos sinceritatis brachiis amplexamur, difficultatem aliquam ingerendam, sed per te tepidos, si qui essent forte[2], ad hoc potius accendendos. Licet autem pro excusatione prelatorum regni Ungarie preces et litteras nobis duxeris destinandas, et nos, quia tibi et eis expedire non vidimus, magnificentie regie, prout decuit, duxerimus respondendum, si tamen ad te nostre littere pervenerunt : quia tamen eadem nuper per alias litteras tuas, quas benigne recepimus, nostris auribus inculcasti, quasdam difficultates et viarum pericula in eisdem litteris exprimendo, regalem excellentiam rogamus, monemus et hortamur attente quatenus, quid saluti, quid fame, quid honori tuo expediat, prudenter attendens, egre non feras si contra honorem tam nostrum quam tuum nequimus annuere postulatis, cum jam, per Dei gratiam, ita de via qua tute ad Sedem Apostolicam accedere valeant, congrue sit provisum, quod per loca discriminis seu terras inimicorum Ecclesie ipsos habere transitum nullatenus oportebit ; super quo per nuntios nostros plene poterunt edoceri. Dat. Laterani, IIII kalendas martii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

1. Cette page du *Registre* est entièrement à deux colonnes, comme la précédente.

2. *Ms. :* fortius.

5887 Latran, 26 février 1241.

Archiepiscopo Strigoniensi, qui, viae periculosae praetextu, ad concilium venire recusabat, nuntiat de via tuta jam esse provisum, eique mandat quatenus juxta prioris apostolici mandati tenorem venire non postponat. — (REG. 20, f. 51 v°, col. 2; ann. XIV, [c. 289]; — MOREAU 1193, f. 187; cf. *ibid.*, f. 341, *non integra*, ex RAYNALDO; — POTTHAST 10991; — RODENBERG 804.)

« .. *archiepiscopo Strigoniensi.* Virum secundum cor nostrum te invenisse credentes, ac letari posse in te

1. Cette mention fait double emploi ; en effet, l'évêque de Rimini figure déjà plus haut (n° 5808 ; cf. *supra*, n° 5600), sous la rubrique : *In Lombardia, Marchia Tervisina et Romaniola.*

tamquam in Romane Ecclesie filio speciali, Strigoniensem ecclesiam, nobile quidem Ecclesie Dei membrum, tibi fiducialiter duximus committendam, sperantes quod, in partem sollicitudinis evocatus, sic nobiscum, ingruente necessitate, onera partireris, quod gloriari possemus nos vinee domini Sabaoth prefecisse cultorem utilem et nobis adjutorem idoneum assumpsisse. Sed, quod non sine turbatione referimus, vulnus ab hoste non expectato ferentes, in instantis necessitatis articulo eidem Ecclesie, matri tue, obsequium tue devotionis subducis, a cujus caritate persecutio nulla vel gladius, presentia vel futura, te deberent aliquatenus separare. Licet igitur super excusatione tua de non veniendo ad concilium, dudum quasdam nobis litteras destinaris, et nos tibi super hoc prout expedire vidimus, duxerimus respondendum : quia tamen eadem nuper per alias litteras tuas nostris auribus inculcasti, quasdam difficultates et viarum pericula in eisdem litteris exprimendo, cum jam, per Dei gratiam, ita de via qua tu et alii tute ad Sedem Apostolicam venire possitis, congrue sit provisum, quod per loca discriminis seu terras inimicorum Ecclesie vos habere transitum nullatenus oportebit, super quo per nuntios nostros plene poteritis edoceri, volumus et per apostolica tibi scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus juxta primi mandati nostri tenorem venire ad concilium non postponas. Dat. Laterani, IIII kalendas martii, anno quartodecimo. »



SUPER PECUNIA MUTUANDA ECCLESIE ROMANE A PRELATIS SUBSCRIPTIS[1]

5888 Latran, 5 novembre 1240.

Episcopo Praenestino, apostolico legato, significat Ecclesiam Romanam sub gravibus condicionibus magnam pecuniae quantitatem mutuo pro defensione fidei recepisse, nec adhuc esse de ipsa creditoribus satisfactum, et se duxisse rogandos abbates et conventus quorundam monasteriorum sancti Benedicti, Cluniacensis et Praemonstratensis ordinum, nec non praeceptores et fratres militiae Templi et Hospitalis in Francia, ut ad solvenda praedicta Ecclesiae debita fratri Riccardo, de domo militiae Templi, certam pecuniae summam mutuo assignent, eis restituendam de subsidio ecclesiae Anglicanae; eum rogat et hortatur quatenus, si creditoribus ipsis de subsidio Anglicano satisfieri non poterit terminis constitutis, apud abbates et alios supradictos interponat partes suas, ut de mutuo antedicto Ecclesiae subveniant. — (REG. 20, f. 53 [52] r°; ann. XIV, [c. 290] : — MOREAU 1193, f. 143; — POTTHAST 10968[2]; — RODENBERG 787, I : — cf. J. DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire général des Hospitaliers de l'Ordre de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II (1897), p. 583, n° 2261.)

« .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato*[3]. Cum Ecclesia Romana sub gravibus conditionibus magnam receperit mutuo, pro defensione fidei et ecclesiastice libertatis, pecunie quantitatem, nec adhuc sit de ipsa creditoribus, quamquam aliqui termini solutionum effluxerint, satisfactum, propter quod creditores ipsi apud nos instantes clamoribus importunis dampna se queruntur non modica incurrisse : quia hujusmodi debitorum solutio non potest diutius, propter excrescentia incommoda, absque gravi Ecclesie ipsius dispendio retardari, dilectos filios abbates et conventus quorumdam monasteriorum sancti Benedicti, Cluniacensis et Premonstratensis ord[inum], quorum nomina in quadam tibi cedula sub bulla nostra mittimus annotata[1], nec non militie Templi ac Hospitalis Jerosolimitan[i] domorum in Francia preceptores et fratres rogandos duximus at[tentius] et monendos, nostris sibi dantes litteris in mandatis, ut predictorum abbatum cum conventibus et preceptorum cum fratribus suis singuli certam pecunie summam, pro solutione creditorum ipsorum quamtocius facienda, dilecto filio fratri Riccardo, de domo militie Templi, ejusdem Ecclesie nomine, mutuo, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia, prompta devotione concedant, restituendam eis plenarie saltem usque ad sex menses post receptionem litterarum ipsarum, de subsidio ecclesie Anglicane. Quocirca fraternitatem tuam rogamus et hortamur at[tente], per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, si creditoribus ipsis de subsidio Anglicano satisfieri forte non poterit terminis constitutis, ne ex tarditate solutionum Apostolica Sedes gravem lesionem incurrat et Roman[os] turbari contingat, ex quo principali negotio de facili posset periculum imminere, quia pro majori Ecclesie necessitate intactum servari volumus subsidium Gallicanum, apud abbates ac alios supradictos, ut in presenti necessitatis articulo juxta mandatum nostrum de mutuo Ecclesie subveniant antedicto, interponas sollicite partes tuas. Nos enim, ad solvendam in terminis qui ad hoc prefixi fuerint, illam pecunie quantitatem quam ipsi eidem fratri, Ecclesie[2] Romane nomine, duxerint mutuandam, eandem Ecclesiam, de fratrum nostrorum consilio, per litteras apostolicas obligantes, dilecto filio nostro O[ttoni], Sancti

1. En rubrique, dans le haut de la marge supérieure.

2. Avec la date *nonis decembris* (= 5 décembre), d'après C. HÖFLER (*Kaiser Friedrich II*, Anhang, p. 372, n° 29), qui cependant n'a pas utilisé d'autre source que le *Registre*.

3. *Ms.* : legati.

1. Pour ces noms, cf. la pièce suivante et les *in eundem modum* qui y sont joints.

2. Les mots *fratri* et *Ecclesie* résultent d'une correction.

Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali. Apostolice Sedis legato. et collectoribus predicti subsidii Anglicani dirigimus scripta nostra, ut pecuniam collectam et colligendam, pro Ecclesie subventione, in partibus Anglicanis, memorato fratri, deferendam Parisius ad satisfaciendum abbatibus et aliis prenotatis, non differant assignare. Dat. Laterani, nonis novembris, anno quartodecimo. »

5889 Latran, 6 novembre 1240.

Abbatem et conventum Sancti Vedasti Atrebatensis rogat et hortatur quatenus mille libras Turonensium, ad satisfaciendum Ecclesiae Romanae creditoribus, fratri Riccardo, de domo militiae Templi, mutuo concedant — (Reg. 20, f. 53 [52 r°; ann. XIV, [c. 291]; — Moreau 1193, f. 145; — Rodenberg 787, II; — cf. J. Delaville Le Roulx, *Cartulaire général des Hospitaliers de l'Ordre de Saint-Jean de Jerusalem*, t. II (1897), p. 583, n° 2262.)

« .. *abbati et conventui Sancti Vedasti Atrebatensis.* Cum Ecclesia Romana etc., ut supra, usque : retardari, de devotione vestra in Domino confidentes, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus, matris gravaminibus oportunis auxiliis occurrentes, mille libras Turonensium, ad satisfaciendum quamtotius creditoribus antedictis, dilecto filio fratri Riccardo, de domo militie Templi, ejusdem Ecclesie nomine, pro nostra et Apostolice Sedis reverentia, mutuo concedatis, restituendas vobis plenarie saltem usque ad sex menses post receptionem presentium, de subsidio ecclesie Anglicane. Nos enim etc., usque : collectam per eundem fratrem Parisius ad satisfaciendum vobis non differant destinare. Preces igitur et mandatum nostrum in hac parte taliter implere curetis, quod in hujus necessitatis articulo per effectum operis ostendatis quantum cupitis nos in vestris et monasterii vestri oportunitatibus favorabiles et propitios invenire. Ut autem eo promptius et securius quod petimus, impleatis, quo de indempnitate vestra et ejusdem monasterii fueritis per cautionem apostolicam certiores, ad persolvendam in termino qui ad hoc prefixus fuerit, illam pecunie quantitatem quam fratri predicto, ejusdem Ecclesie Romane nomine, pro necessitate jamdicta duxeritis mutuandam, eandem Ecclesiam, de fratrum nostrorum consilio, per presentes litteras obligamus. Dat. Laterani, VIII idus novembris, anno quartodecimo. »

5890. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Dionisii, Parisiensis diocesis.*

5891. — In eundem modum .. *abbati Sancti Germani de Pratis Parisien[sis].*

5892. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Martini de Campis Parisien[sis].*

5893. — In eundem modum .. *abbati et conventui de Fossato, Parisiensis diocesis.*

5894. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancte Columbe Senonensis.*

5895. — In eundem modum .. *abbati et conventui de Ferrariis, Senonensis diocesis.*

5896. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Benedicti super Ligerim, Aurelianensis diocesis.*

5897. — In eundem modum .. *abbati et conventui Latiniaci, Meldensis diocesis.*

5898. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Remigii Remensis.*

5899. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Medardi Suessionensis.*

5900. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Petri de Compendio, Suessionensis diocesis.*

5901. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Petri Carnotensis.*

5902. — In eundem modum .. *abbati et conventui Premonstraten[sibus].*

5903. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Auberti Cameracensis.*

5904. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Eligii Noviomensis.*

5905. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Richerii, Ambianensis diocesis.*

5906. — In eundem modum .. *abbati et conventui de Corberia, Ambianensis diocesis.*

5907. — In eundem modum .. *abbati et conventui de Becco, Rothomagensis diocesis.*

5908. — In eundem modum .. *abbati et conventui de Caritate*[1].

5909. — In eundem modum .. *abbati et conventui de Domo Dei.*

5910. — In eundem modum .. *abbati et conventui Fiscannen[sibus].*

5911. — In eundem modum .. *abbati et conventui Dolen[sibus].*

1. M. Rodenberg (p. 694, note 18) suppose que l'abbaye visée ici est l'abbaye cistercienne de la Charité, au diocèse de Besançon; mais on pourrait penser aussi à la Charité-sur-Loire, au diocèse d'Auxerre; il est vrai, la Charité-sur-Loire était un simple prieuré, d'ailleurs fort important, et le texte porte : .. *abbati et conventui de Caritate*; mais on lit un peu plus haut (n° 5892) : .. *abbati et conventui Sancti Martini de Campis Parisiensis*; or Saint-Martin-des-Champs, comme la Charité-sur-Loire, était un prieuré, non une abbaye. — Saint-Martin-des-Champs et la Charité-sur-Loire seraient précisément les monastères de l'ordre de Cluny auxquels il est fait allusion dans la pièce 5888.

5912. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Martini Laudunensis*, pro duobus milibus librarum Turonensium.

5913. — In eundem modum .. *preceptori*[1] *et fratribus domorum militie Templi in Francia*, pro duobus milibus marcarum.

5914. — In eundem modum .. *preceptori et fratribus domorum Hospitalis Jerosolimitani in Francia*, pro totidem..

5915 Latran, 6 novembre 1240.

« In eundem modum *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato*, usque : incurrisse[2], discretionem tuam monemus et hortamur attente, per apostolica tibi scripta mandantes quatenus, sicut diligis honorem Apostolice Sedis et nostrum, pecuniam in Anglie, Scotie ac Ybernie regnis pro Ecclesie collectam subsidio et etiam colligenda[m], dilecto filio fratri Ricc[ardo], de domo militie Templi, ad satisfaciendum de ipsa creditoribus antedictis, apud domum ejusdem militie Parisius per ipsum fideliter deferendam, procures quamtocius assignare, ita quod ex dilatione solutionum hujusmodi Sedes Apostolica dispendium non incurrat, nosque sollicitudinem tuam exinde in Domino commendemus; rescripturus nobis quid et quantum eidem fratri duxeris assignandum. Dat. Laterani, VIII idus novembris, anno quartodecimo. » — (Reg. 20, f. 53 [52] v°; — Moreau 1193, f. 116.)

1. *Ms.* : In eundem modum .. *abbati et conventui*, .. *preceptori* (etc).

2. Cf. *supra*, n° 5888, col. 421.

5916. — In eundem fere modum *magistro Petro Rubeo, clerico nostro*, usque : commendemus. Quocirca mandamus quatenus, legatum ipsum ad id sollicitans attentius et exhortans studio diligenti, procures quod mandatum nostrum super hoc efficaciter impleatur, ita quod diligentia tua exinde valeat commendari.

5917. — In eundem modum *magistro Petro de Supin[o], scriptori nostro*.

LITTERE SUPER APPARATU NAVIGII[1]

5918 Latran, 13 octobre 1240.

Gregorio de Romania, subdiacono et capellano suo, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus cum potestate et consilio Januensibus ordinare procuret, ut galeae et naves in quibus praelati et alii ad concilium venientes deferri et reduci possint, secreto praeparentur; insuper ei fratrem Nicolaum, ordinis Cisterciensis, praesentium litterarum latorem, commendat. — (Reg. 20, f. 56 [55] r°; ann. XIV, [c. 292]; — Moreau 1193, f. 111; — Rodenberg 781, I, [1].)

« *G[regorio] de Romania, subdiacono et capellano nostro, Apostolice Sedis legato.* Nuper, pro diversis et arduis Ecclesie Romane negotiis, ecclesiarum prelatos, regum ac principum nuntios ad festum Resurrectionis Dominice proximo venturum duximus ad nostram presentiam advocandos. Verum, quia, sicut pro certo intelleximus, F[ridericus], dictus imperator, adversarius Dei et Ecclesie, vocationem ipsam quantum potest, nititur impedire[2], precipiendo mandamus quatenus, cum nulla ratione tantam confusionem Ecclesie sustinere possimus, sicut caram habes gratiam Apostolice Sedis et nostram, cum nobili viro .. potestate et consilio Januen[sibus], quod tantum numerum galearum et navium, in quibus prelatos et alios ad ipsum concilium venientes, secure ad Sedem Apostolicam deferendos, et reducendos in locis quos tecum et cum dictis potestate et consilio dilectus filius frater N[icolaus], Cisterciensis ordinis, lator presentium, quem ob hoc transmittimus, statuet, possint recipere, preparent, nec non de certo naulo pro singulis galeis et navibus, sic caute, sic secreto, quod id nequaquam, antequam firma sint omnia et firmiter roborata, ad dicti F[riderici] vel suorum fautorum notitiam pervenire valeat, ordinare procures, ab ipsis Januen[sibus] cautiones sic sufficientes, nostro et Ecclesie Romane nomine, recepturus, quod super hoc intentione sua nullo modo frustrari possit Ecclesia, et prudentiam tuam possimus exinde multipliciter commendare. Nos enim eidem fratri N[icolao] ordinandi, de consilio tuo, venerabilis fratris nostri .. archiepiscopi, et aliquorum prudentum prelatorum, fratrum Predicatorum et Minorum Januen[sium] ac aliorum, quos videris[1] expedire, super securitate nauli et aliis omnibus necessariis exequendis, plenam contulimus potestatem; cui ea que tibi ex parte nostra dixerit, credere et efficaciter adimplere procures. Dat. Laterani, III idus octobris, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

1. En rubrique, dans la marge supérieure.
2. Cf. *supra*, n. 5686 et 5687.

1. L's de *videris* résulte d'une correction.

5919 Latran, 13 octobre 1240.

« In eundem modum *nobili viro .. potestati Januensi*, usque : nititur impedire, nos, nolentes tam sanctum generalis utilitatis propositum humanis versutiis retardari, dilecto filio G[regorio] de Romania, subdiacono et capellano nostro, Apostolice Sedis legato, nostris damus litteris in preceptis, ut tantus numerus navium, galearum et useeriorum, in quibus prelati[2] et alii ad ipsum concilium venientes, secure ad Sedem Apostolicam deferendi, et reducendi in oportunis locis que dictus legatus et dilectus filius frater N[icolaus], Cisterciensis ordinis, lator presentium, quem ob hoc transmittimus, de tuo et Januen[sium] consilio statuent, possint recipi, preparetur, nec non de certo naulo pro singulis navibus, galeis et usceriis, sic caute etc., ut supra, usque : ordinare procuret, a te ac predicto consilio cautiones adeo sufficientes etc., usque : commendare. Nos vero legato et fratri predictis ordinandi, de consilio etc., usque : plenam concessimus potestatem. Quo-

2. Ms. : « prelatis et aliis — venientibus — deferendis et reducendis. »

circa nobilitatem tuam rogamus et hortamur at[tente], per apostolica tibi scripta mandantes quatenus eisdem legato et fratri sic efficax, sic benignum auxilium, consilium tribuas et favorem, quod inde tua devotio possit merito commendari, et nos tibi grata respondere vicissitudine teneamur. Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 56 [55] r°; — Moreau 1193, f. 115; — Rodenberg 784, I, [2].)

5920 Latran, 13 octobre 1240.

« In eundem modum .. *episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato*, usque : plenam concessimus potestatem. Verum, quia presentiam tuam eidem concilio eo magis oportunam credimus, quo salubrioris fructus consilii ex tua prudentia provenire speramus, de fratrum nostrorum consilio per apostolica tibi scripta mandamus quatenus usque ad dictum festum ad nos redire procures, et, cum propter persecutiones ejusdem F[riderici] Ecclesia sit gravibus debitis obligata, de pecunia pro Ecclesie collecta subsidio usque ad quantitatem quam idem Greg[orius] suis tibi duxerit litteris exprimendam, nuntiis Januen[sium] super hoc ejus litteras deferentibus pro dicto naulo facias assignari. Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 56 [55] r°; — Moreau 1193, f. 115 v°; — Rodenberg 784, I, [3].)

5921 Latran, 13 octobre 1240.

« In eundem modum *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato* etc., usque : debitis obligata, super colligendo Ecclesie subsidio plenum studium adhibere procurans, pecuniam quam pro eodem subsidio receperis, ad domum Templi Parisiensis, solvendam creditoribus qui super hoc nostras litteras detulerint, ne, pro dilatione solutionis, aliquod dampnum Apostolica Sedes incurrat, sine dispendio more transmittas. Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 56 [55] r°; — Moreau 1193, f. 116; — Rodenberg 784, I, [4].)

5922 Latran, 13 octobre 1240.

Archiepiscopum Januensem rogat et hortatur quatenus pro naulo navium se et ecclesiam Januensem obligare non dubitet. — (Reg. 20, f. 56 [55] r°; ann. XIV, [c. 293]; — Moreau 1193, f. 116; — Rodenberg 784, II.)

« .. *archiepiscopo Januensi*. Dilectum filium fratrem N[icolaum], Cisterciensis ordinis, ad te pro quibusdam Ecclesie Romane negotiis destinantes, fraternitatem tuam rogamus et hortamur at[tente], mandantes quatenus, plenam sibi in hiis que tibi ex parte nostra dixerit, fidem adhibens, pro pecunia nauli navium, galearum et usceriorum quam dilectus filius G[regorius] de Romania, subdiaconus et capellanus noster, Apostolice Sedis legatus, tue prudentie duxerit exprimendam, te et ecclesiam Januen[sem] non dubites, nostro et Ecclesie Romane nomine, obligare. Nos enim, illis quibus eam persolvi debere constiterit, plene de ipsa satisfieri facientes, super obligatione hujusmodi te et ecclesiam tuam absque dampno curabimus conservare. Dat. Laterani, ut supra. »

5923. — In eundem modum .. *abbati Sancti Syri*.
5924. — In eundem modum .. *abbati Sancti Fructuosi*.
5925. — In eundem modum .. *abbati Sancti Stephani*.
5926. — In eundem modum .. *abbati Sancti Bartholomei de Fossato*.

5927 Latran, 13 octobre 1240.

Gregorium de Romania, subdiaconum et capellanum suum, apostolicum legatum, similiter, mutandis mutatis, monet et hortatur quatenus pro naulo navium ipsum papam et Ecclesiam Romanam obligare non dubitet. — (Reg. 20, f. 56 [55] v°; ann. XIV, [c. 294]; — Rodenberg 784, III.)

« *G[regorio] de Rom[ania], subdiacono et capellano nostro, Apostolice Sedis legato*. Dilectum filium fratrem [etc., ut in precedenti epistola, sub numero 5922 notata, usque :] destinantes, discretionem tuam monemus et hortamur [etc., ut in eadem epistola, usque :] usceriorum quam tue prudentie duxerit exprimendam, nos et Romanam Ecclesiam non dubites obligare. Nos enim illis quibus eam persolvi debere constiterit, plene de ipsa satisfieri faciemus. Dat. ut supra. »

5928 Latran, 13 octobre 1240.

Eidem obligandi Ecclesiam Romanam pro naulo navium potestatem concedit. — (Reg. 20, f. 56 [55] v°; ann. XIV, [c. 295]; — Rodenberg 784, IV.)

« *Eidem*. Ut negotium tibi commissum facilius et melius valeas expedire[1], obligandi Romanam Ecclesiam pro pecunia nauli navium, galearum et usceriorum que pro prelatis et aliis qui ad concilium sunt venturi, ducendis et reducendis fuerit persolvenda, liberam tibi, de consilio fratrum nostrorum, concedimus potestatem. Dat. ut supra. »

1. *Ms.* : expediri.

5929 [Latran, 13 octobre 1240.]

Potestati et consilio Januensibus, de eadem re scribens, significat se Gregorio de Romania, subdiacono et capellano suo, apostolico legato, obligandi Ecclesiam Romanam pro naulo navium potestatem concessisse. — (Reg. 20, f. 56 [55] v°; ann. XIV, [c. 296]; — Rodenberg 781, V.)

« *Nobili viro .. potestati et consilio Januen[sibus]*. Ut dilectus filius G[regorius] de Rom[ania], subdiaconus et capellanus noster, Apostolice Sedis legatus, negotium sibi commissum etc., ut supra. »

5930 [Octobre 1240 ?]

Memoriale fratri Nicolao, Cisterciensis ordinis, ad Gregorium de Romania proficiscenti, a Gregorio IX papa traditum, in quo inscribuntur quae in navibus conducendis observari debeant. — (Reg. 20, f. 56 [55] v°; ann. XIV, [c. 297]; — Moreau 1193, f. 116 v°; — Rodenberg 784, VII.)

« *Memoriale fratris Nicolai, Cisterciensis ordinis*. Primo Greg[orio] de Rom[ania] omnes litteras presentabis, et tu ipse una cum Petro de Guarcino secreto cum potestate Januen[si], juramento recepto ab ipsa potestate de secreto tenendo quod a vobis ei fuerit proponendum, tractabitis, super imminenti negotio quod in nostris litteris est expressum, ea que videritis expedire, secundum formam que in litteris apostolicis est expressa; et, si expedire videritis, G[uillelmo?] de Nigro[1], sub eadem cautela, propositum nostrum poteritis revelare; et cum eorumdem consilio aliis devotis Ecclesie, sub eadem cautela, communicare poteritis negotium supradictum: ita quod, horum adjuti consiliis et auxiliis, Ecclesie propositum firmiter roboretis[2]. Super naulo navium, galearum et usceriorum pro deducendis et reducendis prelatis et aliis qui ad concilium sunt venturi, caute et prudenter Januenses ad recipiendam moderatam quantitatem pecunie inducendo, et ut pecuniam pro naulo solvendam in regno Francorum recipiant, detis operam efficacem, vel accipiatur mutuum sub cautela et obligatione prelatorum, que in litteris nostris exprimitur, quod certo termino et annue persolvatur. Vobis autem districte, in virtute obedientie, precipiendo mandamus quatenus huic negotio ita detis operam efficacem, quod propositum nostrum modis omnibus feliciter consumetur, et Romana Ecclesia intentione sua nullatenus defraudetur; maxime cum prelatis mandemus quod per naves, galeas et uscerios Januen[sium] eundo et redeundo transitum securum habebunt; apud quos nos de mendacio argui non oportet. Predictis etiam proponatis quod ad honorem Dei, exaltationem Ecclesie, et ipsorum perpetuam libertatem et sue civitatis augmentum, hoc quod agitur, actore Domino, pertinebit. Dicatis etiam eis quod, cum a pluribus comitibus, baronibus et aliis nobilibus viris et fide dignis speretur quod per terram haberi possit securus transitus prelatorum, tamen, quia fiducialius speramus de constantia, fide et devotione Januen[sium], volumus quod ex hoc ipsi magis consequantur honorem. Preterea noveritis quod [a] legato Francie, et aliis apud quos pecunia Ecclesie conservatur, quantitatem quam tu, fili G[regori], duxeris tuis litteris exprimendam, solvi mandavimus Januen[sibus] antedictis. Et licet consueverint Januen[ses] dare galeam bene armatam pro ducentis libris Januen[sium] per unum mensem, sicut jam experimento didicimus, vos tamen habere pro minori, si poteritis, laboretis. Naves autem ad portandam multitudinem clericorum et aliorum necessarias reputamus. Provideatis etiam cum Januen[sibus] de locis oportunis in quibus recipi debeant prelati et alii ad concilium venientes. »

1. Peut-être le personnage connu dont le nom se rencontre plus loin, dans la pièce 5938, sous la forme *Guillelmus Niger*, *Guillelmus Niger Ebriacus*.

2. *Ms.* : roboretur.

5931 [Latran, 13 octobre 1240.]

Gregorio de Romania, subdiacono et capellano suo, apostolico legato, mandat quatenus negotium de naulo navium sine mora exsequatur et ipsi papae de eodem statim rescribat. — (Reg. 20, f. 56 [55] v°; ann. XIV, [c. 298]; — Rodenberg 784, VI.)

« *G[regorio] de Rom[ania], subdiacono et capellano nostro, Apostolice Sedis legato*. Presentium tibi auctoritate mandamus quatenus negotium super facto nauli navium, galearum et usceriorum pro prelatis ad concilium ducendis et reducendis tue discretioni commissum, omni mora postposita exequi, et nobis quod super hoc feceris, statim rescribere non omittas. Dat. ut supra[1]. »

5932 Gênes, 9 décembre [1240].

Gregorius de Romania Gregorio IX papae scribit quid in

1. C'est-à-dire, selon toute probabilité, à la même date que l'avant-dernière pièce, cotée 5929. (Cf. Rodenberg, p. 687, note 1.)

negotio de apparatu navigii egerit, de pecunia soluta et solvenda rationem reddit, et pacta de eodem apparatu facta [1] transmittit. — (Reg. 20, f. 56 [55] v°; ann. XIV, [c. 299]; — Moreau 1193, f. 117 v°; — Rodenberg 792.)

« *Littere ipsius legati super obligatione possessionum ecclesiarum Januensium* [2]. Sanctissimo in Christo patri et domino, domino G[regorio], Dei gratia Sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, G[regorius] de Romania, devotus vester, se ipsum ad pedes. Veniens Januam, frater Nicolaus proposuit quod omnino volebatis ut galeas, usceria et alia vasa pro portandis et reportandis prelatis et aliis ad concilium venientibus, a communi Janue conducere procurarem, pro servandis promissis a communitate predicta sufficienti cautione recepta. Quod cum quanto labore et angustia peregerim, cum consilio omnium illorum quos in vestris litteris expressistis [3], verbis brevibus non posset aliquatenus explicari, cum multi vellent negotium impedire, sine quorum consilio illud non poterat consumari. Super hiis omnibus nichil operari poteram, nisi primo solverem communi Janue mille marcas pro apparatu galearum et taridarum, quas computant in conventione et solutione; de quibus mille marcis habui tria milia quingentas [4] et quinquaginta libras Januen[sium], quas solvi eis: et ducentas libras Januen[sium] dedi mercatoribus qui mutuarunt dictas marcas, pro expensis; pro quibus marcis prelati Januenses possessiones suas ipsis mercatoribus obligarunt. Et scripsi domino .. episcopo Penestrino, Apostolice Sedis legato, ut solvat quinque milia marcarum argenti et quinquaginta septem; quas quinquaginta septem promisi mercatoribus, pro salario eorum, computatis istis mille marcis quas recepi; et mercatores tenentur dare Janue nuntiis vestris, infra mensem post receptionem in Francia, duo milia marcarum, et ad alium mensem alia duo milia marcarum [5]: et si ista pecunia ad istud negotium non erit tota necessaria, de residuo fiet quod placuerit vobis. Pacta facta super negotio supradicto Sanctitati Vestre mitto presentibus interclusa. Ad hec, pro munere totius servitii quod vobis et Ecclesie Romane feci, instanter peto et obnixe deposco, ut michi, nolenti apud Januam ulterius commorari, redeundi licentiam tribuatis. Habeatis recommendatum magistrum Petrum de Guarcino super ecclesia Sancti Xisti Januensis, pro quo vobis alia vice supplicavi. Dat. Janue, V idus decembris. »

1. Cf. *infra*, n° 5937.
2. Ce titre ne répond qu'imparfaitement au contenu de la pièce.
3. Cf. *supra*, n° 5918.
4. *Ms.* : quingentarum.
5. Pour l'intelligence de tout ceci, voir Rodenberg, p. 700, note 2.

5933 [Décembre 1240.]

Johannes, archiepiscopus Januensis, Gregorio IX papae testatur negotium navium a Gregorio de Romania, Apostolicae Sedis legato, bene consummatum esse. — (Reg. 20, f. 57 [56] r°; ann. XIV, [c. 300]; — Moreau 1193, f. 118 v°; — Rodenberg 793, I.)

« *Littere testimoniales .. archiepiscopi Januensis super apparatu navigii.* Beatissimo patri et sanctissimo domino G[regorio], Dei providentia Pontifici Summo, J[ohannes], divina miseratione Januensis ecclesie minister immeritus, tam promptum semper quam debitum ad omnia famulatum. Beatitudini Vestre presentibus litteris innotescat quod dominus G[regorius] de Rom[ania], Apostolice Sedis legatus, consilio domini .. patriarche Jerosolimitani et plurium sapientum, consilio quoque et auxilio meo, pecunia mutuo accepta a quibusdam Januen[sibus], de galeis, taridis, usceriis et aliis navigiis necessariis ita bene providit, quod, quando ecclesiarum prelati venient ad vestram presentiam pro concilio celebrando, predicta navigia invenient Janue optime preparata. »

5934 [Décembre 1240.]

R., Sancti Stephani Januensis abbas, eadem, aliis verbis, Gregorio IX papae testatur. — (Reg. 20, f. 57 [56] r°; ann. XIV, [c. 301]; — Moreau 1193, f. 119 r°; — Rodenberg 793, II.)

« *Littere testimoniales .. abbatis Sancti Stephani Januensis super eodem.* Sanctissimo in Christo patri et reverentissimo domino Gregorio, Sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, R., Sancti Stephani Januensis abbas immeritus, se ipsum ad pedes. Sanctitati Vestre humili cum devotione significo quod conventioni quam fecit dominus Greg[orius] de Rom[ania], Ecclesie Romane legatus, cum .. potestate et commun[i] Janue, super conductione et armamento galearum et taredarum, prout in ejusdem legati litteris viderit Vestra Sublimitas contineri, parvitas mea interfuit, et me semper presente idem legatus diligenti cura et sollicitudine laboravit; neque conventionem ipsam potuit facere meliorem, immo hec eadem fuit multa cum dif-

licultate obtenta, propter quosdam emulos Ecclesie, qui pro suis viribus restiterunt. »

5935 [Décembre 1240.]

P., praepositus Sanctae Mariae de Vineis Januensis, eadem, aliis verbis, Gregorio IX papae testatur. — (Reg. 20, f. 57 [56] r°; ann. XIV, [c. 302]; — Moreau 1193, f. 119 v°; — Rodenberg 793, III.)

« *Littere testimoniales .. prepositi Sancte Marie de Vineis super eodem.* Beatissimo patri et domino Greg[orio], sancte et universalis Ecclesie summo pontifici, P.. dictus prepositus ecclesie Sancte Marie de Vineis Jan[uensis], ad pedum oscula beatorum. Sanctitati Vestre presentibus innotesco quod dominus G[regorius] de Romania, Sedis Apostolice legatus, cum multa et magna diligentia et cautela negotium galearum et taredarum, habito consilio cum multis sapientibus et religiosis clericis et mecum, fideliter pertractavit. Licet enim Januenses quidam laici vellent illud negotium impedire, tamen consummatum est, Domino concedente, et de hoc idem legatus valde est commendandus, et ipsi de hoc possum reddere bonum testimonium et verum. »

5936 [Décembre 1240.]

Frater Algisius, fratrum Praedicatorum de Janua, eadem, aliis verbis, Gregorio IX papae testatur. — (Reg. 20, f. 57 [56] r°; ann. XIV, [c. 303]; — Moreau 1193, f. 119 v°; — Rodenberg 793, IV.)

« *Littere testimoniales fratris Algisii, fratrum Predicatorum, super eodem.* Sanctissimo patri [et] domino G[regorio], Sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, frater Algisius, fratrum Predicatorum de Jan[ua], pedum oscula beatorum. Significo Sanctitati Vestre quoniam dominus Greg[orius] de Rom[ania], legatus vester et venerabilis pater meus et fratrum meorum, quicquid fecit de galeis et taredis, fecit de consilio meo et fratrum, et in eo negotio cum multa subtilitate, diligentia et discretione processit; et, auxiliante Domino, factum est illud negotium, tamen cum multa ipsius domini G[regorii] difficultate, et omnium illorum quorum consilio et auxilio juvabatur. Sollicitus autem fui de vestro negotio filius vester et servus vester, desiderans vestram in omnibus facere voluntatem. »

5937 6 décembre 1240.

Instrumentum quo inter Gregorium de Romania, Apostolicae Sedis legatum, et Henricum, syndicum, consiliariosque Januenses ordinatur quot et quales naves pro praelatis ad concilium portandis et reducendis a Januensibus praeparari debeant, et quanta pecunia pro singulis a Sede Apostolica solvi debeat. — (Reg. 20, f. 57 [56] r°; ann. XIV, [c. 304]; — Moreau 1193, f. 120 r°; — Rodenberg 791.)

« *Transcriptum instrumentorum super apparatu navigii*[1]. In Christi nomine. Amen. Cum dominus Greg[orius] de Roman[ia], Apostolice Sedis legatus, pro domino papa, ex speciali mandato domini pape, petiisset a commun[i] Januen[si] quatinus eidem, pro domino papa seu aliis nuntiis domini pape, expensis ejusdem, concederet galeas et taridas armatas, pro conducendis et reducendis prelatis ecclesiarum et aliis personis ad generale concilium per ipsum Summum Pontificem faciendum, dictus dominus legatus, nomine et vice ipsius Summi Pontificis, ex una parte, et Henricus, filius quondam Guillelmi Judicis, sindicus communis Januen[sis], ad hoc specialiter constitutus per .. potestatem et consiliarios Januen[ses], vocatos et congregatos ad ipsum consilium per cornu et campanam, more solito, nec non et ipsi consiliarii, ex alia, inter se super predictis galeis et taridis et armamentis earum, concedendis ipsi domino pape, vel ejus nuntiis seu nuntio, taliter convenerunt: videlicet quia dictus sindicus, pro ipso communi, promisit ipsi legato, recipienti nomine Summi Pontificis, concedere et prestare ipsi domino pape seu ejus nuntiis galeas decem armatas, pro portandis prelatis et aliis ad concilium et reducendis, hoc modo videlicet quod in qualibet galea erunt nauclerii et superiores centum octo, et subtani XXVI, et supersalientes XL, computatis in hiis supersalientibus naucleriis IIII^or et comito uno, petentario[2] uno et balistariis X, quorum balistariorum quilibet habeat duas balistas, unam de cornu et aliam de ligno, et in qualibet galea sit balista una de turno et munitiones XXX ferri; et predicta concedet et prestabit commune Januen[se] pro mercede seu pretio librarum CCLXXV pro unaquaque galea et pro quolibet mense, ad omnes expensas communis Januensis domino papa, vel ejus nuntiis, seu domino legato pro ipso domino papa, fa-

1. La transcription de ce document dans le *Registre* est, en plus d'un endroit, fautive; M. Rodenberg a introduit dans le texte plusieurs corrections heureuses; on trouvera dans les notes de son édition l'interprétation de plusieurs des termes techniques qui se rencontrent dans la présente pièce.

2. Sans doute pour *pitantiario* (cf. Rodenberg, p. 697, note 4).

ciente solutionem de mercede seu pretio supradicto communi Jan[ue] pro duobus mensibus, et hoc ante per mensem quam ipse galee armentur; hoc salvo quod, si dominus legatus vellet diminuere de supersalientibus vel subtanis qui esse debebunt in predictis galeis, debeat diminui de ipsa mercede et pretio hoc modo, scilicet pro quolibet supersaliente sol[idi] XXXV Januen[sium] et pro quolibet subtano sol[idi] XVIII per mensem; et, si forte supersalientes vel subtanos in dictis galeis vel aliqua earum vellet addere, solvat et solvere teneatur idem legatus, ultra supradictam mercedem et pretium, sol[idos] XXXV pro quolibet supersaliente addito per mensem, et pro quolibet subtano addito sol[idos] XVIII per mensem, computatis solidis et vianda.

« Item promisit et convenit dictus sindicus, pro ipso communi, dicto legato concedere et prestare eidem domino pape, vel ejus nuntiis, seu ipsi legato pro ipso domino papa, taridas decem, que erunt guarnite hoc modo, quia in qualibet erunt homines XXV muniti ad ferrum, qui habebunt servitores duos, et inter ipsos erunt nauclerii duo, dicto domino papa, seu ejus nuntiis, aut domino legato pro eo, solvente dicto communi, pro mercede seu naulo uniuscujusque taride, et vianda et conductu marinariorum, libras LXXXVI per mensem, ita quod de duobus mensibus fiat primo solutio communi Januen[si] ante per mensem unum quam armentur.

« Item solvere debet dominus papa, seu ejus nuntius pro eo, dicto communi, pro magisterio et apertura uniuscujusque taride, libras XXVI Jan[uensium] semel tantum; salvo quod, si dominus legatus seu nuntii domini pape velle[n]t addere voglerios[1] in dictis taridis vel aliqua earum, debeat dominus legatus seu dominus papa addere pro unoquoque sol[idos] XXX Jan[uensium] per mensem, et commune dare teneatur et debeat quot vellet addere ad eandem rationem.

« Item dictus sindicus promisit, pro ipso communi, ipsi legato, nomine Summi Pontificis recipienti, dimittere ipsas galeas et taridas ipsi seu nuntiis domini pape ultra duos menses, ad voluntatem domini pape, pro consimili pretio et mercede, prout superius dictum est; que[2] galee et taride ipsi legato seu nuntiis domini pape tradi debent, et conduci usque Romam, si placuerit illis qui portabuntur et recipientur apud Nitiam vel in aliis locis in quibus secure prelati et alii vocati ad concilium venire possint.

1. *Sic*, pour *vogherios* (= vogueurs, rameurs).
2. *Ms.* : et que; — RODENBERG : et quod.

« Item dictus sindicus promisit, nomine communis Januensis, domino legato, recipienti nomine domini pape, quod commune Jan[ue] parabit galeas sex et taridas sex, ultra predictas galeas X [et] taridas X, pro quibus dominus papa seu Ecclesia Romana nichil solvere debet, nisi voluerit eas accipere et habere, preterquam pro apertura uniuscujusque taride libras XXVI; acto specialiter quod, quando dominus papa sive ejus nuntii solvent mercedem et pretium aliarum galearum X et taridarum X, [si] dixerit quod nolit habere vel accipere has galeas VI et taridas VI, commune Jan[ue] pro istis sex galeis et sex taridis nichil facere debeat, sed sit absolutum a prestatione earumdem; et, si dixerit quod velit eas habere, debet solvere communi pro eis et qualibet earum, secundum quod de aliis X galeis et X taridis superius dictum est.

« Item dictus sindicus, nomine communis Jan[ue], confitetur se recepisse a dicto legato, pro solutione dicti logerii, mercedis seu pretii[1], et pro arris et magisterio dictarum galearum X et taridarum XVI, libras tria milia quingentas quinquaginta Januen[sium]; de quibus se bene quietum et solutum nomine communis Januen[sis] vocat a dicto legato, renuntians exceptioni non numerate pecunie et omni juri, computatis ipsis III milibus quingentis quinquaginta libris in M marcis argenti; salvo quod, si minus valent dicte libre IIIMVCL[2], promisit legatus supplere communi.

« Item convenit et promisit supradictus sindicus, nomine communis Januen[sis], ipsi domino legato, recipienti nomine domini pape, eligere duos viros, quibus et in quorum potestate tradet pecuniam supradictam, et aliam que solvetur usque ad concurrentem quantitatem, ipse dominus legatus, vel nuntii domini pape, pro ea expendenda in dictis galeis et taridis et apparatibus earumdem, et non in aliis negotiis, nisi esset de voluntate domini pape, vel nuntiorum ejus ad hoc constitutorum, vel ipsius legati. Supradictam vero mercedem et pretium dictarum galearum et taridarum, secundum quod superius dictum est, ultra dictas libras IIIM[a] quingen[tas] L, que debent computari in ipsa mercede et pretio, debet habere commune Jan[ue] ante per mensem unum quam ipse galee et taride armentur, prout superius dictum est.

« Item actum est inter ipsas partes quod, si supradicte galee et taride non essent necessarie pro supradictis prelatis et aliis ducendis et reducendis, dicte[3] libre IIIM[a] quingente L, et alia pecunia que soluta

1. *Ms.* : pretiis.
2. *Ms.* : IIIMVC libr[as].
3. *Ms.* : quod dicte.

esset, computentur pro illa pecunia et in illa que debet dari a domino papa pro navibus, galeis et usceriis intrandis in Regnum; illo salvo quod libre XXVI que expenderentur in preparatione, hoc est in apertura, uniuscujusque taridarum, non debea[n]t computari in pecunia que dari debet pro galeis, navibus et uscheriis intrandis in Regnum.

« Item actum est inter ipsas partes quod, si naves, galee et uscherii non essent necessarie pro invasione Regni, debet cedere pecunia que soluta esset communi Jan[ue], in lucrum communis Jan[ue] et ejusdem communis esse.

« Predicta omnia et singula supradictus sindicus, nomine communis Jan[ue], promisit ipsi domino legato, recipienti nomine Summi Pontificis, attendere, complere et observare et in nullo contravenire, sub pena marcarum quinque milium argenti stipulata et promissa; pro qua pena et [ad] sic observandum, omnia bona communis ejusdem pignori obligavit. Insuper juravit idem sindicus in animam potestatis et consiliariorum Jan[ue] omnia et singula attendere et observare et complere, et quod potestas sequenti successori suo dimittet per speciale sacramentum et teneam[en], quod omnia supradicta et singula observare debeat et teneatur. Versa vice, dictus dominus legatus, auctoritate et licentia sibi concessa a domino papa, cujus licentie[1] tenor est inferius descriptus : « Greg[orius] » episcopus etc. »[2], nomine et vice Summi Pontificis, promisit[3] et convenit dicto sindico, nomine communis Jan[ue], attendere, complere et observare omnia et singula quecumque superius scripta sunt, [et] ipsum dominum papam vel ejus nuntios facere debere, sub pena marcarum X milium argenti[4] stipulata et promissa a dicto legato, nomine Summi Pontificis ; pro qua pecunia et ad sic observandum, universa bona Ecclesie Romane pignori obligavit dicto communi. Ad que omnia et singula supradicta dictus Henr[icus] creatus fuit sindicus in consilio facto, recepta potestate a dictis potestate et consiliariis jurandi in animam ipsorum, ut superius dictum est.

« Acta sunt hec Jan[ue], in palatio Furnarorum, ubi curia tenetur. Testes : Obertus Ruxius, judex ; Guillelmus de Quinto[5], judex ; Henr[icus] Maluxellus[1] ; Fredericus de Predis ; Janonus de Porta, scriba ; magister Petrus de Guarcino, domini pape scriptor ; Gufredus de Tanasis de Mediolan[o] ; fratre N.[2], teste. Die Jovis, VIII idus decembris. »

« Que[3] omnia vobis non potui mittere publicata propter festinantiam ; tamen de omnibus fecimus fieri publica instrumenta. »

1. *Ms. :* licentia.
2. C'est vraisemblablement la pièce cotée plus haut 5918.
3. *Ms. :* et promisit.
4. *Ms. :* $\overline{X}$ argenti.
5. Un *Guillielmus de Quinto*, consul, figure, en 1247 et 1257, dans les *Annales Bartholomaei scribae* (*Monumenta Germaniae historica, Scriptores*, t. XVIII, p. 221 et 237).

5938 Gênes, 13 novembre 1240.

Contractus habitus inter Bovarellum de Grimaldo, Grimaldum de Grimaldo, Ubertum Bancherium, Guillelmum Bacarottum de Placentia, Guillelmum Alfacchinum et Rainaldum Feliciarium, mercatores Januenses, ex una parte, et Gregorium de Romania, apostolicum legatum, stipulantem vice papae et Ecclesiae Romanae, ex altera, super quibusdam pecuniae summis pro apparatu navigii inter partes permutandis et excambiandis, et super nonnullorum Januensium bonis pignori obligandis. — (Reg. 20, f. 58 [57] r°; ann. XIV, [c. 305].)

« *Transcriptum super contractu habito cum mercatoribus Jan[ue]*[4]. In Christi nomine. Amen. Contractus habitus cum mercatoribus. Bovarellus de Grimaldo, pro sexta parte ; Grimaldus de Grimaldo, pro altera

1. Il y a eu à Gênes plusieurs personnages du nom de *Enricus* ou *Henricus Malusocellus, Malusaucellus* ou *Malocellus* ; un, entre autres, est cité, en cette même année 1240, comme consul, dans les *Annales Bartholomaei scribae* (*Monumenta Germaniae historica, Scriptores*, t. XVIII, p. 191).
2. Vraisemblablement, d'après M. Rodenberg, *frater Nicolaus, Cisterciensis ordinis*, qui figure dans plusieurs des pièces précédentes (n. 5918, 5919, 5922, 5927, 5930 et 5932) ; cf. Huillard-Bréholles, *Historia diplomatica Friderici secundi*, t. V, p. 1066, note a. Pour les pièces de la présente série publiées par Huillard-Bréholles, voir les références dans Rodenberg.
3. Cette dernière phrase est, comme le remarque M. Rodenberg, une annotation de Gregorio da Romania.
4. Cette pièce est la seule de cette série qui ne soit pas publiée ou tout au moins indiquée par M. Rodenberg ; elle ne se trouve pas non plus dans les transcriptions de La Porte du Theil. Elle n'a pas été reproduite dans le *Liber Jurium reipub. Genuensis* (*Historiae patriae monumenta*, t. VII et IX). — Plusieurs des personnages mentionnés dans le présent contrat appartiennent à d'illustres familles génoises, les Grimaldi et les Spinola, entre autres, et sont eux-mêmes connus par ailleurs. Dans les *Annales Januenses* contemporaines, publiées dans les *Monumenta Germaniae historica, Scriptores*, t. XVIII, nous rencontrons un *Bovarel* ou *Bovarellus de Grimaldis* (p. 201 et 256), un *Grimaldus Grimaldi* ou *de Grimaldis* (p. 179 et 212), un *Wilielmus Niger Embriacus*, ou *Wilielmus Embriacus* ou *Ebriacus* (p. 175, etc., etc.), un *Lucus de Grimaldo* (p. 238), un *Guillelmus Niger* (p. 196), un *Wilielmus Bos Spinula* (p. 168), un *Nuvellonus de Camilla* (p. 135, etc.), un *Jordanus Richerius* (p. 118 et 176).

sexta parte; Ubertus Bancherius, pro altera sexta parte; Guillelmus Bacarottus de Placentia, pro altera sexta parte; Guillelmus Alfacchinus, pro altera sexta parte; Rainaldus Feliciarius, pro altera sexta parte: omnes ex una parte; et dominus Greg[orius] de Romania, Apostolice Sedis legatus, de mandato et licentia concessa et transmissa a Summo Pontifice, sicut apparet per litteras apostolicas quarum tenor est inferius descriptus[1], nomine et vice Summi Pontificis et Ecclesie Romane, ex alia; super contractu permutationis et cambii celebrandi inter ipsas partes taliter convenerunt et pepigerunt: videlicet quod dictus dominus Greg[orius], nomine et vice Summi Pontificis et Ecclesie Romane, promisit et convenit suprascriptis personis, recipientibus quilibet pro sexta [parte], dare et solvere et tradere in Franciam dictis personis, seu eorum nuntiis vel nuntio illuc destinato vel destinatis, cum litteris dicti domini legati et commun[is] Jan[ue], marc[arum] argenti bonorum sterlinguorum novorum IIII[or] milia in auro vel argento vel pecunia numerata, per se vel dominum episcopum Penestrinum, Apostolice Sedis legatum, vel nuntium seu nuntios Summi Pontificis seu Ecclesie Romane, vel alios quoscumque. Unde supradicte persone, videlicet quilibet eorum pro sexta parte, ex dicta causa permutationis seu cambii promiserunt dicto domino legato, stipulanti nomine et vice Summi Pontificis et Ecclesie Romane, dare et solvere ipsi domino legato, pro predicto Summo Pontifice et Ecclesia Romana, seu aliis nuntiis Summi Pontificis seu Ecclesie Romane ad hoc constitutis, marc[arum] IIII[or] milia argenti sterlinguorum bonorum novorum vel valimentum earum apud Januam: dimid[iam] infra mensem unum postquam supradicti, vel eorum nuntius seu nuntii, istas marcas argenti habuerint et receperint, et aliam dimid[iam] ipsarum marcarum inde ad alium mensem, vel extimationem seu valimentum earumdem marcarum. Que predicta omnia et singula supradicte persone, quisque eorum pro sexta parte, promiserunt attendere, complere et observare dicto domino legato, stipulanti nomine et vice Summi Pontificis et Romane Ecclesie, per predictos terminos. Que si non compleverint et ut supra per omnia non observaverint, duplum extimationis supradictarum marcarum IIII[or] milium et valimenti earumdem ipsi legato, nomine et vice Summi Pontificis et Ecclesie Romane, promiserunt, nomine pene seu pro pena, et ratis manentibus supradictis; et pro ipsa pecunia et

1. La lettre visée ici n'est pas reproduite à la suite de la présente pièce; mais voyez plus haut, n. 5918 et suiv.

ad sic observandum, universa bona sua quisque pro sexta parte ipsi domino legato, nomine Summi Pontificis et Ecclesie Romane, pignori obligarunt; tali pacto quod, pena commissa, liceat ipsi Summo Pontifici et Ecclesie Romane et eorum nuntiis intrare bona illorum que maluerit, et illa capere, et capta tenere pro pena et sorte, sua auctoritate, sine alicujus mag[istr]atu[s][1] decreto. Ad hec, Guillelmus Niger Ebriacus, quantum pro dicto Uberto Bancherio; Luctus de Grimaldo[2], pro Guillelmo Bacarotto de Placentia, pro Grimaldo, patruo suo, pro Rainaldo Feliciano[3]; Otto Adalardus, quantum pro Guillelmo Alfachino et pro Bovarello intercedentes, pro supradictis personis versus dictum dominum legatum, nomine et vice Summi Pontificis et Ecclesie Romane, promiserunt ipsi domino legato, stipulanti nomine et vice predicta, se curaturos et facturos ita quod dicte persone, ut supra per omnia et singula convenerunt et promiserunt, [ea] attendent, complebunt et observabunt, et in nullo contravenient, aut ipsi per se in omnibus et per singula ea attendent aut complebunt. Quod si non fecerint, duplum, nomine pene, extimat[ionis] et valimenti dictarum marcarum ipsi domino legato, stipulanti dicto nomine, promiserunt, ratis manentibus supradictis; pro qua pena et ad sic observandum, omnia bona sua pro predictis partibus pignori obligarunt; et specialiter dictus Guillelmus Niger, domos quasdam positas in Castello, quibus coheret a tribus partibus via, et turrim cum domo, quas fecit levari in Castello; Luctus de Grimaldo, domos et turres quas habet in Catrubio Dricto[4], et aliam que est retro ipsas, quibus coheret an[te]a[5] via, ab una parte domus que fuit Guillelmi Bovis Spinule, superius Guidoctus Guerrus, retro filii Andree Scribe; et domos tres, positas in Canneto, que fuerunt Nocentie, quibus coheret an[te]a via, ab una parte heredes Nuvilonis de Camilla vel ejus uxor, [a] IIII[a][6] [parte] domus Jordani Richerii; item, aliam domum, positam in Hora Cartagenarum, cui coheret an[te]a via, retro Trasenda, [a] III[a] [parte] heredes Symonis de Bulgato[7]; Otto Adelardus[8], specialiter domum

1. *Ms.*: magratu.
2. Sans doute pour *Lucus de Grimaldo* (cf. *supra*, col. 440, note 4).
3. On lit plus haut *Rainaldus Feliciarius*.
4. Pour *Carrubio Dricto*.
5. Ici, comme plus loin, le *Registre* porte: aña.
6. Peut-être pour *III*.
7. Peut-être pour *Symon de Bulgaro*. Un *Symon de Bulgaro* est mentionné, en 1216, comme consul, dans le *Liber Jurium Reipublicae Genuensis*, t. I (1854), col. 579 *a* et 584 *c*.
8. *Sic*; plus haut *Adalardus*.

in qua moratur, positam Janue[1], in contrata Sancti Damiani, cui a I[a] et II[a] et III[a] et IIII[a] [parte] via; item, aliam domum, positam in Platea Longa, cui a tribus partibus via, [a] IIII[a] domus Niccolosi de Orto; item, medietatem domus cujusdam, posite in contrata de Burgo, cui toti an[te]a litus maris, [a] II[a] [parte] Umbronorum[2], [a] III[a] [parte] via. De quibus omnibus ipsi domino legato, dicto nomine recipienti, confitentur se tradidisse poss[essionem] jure pign[oris], constituendo se, ejus nomine, et pro ipso et ab eo, precario, quousque possederint, possidere, dantes ei licentiam apprehendendi corporalem possessionem predictarum rerum, quandocumque ei placuerit; tali pacto quod, pena commissa, liceat ei et Romano Pontifici, seu ejus nuntiis, intrare bona ipsa, sine alicujus mag[ist]ratu[s][3] decreto, sua propria auctoritate, et ea tenere et possidere quamdiu de pena et sorte fuerit satisfactum, ren[untiantes] ben[eficio] nov[e] const[itutionis] de principali primo conveniendo, et omni juri. Actum Janue, in Castello, in palatio archiepiscopi, presentibus magistro Petro de Guarcin[o], domini pape scriptore, domino Guffredo de Carraf[a], preposito Sancte Marie de Vineis, et Henrico, ejusdem ecclesie canonico, Symone Umbron[orum], Ansaldo de Platea, notario, et Horrigo Tascio, testibus rogatis. Idibus novembris. »

5939 [Vers mars 1241[4].]

Potestatem et consilium Januenses rogat et hortatur quatenus, cum episcopus Praenestinus et Otto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, cum praelatis ad concilium properantibus apud Lugdunum convenerint, ad recipiendum legatos et praelatos eosdem cum navibus in loco unde transitus fiat, occurrere festinent. — (Reg. 20, f. 59 [58] r°; ann. XIV, [c. 306]; — Moreau 1193, f. 124; *ibid.*, f. 206; — Rodenberg 805.)

« .. *potestati et consilio Januen[sibus]*. Intelleximus, quod venerabilis frater .. episcopus Penestrinus et dilectus filius nostri O[tto], Sancti Nicolai in Carcere [Tulliano] diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legati, apud Lugdunum cum prelatis ecclesiarum de ultramontanis partibus ad concilium properantibus convenerunt, ad locum ubi pro ipsorum transitu navigium paratum fuerit, quamtocius profecturi. Nos igitur, de vobis tanquam specialibus et predilectis Ecclesie Romane filiis sinceram in Domino fiduciam obtinentes, universitatem vestram rogamus et hortamur attente, mandantes quatenus, sicut honorem Dei et Ecclesie gratiamque Apostolice Sedis et nostram diligitis, ad recipiendum legatos et prelatos eosdem cum galearum et vasorum multitudine [sic] occurrere festinetis, quod eos cum familiis et rebus necessariis eorumdem deferre possitis, auctore Deo, commode ac secure, nosque vestre devotionis affectum et studium debeamus merito in Domino commendare. »

5940 Latran, 15 mars 1241.

Gregorio de Romania, subdiacono et capellano suo, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus, cum ipse papa arbitretur sexdecim galeas et totidem taridas pro praelatis ad concilium deferendis non sufficere, cum consilio patriarchae Hierosolymitani et aliorum de sufficienti navium quantitate provideat. — (Reg. 20, f. 59 [58] r°; ann. XIV, [c. 307.]; — Moreau 1193, f. 124 v°; *ibid.*, f. 201, ex Raynaldo; — Potthast 10998; — Rodenberg 806, I.)

« *G[regorio] de Romania, subdiacono et capellano nostro, Apostolice Sedis legato*. Gratum gerimus et acceptum, sollicitudinis tue studium et circumspectionis industriam in Domino commendantes, quod in commissis tibi Apostolice Sedis negotiis per te hactenus, divina faciente gratia, laudabiliter est processum. Verum, quia sedecim galeas et totidem taridas ad deferendum prelatos et eorum familias ac alios ad concilium accessuros cum rebus sibi necessariis minus sufficere arbitramur, mandamus quatenus, ne predictorum adventum propter defectum vasorum impediri contingat, cum sit melioris cautele in presentis necessitatis articulo in navigio habundare, adhuc, cum consilio venerabilis fratris nostri .. patriarche Jerosolimitani ac aliorum qui sunt apud Januam Ecclesie devotorum, de ea quantitate vasorum que plene sufficiant pro prelatis omnibus et aliis deferendis, sollicite studeas providere. Dat. Laterani, idibus martii, pontificatus nostri anno quartodecimo. »

5941 Latran, 15 mars 1241.

Eidem mandat quatenus, cum « Ecclesie persecutor », id est Fridericus, dictus imperator, viginti quinque galeas praeparari fecerit, de sufficienti galearum multitudine bene muni-

1. Le parchemin est gratté à cet endroit, et *Janue* est le résultat d'une correction.
2. Il manque vraisemblablement un mot à cet endroit. — *Umbronorum* est sans doute pour *Embronorum* (cf. *Liber Jurium Reipublicae Genuensis*, t. II (1857), col. 432 *b*).
3. *Ms.* : magr̄atu.
4. Sur la date probable de cette pièce, voyez Rodenberg, p. 709, note 1.

tarum provideat. — (Reg. 20, f. 59 [58] r°; ann. XIV, [c. 308]; — Rodenberg 806, II.)

« *Eidem*. Cum, sicut accepimus, Ecclesie persecutor viginti quinque galeas preparari fecerit ad impediendum transitum prelatorum, mandamus quatenus de ea multitudine galearum bene munitarum quicquid contingat, non differas providere, quod ad recipiendum prelatos eosdem potenter et viriliter occurratur, ita quod, eis venientibus honorifice ac secure, ante faciem ipsorum insidiatrix adversitas non audeat comparere. Dat. ut supra. »

5942 Latran, 16 août 1241.

Potestatem et consilium Januenses collaudat quod, post moderni casus adversitatem, in altitudine galearum et navium ad ulciscendas Ecclesiae injurias exsurgant, eosque rogat et monet quatenus perseveranter Ecclesiae assistant; eis nuntiat se patriarcham Hierosolymitanum pro Ecclesiae negotiis promovendis ad eos destinare; quem eis commendat. — (Reg. 20, f. 59 [58] r°; [*post* ann. XIV, c. 309[1];] — Moreau 1193, f. 125; — Rodenberg 828.)

« [.. *potestati et consilio Januensibus*[2].] Experte devotionis et —. Sane, receptis nuper litteris vestris[3], earum tenore didicimus quod, etsi moderni casus adversitas gravis doloris aculeos cordibus vestris infixerit, cum nec levis offensa Ecclesie matri vestre posset inferri, quin filialis in vobis lederetur affectus, ex hoc tamen contra ipsius Ecclesie inimicos spiritu accendimini fortiori, exurgentes in altitudine galearum et navibus pluribus aliisque vasis ad ulciscendum graves injurias ab ipsis noviter eidem Ecclesie irrogatas. Super hiis itaque constantiam vestram dignis in Domino efferentes laudibus, ac referentes vobis gratiarum uberes actiones, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatenus sic perseveranter assistatis Ecclesie, sic ad exaltationem ejus indefessa sollicitudine vigiletis, ut, auxilio vobis cooperante celesti, vires adversantium infirmentur et offensorum temeritas manus experiatur ultrices. Et ut celerius et utilius Ecclesie negotia in hac parte valeant, auctore Domino, promoveri, ecce venerabilem fratrem nostrum .. patriarcham Jerosolimitanum, nobis et fratribus nostris merito sue probitatis carum admodum et acceptum, ad vos pro dictis negotiis specialiter destinamus; quem ob reverentiam Apostolice Sedis et nostram, immo potius nos in ipso, suscipientes ilariter et devote, ac honorifice pertractantes, ei in omnibus que super negotiis ipsis vobis ex parte nostra retulerit, plenam fidem adhibere curetis, illa efficaciter, occasione qualibet et dilatione postpositis, adimplendo. Nos enim, Domino concedente, ea studebimus procurare, per que sibi laus, fidei catholice robur et ecclesiastice libertati[1] augmentum proveniant, vestraque civitas honorem et commodum specialiter consequatur. Quicquid autem cum predicto patriarcha super eisdem negotiis duxeritis ordinandum, gratum, dante Domino, habebimus et acceptum. Dat. Laterani, XVII kalendas septembris, anno quintodecimo. »

1. Cette pièce et les deux suivantes, qui appartiennent à la XV° année, ne sont pas de la même main que celles qui précèdent, mais ont été ajoutées après coup au dossier (cf. Rodenberg, p. 724, en tête du n° 824); d'après M. Rodenberg, ces trois pièces auraient été consignées dans le *Registre*, à cette place, après la mort de Grégoire IX, survenue le 22 août; elles ne sont pas rubriquées, les rubriques des pièces précédentes ayant été vraisemblablement faites avant la transcription de ces derniers documents; il y avait sans doute en marge des rubricelles, qui seront tombées sous le couteau du relieur.

2. Cette adresse, comme celle des deux pièces suivantes, est restituée par conjecture.

3. Cf. *infra*, ann. XV, capit. 56.

5943 Latran, 25 juin 1241.

Patriarchae Hierosolymitano mandat quatenus archiepiscopum Januensem, si ecclesiam suam pro pecunia expeditioni negotiorum necessaria obligare nolit, ad id compellat. — (Reg. 20, f. 59 [58] v°; [*post* ann. XIV, c. 310;] — Moreau 1193, f. 126; — Rodenberg 821; — cf. *supra*, n° 5922.)

« [.. *patriarche Jerosolimitano*[2].] Cum, te pro quibusdam arduis Ecclesie Romane negotiis Januam destinantes, venerabili fratri .. archiepiscopo Januensi nostris dederimus litteris in mandatis, ut, plenam tibi super hiis que sibi ex parte nostra dixeris, fidem adhibens, pro pecunia expeditioni negotiorum necessaria eorumdem, quam ei duxeris exprimendam, se ac ecclesiam Januensem non dubitet obligare, nos enim illis quibus eam persolvi debere constiterit, plene de ea satisfieri faciemus, ipsum et ecclesiam suam super obligatione hujusmodi conservantes indempnes: mandamus quatenus, si dictus archiepiscopus mandatum

1. *Ms.* : libertatis.

2. Cette adresse est, comme la précédente, rétablie par conjecture; elle ressort du texte même de la pièce qui précède immédiatement (n° 5942). — Cette pièce n'est pas numérotée dans le *Registre*, non plus que la suivante; le dernier numéro de la série est le numéro 309, qui se rapporte à la pièce précédente.

nostrum neglexerit adimplere, tu eum ad id auctoritate nostra, appellatione remota, compellas. Dat. Laterani, VII kalendas julii, anno quintodecimo. »

5944. — In eundem fere modum scriptum est super hoc *eidem archiepiscopo* [*Januensi*].

5945. — In eundem modum *capitulo Januensi*.

5946. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Fructuosi, Januensis diocesis*.

5947. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Syri Januensis*.

5948. — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Barthol*[*omei*] *de Fossato, Januensis diocesis*.

5949 — In eundem modum .. *abbati et conventui Sancti Stephani Januensis*[1].

1. Ce dernier *In eundem modum* a été omis par Rodenberg.

5950 Latran, 25 juin 1241.

Eidem obligandi Romanam Ecclesiam pro pecunia expeditioni negotiorum necessaria potestatem concedit. — (Reg. 20, f. 59 [58] v°; [*post* ann. XIV, c. 311[1];] — Moreau 1193, f. 126 v°; — Rodenberg 825.)

« [*Eidem*.] Ut negotium tibi commissum facilius et melius valeat expediri, obligandi Romanam Ecclesiam pro pecunia necessaria expeditioni negotiorum ipsorum, liberam tibi, de fratrum nostrorum consilio, concedimus potestatem. Dat. ut supra. »

5951. — Scriptum est super hoc .. *potestati et consilio Januen*[*sibus*].

1. Cette pièce, non plus que la précédente, ne porte de numéro dans le *Registre*.

INCIPIT REGESTUM

DOMINI GREGORII PAPE NONI

ANNO QUINTODECIMO

5952 Latran, 23 mars 1241.

Episcopo Laudunensi, — coram ipso papa proponenti quod, si quando aliqui religiosi, clerici vel laici in Laudunensi civitate vel dioecesi aliquas capellas seu oratoria fundare intendant, et ad ipsius episcopi consilium sufficientes eis redditus assignare, rectores et patroni ecclesiarum parochialium infra quarum fines debeant construi capellae et oratoria supradicta, impedire praesumunt quominus id fiat, quanquam provideatur ne per hoc aliquid eis in posterum praejudicium generetur, — mandat quatenus eosdem rectores et patronos a tali impedimento compescat. — (Reg. 20, f. 63 r°; ann. XV, c. 1; — Moreau 1193, f. 256.)

« .. *episcopo Laudunensi.* Ex parte tua —. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

5953 Latran, 23 mars 1241.

Fratribus domus hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum de Accon, — quibus, litigantibus cum magistro et fratribus hospitalis Hierosolymitani super obedientia a praedictis fratribus Sanctae Mariae magistro praedictorum Hierosolymitanorum debita, sicut iidem Hierosolymitani, vel non debita, sicut iidem fratres Sanctae Mariae asserebant, festum dedicationis beati Michaelis praeteritum ipse papa terminum praefixerat, quo apostolico conspectui se praesentarent, et qui proposuerant quod, cum ipsorum magister esset defunctus, non tenebantur, ipsorum domo vacante, eisdem magistro et fratribus Hierosolymitanis respondere, etsi scienter in praecedentibus litteris apostolicis citatoriis de eadem re datis praedictus ipsorum magister, qui, tempore quo emanaverant a Sede Apostolica eaedem litterae, adhuc vivebat, omissus fuerit, — mandat quatenus usque ad festum beati Andreae apostoli proximo venturum, quod pro peremptorio termino eis praefigit, per procuratorem, sive magistrum habuerint, sive non, coram ipso papa compareant, praefatis magistro et fratribus hospitalis Hierosolymitani super facto obedientiae responsuri. — (Reg. 20, f. 63 r°; ann. XV, c. 2; — J. Delaville Le Roulx, *Cartulaire général de l'Ordre des Hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem*, t. II, p. 587, n° 2270; — cf. Potthast 10839.)

« *Fratribus domus hospitalis Sancte Marie Teutonicorum in Accon.* Olim dilectis filiis —. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

5954 Latran, 24 mars 1241.

Episcopo Placentino, nec non thesaurario et magistro scholarum Zamorensibus mandat quatenus causas exortas inter episcopum Cauriensem, ex una parte, et magistrum fratresque de Alcantara, Calatravensis militiae, ex altera, super multis injuriis quas iidem magister et fratres praedicto epis-

copo et ecclesiae Cauriensi dicebantur intulisse, judicio vel concordia, si de partium voluntate processerit, terminent; alioquin easdem sufficienter instructas ad examen apostolicum remittant, praefixo partibus termino peremptorio, quo apostolico conspectui se praesentent; non obstante constitutione de duabus dietis, « dummodo ultra tertiam vel quartam pars » altera extra suam dioecesim » non trahatur. — (Reg. 20, f. 63 v°; ann. XV, c. 3.)

« .. *episcopo Placentino, .. thesaurario et .. magistro scolarum Zamorrensibus.* Venerabilis frater noster .. episcopus Cauriensis in nostra proposuit presentia constitutus quod .. magister et fratres de Alcantara, Calatravensis militie, qui se Cist[erciensis] ord[inis] profitentur, sue diocesis, in de Mascoras, Alcantara et Portezolo ac quibusdam aliis ecclesiis lege sibi diocesana subjectis, per eum auctoritate ordinaria, exigente justitia, ecclesiastico suppositis interdicto, per capellanos et fratres suos divina facientes officia celebrari, et in eis excommunicatos rationabiliter ab eodem temere admittentes, presumunt ipsis sacramenta ecclesiastica ministrare, ac vassallis eorum ne in causis spiritualibus, prout tenentur, ipsius judicium adeant, temeritate propria interdicunt, in ejus prejudicium, animarum suarum periculum et scandalum plurimorum. Iidem quoque, privilegiis et indulgentiis sibi ab Apostolica Sede concessis temere abutentes, de possessionibus post generale concilium acquisitis decimas ei debitas solvere contradicunt; ac, tertias pontificales predictarum et de Moralegia ecclesiarum, et de cunctis locis in quibus ipsi obtinent dominium temporale in diocesi Cauriensi, per violentiam occupantes, ipsum episcopum cathedraticis, procurationibus et aliis juribus episcopalibus contra justitiam spoliarunt, debita ei obedientia et reverentia denegata; et, inconsulto Cauriensi episcopo, quoddam monasterium in villa de Alcantara, dicte diocesis, construxerunt; cujus monasterii prior ab eis de facto ibi postmodum institutus, contempnit sibi obedientiam et reverentiam debitam exhibere. Demum vero dicti magister et fratres bone memorie G[erardum][1], predecessorem suum, et homines ejus de castro Ceclavin, quod construxerat et inhabitari fecerat, per violentiam ejecerunt; nec hiis contenti, decimas ad ejusdem diocesis ecclesias pertinentes, eo irrequisito de manibus laicorum redemptas, illicite detinentes, quominus clericos in Ceclavin et Alcantara[1], et in termino Sancti Johannis de Mascoras et quibusdam aliis ecclesiis, prout ad eum pertinet, instituere ac destituere valeat, impediunt minus juste; super juribus episcopalibus ville de Valentia et rebus aliis injuriando eidem, quamquam super hoc inita compositio fuerit inter eos. Cum igitur super premissis et aliis diversis articulis diverse ad diversos judices hinc inde a Sede Apostolica littere sint obtente, per quas fere nullus habitus est processus, et timeat ne, faciente alterius partis malitia, cause hujusmodi, que, propter cavillationes ipsius partis, diutius sunt protracte, fiant penitus immortales, super hoc sibi et indempnitati ecclesie sue a nobis petiit salubriter provideri —. Dat. Laterani, VIIII kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

1. D'après Gams, *Series episcoporum*, p. 29, ce Gerardus se placerait entre Arnold. I (1176-[1224 ?]) et Sanctius (1225 ?), et son court épiscopat occuperait ainsi seulement quelques mois des années 1224 et 1225; Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi*, t. I, p. 185, ne fait commencer sa liste des évêques de Coria qu'avec Sanctius (1225, 1230).

1. Le manuscrit porte ici *Alcantera*.

5955 Latran, 26 mars 1241.

Archiepiscopo Arelatensi mandat quatenus Cavellicensi et Tricastrino episcopis, nec non praeposito ecclesiae Insulanae ac quibusdam aliis clericis per comitem Tholosanum ejusque fautores a propriis ecclesiis expulsis et indigentibus, qui, necessitate coacti, ad ipsum archiepiscopum habuerant recursum, faciat ab aliquibus ecclesiis Arelatensis provinciae necessaria ministrari. — (Reg. 20, f. 63 v°; ann. XV, c. 4; — Moreau 1193, f. 258.)

« .. *archiepiscopo Arelatensi.* Licet de indigentibus —. Dat. Laterani, VII kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

5956 Latran, 30 mars 1241.

Exoniensi et Herefordiensi episcopis et abbati Sancti E[a]dmundi, Norwicensis dioecesis, mandat quatenus, — non obstante quadam compositione, super qua observanda hinc inde praestitum fuerat juramentum, quae inter Bathoniensem episcopum, ex una parte, et monachos, a tempore ejusdem compositionis, ut dicebatur, defunctos, monasterii Glastoniensis, Bathoniensis dioecesis, ex altera, intervenerat, super jure patronatus quod idem episcopus in eodem monasterio se habere dicebat, nec non super maneriis et quibusdam aliis rebus, ex qua compositione idem monasterium enormiter laedebatur, — super quaestione inter partes suborta et omnibus ad eam pertinentibus, per ejusdem monasterii monachos et alios fide dignos inquirant veritatem; quicquid inve-

nerint, ipsi papae rescribant, et eidem episcopo nec non abbati conventuique praedicti monasterii peremptorium terminum competentem assignent, quo per procuratores apostolico conspectui se praesentent. — (Reg. 20, f. 64 r°; ann. XV, c. 5; — cf. *supra*, n° 5395.)

« .. *Exoniensi et* [..] *Hereford*[*i*]*ensi episcopis, et .. abbati Sancti Edmundi, Norwicensis diocesis.* Ex parte dilectorum —. Dat. Laterani, III kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

5957 Latran, 27 mars 1241.

Magistro Guidoni, physico, canonico Aretino, indulget ut ecclesiam de Wildenemoron., Lincolniensis dioecesis, quam idem Guido auctoritate apostolica se proponebat fuisse adeptum, et ecclesiam de Denekastre (= Doncaster), Eboracensis dioecesis, ipsi Guidoni, ut idem asserebat, ab O[ttone], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, collatam, quae ecclesiae curam animarum habebant, possit una cum canonicatu ecclesiae Aretinae retinere, ita tamen quod in praedictarum ecclesiarum qualibet per idoneos vicarios faciat deserviri. — (Reg. 20, f. 64 r°; ann. XV, c. 6; — *omisit* Bliss.)

« *Magistro Guidoni, phisico, canonico Aretino.* Licet ad refrenandas —. Dat. Laterani, VI kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

5958 Latran, 3 avril 1241.

Pari de Asisio ejusque filiis, fidelibus suis, scribit : « Fi-
» dem et devotionem quam ad nos et Sacrosanctam Roma-
» nam Ecclesiam, matrem vestram, habere noscimini, atten-
» dentes, redditus quos in Moran[o], Lancean[o] et Vaccaria,
» Nucerinae dioecesis, eadem Ecclesia obtinere dinoscitur,
» vobis usque ad beneplacitum nostrum de speciali gratia
» duximus concedendos. » — (Reg. 20, f. 64 r°; ann. XV, c. 7.)

« *Nobili viro Pari de Asisio et natis ejus, fidelibus nostris.* Fidem et devotionem —. Dat. Laterani, III nonas aprilis, anno quintodecimo. »

5959 Latran, 26 mars 1241.

Episcopo Norwicensi scribit de tribus clericis priori Norwicensi, cujus obsequiis insistebant, in consiliis opportunis, et moribus ac scientia commendatis, quorum quilibet, receptis tribus beneficiis curam animarum habentibus, seu personatibus, ea contra concilii generalis constitutionem detinebat; ei mandat quatenus, « beneficiis et personatibus ipsis libere
» a predictis clericis resignatis, retentis dumtaxat ultimis,
» ac satisfacto ab eisdem clericis ecclesiis a quibus eadem »
perceperint, nec non praefatis clericis pro eo quod dicta beneficia seu personatus detinuerint illicite, injuncta paenitentia, eaque peracta, cum ipsis postmodum dispenset. — (Reg. 20, f. 64 r°; ann. XV, c. 8.)

« .. *episcopo Norwicensi.* Dilectus filius .. prior —. Dat. Laterani, VII kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

5960 Latran, 9 avril 1241.

Episcopo Majoricarum, P[etri], domini regni Majoricarum, supplicationibus annuens, — quod regnum, « ultra longas
» distantias maris inter fauces hostium crucis Christi posi-
» tum », defensionibus indigebat et subsidiis, — mandat quatenus ejusdem regni hominibus facultatem tribuat, tempore quo guerra inter Christianos et Sarracenos non fuerit, mercimonia sua, « exceptis armis, ferro et aliis quibus posset
» Christianus populus impugnari », Sarracenis in remotis partibus habitantibus vendendi seu commutandi. — (Reg. 20, f. 64 v°; ann. XV, c. 9; — Moreau 1193, f. 262.)

« .. *episcopo Majoricarum.* Nobilis vir P. —. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno quintodecimo. »

5961 Latran, 10 avril 1241.

Abbati Villae Longae, Carcassonensis dioecesis, nec non et Sanctae Mariae Rupis Amatoris, Caturcensis dioecesis, et Sanctae Mariae Carcassonensis prioribus mandat quatenus quosdam decimas ecclesiarum ad monasterium Moysiacense spectantium illicite detinentes, cogant ut permittant a praefatis ecclesiis praedictas decimas percipi. — (Reg. 20, f. 64 v°; ann. XV, c. 10; — Moreau 1193, f. 265.)

« .. *abbati Ville Longe, et .. Sancte Marie Rupis Amatoris. Carcasonensis et Caturcensis diocesum, et .. Sancte Marie Carcasonensis prioribus.* Dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Moysiacensis, Cluniacensis ordinis, nobis significare curarunt quod, cum nonnulli laici decimas ecclesiarum spectantium ad monasterium ipsum aut prioratus pleno jure monasterio subjectos eidem, illicite detinerent, venerabilis frater noster .. episcopus Tolosanus, in cujus diocesi ecclesie predicte consistunt, .. abbas de Manso prope Verdunum et quidam alii clerici civitatis et diocesis Tolosane, decimas ipsas, sine ipsorum abbatis et conventus assensu, de

predictorum laicorum acquirentes manibus et alias etiam usurpantes, eas jamdictis ecclesiis restituere contradicunt, quamvis prescriptione vel alia exceptione legitima non valeant se tueri; super quo cum contra illos iidem abbas et conventus nequeant, sicut asserunt, litigare, subveniri sibi per Sedem Apostolicam petierunt. Volentes igitur, prout ex officio nostro tenemur, ecclesiarum indempnitatibus precavere, mandamus quatenus detentores hujusmodi decimarum ut ecclesiis ad quas spectant, restituentes eis pretium quod dederunt, decimas ipsas libere permittant percipere, monitione premissa, auctoritate nostra, sublato appellationis impedimento, previa ratione, cogatis; non obstante quod quidam priores et monachi dicto monasterio pleno jure subjecti absque dictorum abbatis et conventus assensu super hiis compositiones temerarias, in grave ipsius monasterii prejudicium et jacturam, cum prefatis detentoribus inierunt, nec obstantibus aliquibus litteris veritati et justitie prejudicantibus a Sede Apostolica impetratis, aut constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam extra suam diocesim auctoritate presentium aliqui non trahantur. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, IIII idus aprilis, anno quintodecimo. »

5962 Latran, 9 avril 1241.

Episcopo, decano et capitulo Autisiodorensibus iterum mandat quatenus Joczelinum de Blankefort., ipsius papae subdiaconum, canonicum Nivernensem, in fratrem et canonicum admittant eique praebendam conferant; quod si de jure suo confidunt, per idoneum procuratorem apostolico conspectui se praesentent, ostenturi quamobrem id fieri non debeat vel nequeat. — (Reg. 20, f. 61 v°; ann. XV, c. 11; — Moreau 1193, f. 260.)

« .. *episcopo, .. decano et capitulo Autisiodorensibus.* Attendentes olim donum scientie, honestatem morum et nobilitatem generis super quibus dilecto filio Joczelino de Blankefort., subdiacono nostro, canonico Nivernensi, testimonium laudabile perhibetur, vobis preces porreximus et mandatum, ut ipsum, non obstante statuto de certo canonicorum numero, juramento seu quacumque alia firmitate vallato, vel si esset aliis de mandato nostro in ecclesia vestra provisum, reciperetis in canonicum et in fratrem, eique prebendam, si tunc vacabat ibidem, vel quam cito se facultas offerret, liberaliter conferretis, .. archidiacono Graciacensi sibi super hoc monitore concesso, nobis nichilominus prebendam primo in ipsa ecclesia vacaturam nostre donationi servantibus eidem canonico conferendam, ac decernentibus irritum et inane, si quid de ipsa contra mandatum nostrum contingeret attemptari. Sed vos, tam precibus et mandatis nostris quam ipsius monitoris monitis penitus obauditis, quamquam tu, frater episcope, duas prebendas vacantes postmodum contulisses, quod mandavimus, efficere non curastis, sicut idem canonicus in nostra proposuit presentia constitutus et ejusdem monitoris littere nobis exhibite continebant. Et, ut ipsum fatigaretis laboribus et expensis ac gratie nostre impediretis effectum, quasdam a nobis ad venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Senonensem contra eum dicimini litteras impetrasse; quarum auctoritate cum dictus archiepiscopus eundem ut personaliter ad presentiam suam accederet, citavisset, ipse, considerans quod ex hoc non nisi labor et dolor imminebant eidem, interjecto appellationis obstaculo, duxit ad Apostolice Sedis providentiam recurrendum, nobis humiliter supplicans ut finem suis laboribus imponere curaremus, faciendo eum fructu facte sibi a nobis gratie non fraudari. Ejus itaque laboribus et expensis paterno compatientes affectu, et cupientes ut nostra gratia ei fructuosa sit, non dampnosa, universitatem vestram iterato rogandam duximus et monendam, ac per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus quatenus, directis ad prefatum archiepiscopum litteris non obstantibus, predictum subdiaconum, juxta primi mandati nostri tenorem, in fratrem et canonicum admittatis, et, sibi prebendam conferentes eandem, permittatis ipsum hujusmodi canonicatus et prebende pacifica possessione gaudere. Alioquin, si de jure vestro confiditis, per procuratorem idoneum nostro vos conspectui presentetis, ostenturi quare id fieri non debeat vel non possit. Nos enim damus dilecto filio .. archidiacono Sicaloniensi, Bituricensis diocesis, nostris litteris in mandatis, ut vos ad alterum predictorum, monitione premissa, si opus fuerit, auctoritate nostra, sublato appellationis impedimento, compellat. Dat. Laterani, V idus aprilis, anno quintodecimo. »

5963 Latran, 10 avril 1241.

Abbatissae ac conventui monasterii Jotrensis, ordinis sancti Benedicti, Meldensis dioecesis, quarum monasterium, ad Romanam Ecclesiam nullo mediante pertinens, « ex provi» sione quorundam clericorum et unius quondam Judee ad » fidem converse de mandato » apostolico plurimum fuerat gravatum, indulget ut nulli de cetero teneantur per apostolicas litteras providere, quae de praesenti indulgentia plenam

mentionem non fecerint. — (Reg. 20, f. 65 r°; ann. XV, c. 12.)

« .. *abbatisse ac conventui monasterii Jotrensis, ordinis sancti Benedicti, Meldensis diocesis.* Religionis in qua —. Dat. Laterani, IIII idus aprilis, anno quintodecimo. »

5964 Latran, 28 mars 1241.

Episcopo Placentino, qui, a nonnullis de capitulo Placentino in episcopum suum electus, absque confirmatione apostolica administrationi bonorum Placentinae ecclesiae se ingesserat et jam per septem annos et amplius eidem ecclesiae praefuerat, pontificalia laudabiliter exercendo, significat se confirmare sententiam qua Robertus, Sancti Eustachii diaconus cardinalis, Martinum Johannis, canonicum Placentinum, capituli Placentini procuratorem, petentem ipsum episcopum ab administratione ejusdem ecclesiae amoveri, pronuntiaverat non esse super illa petitione audiendum. — (Reg. 20, f. 65 r°; ann. XV, c. 13.)

« .. *episcopo Placentino*[1]. Coram dilecto filio nostro R[oberto], Sancti Eustachii diacono cardinali, a nobis auditore concesso, te ac Martino Johannis, canonico Placentino, qui, suo et capituli Placentini nomine, quorum erat procurator, contra te ad Apostolicam Sedem accesserat, constitutis, Martinus proposuit supradictus quod, ecclesia Placentina pastoris solacio destituta, Egidius quondam decanus, B. archidiaconus, Michael Munionis, Garsias[2], Matheus Dominicus major domus, Dominicus Rami, Bulliens, canonici, Clemens, Martinus Petri et magister Raimundus, portionarii ejusdem ecclesie, convenientes extra ecclesiam et etiam extra capitulum, prefatis decano et archidiacono ac Bullienti canonico potestatem providendi eidem ecclesie de persona idonea contulerunt, quibusdam canonicis et portionariis ipsius ecclesie vocem in electione habentibus, qui vocari debebant et poterant, non vocatis. Predicti vero decanus, archidiaconus et B[ulliens] canonicus te, tunc temporis Bononie studio insistentem, in pastorem suum et episcopum elegerunt. Cum autem hujusmodi esset tibi electio presentata, tu, ad frugem vite melioris aspirans et electioni non consentiens de te facte, te ad fratrum Predicatorum ordinem transtulisti. Tandem, redeuntibus nuntiis qui pro assensu tuo transmissi fuerant, et aliis sub nomine capituli ad te postulandum a nobis ad Sedem Apostolicam destinatis, cum nos petitioni eorum non dedissemus assensum, dicti decanus, archidiaconus, cantor, thesaurarius, Bulliens et magister Raimundus, preter conscientias aliorum, te ad eandem ecclesiam adduxerunt, ac tu, nondum confirmatione obtenta, te amministrationi bonorum jamdicte ecclesie ingessisti. Quare dictus petiit procurator te ab amministratione ipsius ecclesie amoveri, et quod de te sic presumptum fuerat, cassari seu cassum et irritum nuntiari; te in contrarium proponente quod, cum jam per septem annos et amplius memorate ecclesie prefuisses, pontificalia, prout dedit tibi Dominus, laudabiliter exercendo, et decanus ac capitulum supradicti, qui tibi obedientiam et reverentiam tanquam suo episcopo prestiterunt, tanto tempore tacuissent, nichil contra te penitus proponentes, non erant contra te aliquatenus audiendi. Idem vero cardinalis, auditis hinc inde propositis, ac nobis et fratribus nostris fideliter recitatis, de mandato nostro et fratrum consilio pronuntiavit sententialiter eundem procuratorem, suo et predictorum nomine, non esse super petitione hujusmodi audiendum, sibi et ipsi capitulo super hoc silentium imponendo. Nos igitur, quod super hoc ab eodem cardinali factum est, ratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Dat. Laterani, V kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

1. Il s'agit ici d'Adam Perez de Cuenca, évêque de *Plasencia* (Espagne), et non, comme le suppose Eubel, qui cite cette bulle (*Hierarchia catholica medii aevi*, t. I, p. 421, note 2), d'un évêque de *Piacenza* (Italie). Les dates s'accordent mieux avec l'interprétation *Plasencia*; d'ailleurs certains des noms que nous rencontrons dans la présente pièce : Munio, Garsias, Dominicus, Raimundus, sont bien plutôt des noms espagnols que des noms italiens.

2. Il y a lieu, semble-t-il, de suppléer ici, après *Michael Munionis*, le mot *cantor*, et après *Garsias*, le mot *thesaurarius*; en effet, on lit un peu plus loin : « *dicti* decanus, archidiaconus, *cantor*, *thesaurarius*, Bulliens... »; or il n'a été jusque-là fait mention expressément d'aucun *cantor* ni d'aucun *thesaurarius*, et, d'autre part, *Michael Munionis* et *Garsias* sont les seuls personnages dont la dignité dans le chapitre ne soit pas indiquée dans ce passage.

5965 Latran, 28 mars 1241.

« In eundem fere modum *capitulo Placentino* etc., usque : ratum habentes. [Eis mandat quatenus eidem episcopo obedientiam et reverentiam debitam exhibeant.] Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 65 r°.)

5966 Latran, 12 avril 1241.

Magistro Hugoni de Caprosia et Petro dicto Juveni, cano-

nicis Parisiensibus, significat se sententiam excommunicationis a bonae memoriae Remensi archiepiscopo promulgatam in quosdam Catalaunenses canonicos qui Gaufredo de Grandi Prato, Catalaunensi electo, non obediebant, denuntiasse esse nullam, eisque mandat quatenus, si aliqua de proventibus praebendarum praedictorum canonicorum invenerint, ejusdem sententiae occasione, ablata vel subtracta, eisdem canonicis super hoc satisfieri faciant. — (Reg. 20, f. 65 r°; ann. XV, c. 14; — Moreau 1193, f. 275; — cf. *supra*, n° 5206.)

« *Magistro Hugoni de Caprosia et Petro dicto Juveni, canonicis Parisiensibus.* Cum, vacante Cathalaunensi ecclesia, et G[aufredo] de Grandi Prato in ejusdem ecclesie pastorem electo, ac electionis ipsius pendente negotio coram venerabili fratre nostro .. Meldensi episcopo ejusque collegis a Sede Apostolica delegatis, bone memorie .. Remensis archiepiscopus, loci metropolitanus, in G. de Ponjeio[1], G. de Vandopera[2], N. de Eligniaco[3], J. de Gaudegniaco, Hugonem de Magduno et N. de Malquieriis, canonicos Cathalaunenses, et participantes eisdem fecerit auctoritate propria, de facto, cum de jure non posset, per .. abbatem de Castriciis et collegam ejus, quia non obediebant ipsi electo, excommunicationis sententiam promulgari : nos tandem, revocato ad Apostolicam Sedem ipso negotio et partibus in nostra presentia constitutis, eandem sententiam excommunicationis denuntiavimus esse nullam. Ideoque mandamus quatenus, quod a nobis super hoc factum est, ubi expedire videritis, publicantes, si, occasione ipsius sententie, aliqua de proventibus prebendarum suarum ablata inveneritis vel subtracta, ipsis exinde satisfieri faciatis. Contradictores etc. Quod si non ambo etc. Dat. Laterani, II idus aprilis, anno quintodecimo. »

5967 Latran, 23 mars 1241.

Episcopo Cauriensi, cujus dioecesis terris Sarracenorum erat contigua, concedit ut omnibus vere paenitentibus et confessis, qui cum ipso episcopo adversus eosdem Sarracenos personaliter pugnarint aut pugnantes expensis adjuvarint, unius anni indulgentiam, his vero qui in hoc labore decesserint, omnium peccatorum suorum veniam valeat elargiri. — (Reg. 20, f. 65 v°; ann. XV, c. 15 ; — Moreau 1193, f. 257.)

« .. *episcopo Cauriensi.* Ex injuncte nobis —. Gratias igitur exhibemus gratiarum omnium largitori, qui, per predecessorum tuorum, tuum ac aliorum fidelium Christi ministerium propriam causam gerens, quamplures terras diu ab impiis Agarenis detentas cultui restituit Christiano, alias, sicut confidimus et speramus, ad gloriam sui nominis et dilatationem generalis Ecclesie largiturus. Quia vero interest nostra ut omne quod in hoc possumus, consilium impendamus, intellecto, te nobis humiliter exponente, quod episcopatus tuus terris Sarracenorum sit contiguus et conjunctus, ac per hoc, cum frequenter invadatur et devastetur ab eis, te oporteat conatibus ipsorum resistere, ac loca que detinent, labores eripere de manibus eorumdem : nos, tuis supplicationibus inclinati, ut fideles Christi quasi quibusdam illectivis premiis, indulgentiis videlicet et remissionibus, inducantur ad prelium Domini preliandum, presentium tibi auctoritate concedimus ut omnibus vere penitentibus et confessis tecum laborem istum in propriis personis subeuntibus et expensis, qui in hoc labore decesserint, omnium peccatorum suorum veniam, reliquis vero unius anni de injuncta sibi penitentia indulgentiam valeas elargiri. Nulli ergo —. Si quis autem etc. Dat. Laterani, X kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

5968 Latran, 11 avril 1241.

Archiepiscopo Januensi [et ejus subditis ?][1] scribit : « Cum, » sicut ex vestra relatione accepimus, pro negotiis Ecclesie » Romane nimium fueritis ex frequentibus procurationibus » legatorum et nuntiorum ipsius, maxime isto tempore[2], » aggravati, nos, vestris supplicationibus annuentes, auctoritate vobis presentium indulgemus ut usque ad triennium » inviti non teneamini ejusdem Ecclesie legatos et nuntios, » nisi speciale mandatum super hoc per litteras nostras » vobis ostenderint, que de indulgentia hujusmodi expressam mentionem faciant, procurare. » — (Reg. 20, f. 65 v°; ann. XV, c. 16.)

« .. *archiepiscopo Januensi* [*et ejus subditis?*]. Illorum

1. Le même personnage, selon toute vraisemblance, que le *Guido de Pugiaco, canonicus Cathalaunensis*, de la pièce 4119 et, plus loin, de la pièce 5974 (*Ponjeium*, *Pugiacum*, Pougy, département de l'Aube).

2. Ce personnage est sans doute le *Guido de Vendopera, Cathalaunensis canonicus*, qui figure dans la pièce 4506.

3. *Ms. :* Eligmaco.

1. Du texte même de cette bulle, il ressort que l'adresse est ou erronée ou tout au moins incomplète. L'adresse donnée dans la table des *capitula* est la même que celle qu'on lit dans le corps du *Registre*, c'est-à-dire : *archiepiscopo Januensi* (sans plus).

2. Cf. *supra*, n. 5918 et suiv.

honestis petitionibus —. Dat. Laterani, III idus aprilis, anno quintodecimo. »

5969 Latran, 8 avril 1211.

Comitissae Barri Ducis, Tullensis dioecesis, significat se inhibere ne quis in tenimentis Sancti Michaelis et quorundam aliorum monasteriorum quae sub ipsius comitissae, nec non comitis Barrensis qui pro tempore fuerit, custodia et defensione consistant, castrum vel munitionem, in ipsius comitissae et praedictorum monasteriorum praejudicium, de novo construat. — (Reg. 20, f. 65 v°; ann. XV, c. 17.)

« *Nobili mulieri .. comitisse Barri Ducis, Tullensis diocesis.* Suscepti cura regiminis —. Dat. Laterani, VI idus aprilis, anno quintodecimo. »

5970 Latran, 13 avril 1211.

Episcopo et cantori Vicensibus, et Ferrario de Lauro, archidiacono Barchinonensi, mandat quatenus denuntient B. de Locustaria, P. de Cistella, G. Gaufridi et alios presbyteros canonicos ecclesiae Gerundensis non teneri ad observandum quoddam arbitrium quo Gerundensis episcopus et ejus collegae declaraverant eosdem presbyteros non esse canonicos Gerundenses; cujus arbitrii occasione capitulum Gerundense eisdem presbyteris, aliquo eorum in scholis immorante, aureos qui quolibet mense canonicis ejusdem ecclesiae in litteris studentibus debebant exhiberi, subtrahebat; partes, id est praefatos presbyteros canonicos, ex parte una, et praefatum capitulum Gerundense, ex altera, convocent, et inter eas quod justum viderint, statuant. — (Reg. 20, f. 65 v°; ann. XV, c. 18.)

« .. *episcopo et .. cantori Vicen*[*sibus*], *et Ferrario de Lauro, archidiacono Barchinonensi.* Ex parte B. de Locustaria, P. de Cistella, G. Gaufridi et aliorum presbiterorum canonicorum Gerundensis ecclesie nobis extitit intimatum quod, cum de antiqua institutione ejusdem ecclesie habeatur, ut canonicis ipsius ecclesie in scientia litterarum studentibus, quolibet mense de bonis communibus ejusdem ecclesie unus aureus debeat exhiberi : eisdem, nomine G. de Turno, eorum concanonici, in canonico jure studentis, a personis et aliis ecclesie predicte canonicis aureum ipsum petentibus, nuper capitulum Gerundense, asserentes dictos presbiteros ea ratione non esse canonicos Gerundenses, quod quidam ipsorum presbiterorum per episcopum Gerundensem, quidam vero per personas easdem ex antiqua et approbata consuetudine, non requisito consensu capituli, in ecclesia instituuntur eadem, et quod non nisi nobiles in canonicos recipiantur in ecclesia supradicta, predictum aureum prefato G. de Turno, disciplinis scolasticis insistenti, contra justitiam, pro sue voluntatis arbitrio, subtraxerunt. Propter quod inter capitulum, ex parte una, et eosdem presbiteros, ex altera, questione suborta, hinc inde [in] venerabilem fratrem nostrum .. Gerundensem episcopum et suos collegas, hoc acto specialiter, ne posset a partibus appellari, simpliciter et absque pena extitit compromissum. Coram quibus fuit ex dictorum presbiterorum parte propositum quod ex antiqua institutione ipsius ecclesie, usque ad moderna tempora irrefragabiliter observata, in ea certus numerus presbiterorum habetur, qui, canonici nuncupati et ad majoris altaris deputati servitium, tam in electionibus episcopi et canonicorum quam in communibus capituli tractatibus tanquam canonici hactenus sunt admissi, et de communibus proventibus ejusdem ecclesie ipsorum singuli canonicales percipiunt portiones, ac, nulla inter ipsos et alios ejusdem ecclesie canonicos habita differentia, in instrumentis publicis sicut ceteri canonici subscribentes, tam ab episcopis quam ceteris personis in testamentis et in instrumentis aliis publicis canonici sunt vocati, et in omnibus requiruntur et admittuntur, cum capitulum fuerit celebrandum. Iidem quoque arbitri, rationibus utriusque partis auditis, non rationis judicium sed arbitrium sequentes proprie voluntatis, sic pronuntiando sententialiter declararunt eosdem presbiteros non esse canonicos Gerundenses, sed in episcoporum electionibus jus habere, et prepositluras tenere ac interesse posse capituli tractatibus universis. Ex quorum declaratione ipsi videntes sibi et ecclesie predicte grave prejudicium generari, et derogari juri eorum, protinus arbitrio declarationis hujusmodi contradicere curaverunt. Sed prefatum capitulum, occasione hujusmodi, dictos aureos eisdem presbiteris, cum aliquem eorum in scolis immorari contingit, contra prefatam institutionem subtrahunt, et alias[1] ipsos in jure suo multipliciter contra justitiam molestare presumunt, licet, ipsis presbiteris continue deservientibus in ecclesia supradicta, ceteri canonici, raro interesse horis canonicis procurantes, ad sacerdotium promoveri contempnant; propter quod Gerundensis ecclesia divinis officiis non modicum defraudatur. Quare iidem presbiteri nobis humiliter supplicarunt ut super hiis ipsis et eidem ecclesie curaremus de benignitate Sedis Apostolice providere. Quocirca mandamus quatenus, si res ita se habet, denuntiantes dictos presbiteros, auctori-

1. *Ms.* : alios.

tate nostra, sublato appellationis obstaculo, ad observandum super hoc prefatum arbitrium seu declarationem hujusmodi non teneri, par[tibus] convoc[atis] etc., usque : statuatis ; facientes etc. Testes etc. Quod si non omnes etc., duo etc. Dat. Laterani, idibus aprilis, anno quintodecimo. »

5971 Latran, 15 avril 1241.

Abbati monasterii Glastoniae (= Glastonbury), ordinis sancti Benedicti, Bathoniensis dioecesis, — cujus praedecessori et ejusdem successoribus Honorius [III] papa usum mitrae et anuli infra septa ejusdem monasterii, et in legatorum archiepiscoporumque consiliis et synodis episcoporum concesserat, — significat se, regis Angliae et ipsius abbatis supplicationibus annuendo, indulgere ut ipse abbas et ipsius successores praedictis mitra et anulo alibi etiam, videlicet ubicumque rex praefatus praesens extiterit et ubicumque fuerint abbates Angliae quibus similis gratia fuerit a Sede Apostolica concessa, libere uti possint. — (Reg. 20, f. 66 r° ; ann. XV, c. 19 ; — Potthast 11004.)

« .. *abbati monasterii Glastonie, ordinis sancti Benedicti, Bathoniensis diocesis.* Sedes Apostolica nonnunquam —. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, anno quintodecimo. »

5972 Latran, 13 avril 1241.

Archidiacono, cantori et decano Wratislaviensibus mandat quatenus inquirant utrum magister Willelmus, canonicus Olomucensis, an Conradus, canonicus Hildesemensis, fautor F[riderici], dicti imperatoris, legitime in episcopum Olomucensem electus fuerit; ceterum, si quod de utroque factum exstiterit, invenerint perperam attentatum, ipsi utrique silentium imponant et faciant Olomucensi ecclesiae de pastore per electionem canonicam provideri. — (Reg. 20, f. 66 r° ; ann. XV, c. 20 ; — Potthast 11002 ; — Rodenberg 809.)

« .. *archidiacono, .. cantori et .. decano Wratislaviensibus.* Sua nobis capitulum —. Dat. Laterani, idibus aprilis, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

5973 Latran, 10 avril 1241.

Magistris Oddoni, archidiacono Parisiensi, nec non et cancellario et Simoni, canonico Parisiensibus, mandat quatenus, — si rex Francorum infra certum tempus ab ipsis praefigendum, compositionem quae inter ecclesiam Laudunensem, ex parte una, et majorem juratosque Laudunenses, ex altera, super teloneo, cambio et rebus aliis intervenerat, non duxerit confirmandam, — ipsi sibi faciant litteras super hoc negotio obtentas et processus per eas habitos exhiberi, et episcopum Laudunensem inducant in possessionem petitorum, custodiae causa ; alioquin ipsi causam audiant. — (Reg. 20, f. 66 v° ; ann. XV, c. 21 ; — Moreau 1193, f. 263.)

« *Magistris Oddoni, archidiacono, .. cancellario et Symoni, canonico Parisiensibus.* Venerabilis fratris nostri .. Laudunensis episcopi petitio nobis exhibita continebat quod, cum olim inter bone memorie A[nselmum], predecessorem ipsius, ex parte una, et .. majorem ac juratos Laudunenses, ex altera, super theloneo, cambio et rebus aliis causa fere per quindecim annos et amplius coram diversis judicibus per diversas litteras hinc inde obtentas auctoritate apostolica ventilata fuisset, et i[i]dem major et jurati propter contumaciam manifestam pluries excommunicationis vinculo innodati, ac, ipsorum contumacia excrescente, eidem predecessori, causa custodie, adjudicata petitorum possessio extitisset, quam propter eorum potentiam sive metum non potuit adipisci : tandem, post labores plurimos et expensas, amicabilis inter eos sub ea conditione compositio intervenit, si karissimus in Christo filius noster .. rex Francorum illustris, pro eo quod id negotium regalia videbatur tangere, compositionem hujusmodi confirmaret. Et licet dictus predecessor fere per biennium ac ipse postmodum per aliud biennium apud eundem regem pro confirmatione hujusmodi plurimum institissent, neuter tamen id ab eo potuit obtinere, prefatis majore ac juratis detinentibus quosdam redditus ac pecunie summam, que ad utilitatem episcopatus Laudunensis ex compositione ipsa predicto episcopo debuerant assignari. Quare fuit ex parte ipsius episcopi nobis humiliter supplicatum ut, cum in morte jamdicti predecessoris sui littere ac processus pro eo[1] habiti ad manus devenerint diversorum, nec sit facilis recuperatio eorumdem, providere sibi super hoc salubriter curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si dictus rex compositionem ipsam infra certum terminum prefigendum a vobis, non duxerit confirmandam, vos extunc, [a] partibus facientes vobis hinc inde obtentas litteras et processus per eas habitos exhiberi, detentores ad exhibitionem eorum, si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendo, si de hujusmodi adjudicata possessione constiterit, prefatum episcopum, sicut justum fuerit, in

1. *Sic.* — La formule habituelle est : « littere ac processus *per* eas habiti », qu'on trouve un peu plus loin, dans cette même pièce.

possessionem inducatis eandem, ac ipsum in ea defendatis inductum; contradictores etc. Alioquin, predictis litteris nequaquam obstantibus, audiatis causam, et, appellatione remota etc., usque : observari. Proviso ne in universitatem Laudunensem etc. Testes etc.; non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque :] dummodo ultra tertiam vel quartam [etc., usque :] aliqui non trahantur. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, IIII idus aprilis, anno quintodecimo. »

5974 Latran, 11 avril 1241.

Electo Catalaunensi, super cujus electione jam per triennium litigatum fuerat, significat se Catalaunensem thesaurarium ad prosecutionem appellationum quas ad Apostolicam Sedem contra eandem electionem interjecerat, non esse admittendum. — (Reg. 20, f. 66 v°; ann. XV, c. 22; — Moreau 1193, f. 267; — cf. *supra*, n. 4119, 5206 et 5966.)

« .. *electo Cathalaunensi*. In nostra presentia te ac dilecto filio .. thesaurario Cathalaunensis ecclesie constitutis, thesaurarius proposuit supradictus quod, [cum] dudum, ipsa ecclesia pastoris solacio destituta, capitulum ejus, conveniens certa die, per viam scrutinii ad electionem procedere incepisset, eoque peracto, unus ex scrutatoribus, P. videlicet archidiaconus, ad publicationem faciendam cepisset jam verba proferre : magister Johannes dictus Barath, archidiaconus Cathalaunensis, surrexit in capitulo, renitentibus multis, dicens quod, licet se presumeret ab aliquibus nominatum, renuntiabat tamen juri sibi ex nominatione quesito et consentiebat in te, quem non pure, sed conditionaliter in scrutinio nominarat, rogans generaliter omnes qui in ipsum consenserant, ut in te, qui, sicut apparuit ex post facto, a paucioribus in scrutinio nominatus fueras, consentirent; quidam etiam, per capitulum discurrentes, illis[1] quos presumebant in eundem archidiaconum consensisse, ut in te sua vota transferrent, flexis genibus supplicabant; propter quod turbatus processus jam non poterat sine vitio consum[m]ari; presertim cum unus ex hiis, qui in archidiaconum ipsum consenserat, diceret : « Sumusne oves ad dandum » taliter vel vendendum? », et magister Gerardus dictus Mordant responderit, hujus precibus acquiescens, quod consentiebat in te, quamquam in eundem archidiaconum consensisset; cumque .. decanus Cathalaunensis responderit requisitus quod in te nullatenus consentiret, cum hujusmodi consensus mutatio valere minime videretur : Guido de Pugiaco ac Ph.[1], canonici Cathalaunenses, considerato prudenter quod per tales preces et variationes votorum, que inter scrutinium et publicationem ipsius interponende non fuerant, erat a debito eligendi modo recessum, ne sic fieret electio, Sedem Apostolicam appellarunt[2]. Sed quidam, tam inordinato processui inherentes, appellatione contempta nullaque forma concilii observata, te, ut dicitur, perperam elegerunt. Et licet, ob premisse appellationis objectum, non ad metropolitanum, sed ad nos fuerit super hoc recurrendum, bone memorie .. Remensis archiepiscopus, loci metropolitanus, electionem ipsam de facto, cum de jure nequiverit, maxime cum ex habundanti ab eo, supradictorum nomine, fuerit appellatum ne, pendente appellatione ad nos emissa legitime, super hoc partes suas interponeret, dicitur confirmasse. Quare thesaurarius ipse petebat electionem et confirmationem hujusmodi ex officio nostro cassari seu cassas et irritas nuntiari, et quicquid ex eis secutum est vel ob ipsas, nec non et quod a te tanquam electo factum, vel ordinatum seu statutum est, nuntiari penitus non valere. Ex adverso vero tu, premissas appellationes, prout exprimuntur superius, negans interpositas extitisse, prefatum thesaurarium excludendum a prosecutione hujusmodi negotii pluribus rationibus suadebas. Primo, ex appellationis defectu : quia, cum thesaurarius, interrogatus a nobis in jure, universa et singula in rescripto nostro impetrato ad venerabilem fratrem nostrum .. Meldensem episcopum et suos conjudices comprehensa, recognoverit esse vera, super quibus in libello porrecto suum posuit fundamentum, et tu, requisitus a nobis, negaveris taliter appellatum, nec de appellatione ipsa sit aliqua facta fides, merito ex defectu appellationis jamdicte adversarius submovetur. Secundo, ex defectu appellationem prosequentis eandem ipsum similiter repellebas : tum quia, posito, prout ex parte tua extitit allegatum, quod de appellatione a predictis Ph. et Guidone interjecta constaret, tamen adversarius appellationem ipsam ab aliis interpositam prosequi non valebat; nimis enim inconveniens videretur et omni absonum rationi, quod Ph. et Guido appellasse dicantur, prout continetur in rescripto, quod confitetur adversarius esse verum, et appellationem illorum, tanquam ipsi appellationi adherens, idem[3] adversarius prosequatur, cum appella-

1. Dans le n° 4119, *illos*.

1. Dans le n° 4119, *magister Ph. de Mi'iaco*.

2. Sur la construction défectueuse de cette longue phrase, cf. *supra*, t. II, col. 908, note 1.

3. *Ms.* : eam idem.

tio cui adherere valeat, non subsistat; tum etiam quia Ph., qui dicitur appellasse, ad cor rediens et considerans se errasse, in jure omni quam contra te moverat, liti cessit, ac renuntiavit litteris contra te a Sede Apostolica impetratis; Guido vero, qui appellasse similiter dicebatur, quasi de appellatione non curans, non fuit appellationem ipsam, elapso jam triennio, prosecutus; unde, fictione juris, est habendum ac si nullatenus appellasset. Tertio, ex renuntiatione seu promissione adversarii dicebas ipsum a prosecutione negotii nichilominus amovendum: quia, cum ipse coram eodem archiepiscopo promiserit bona fide quod quicquid idem Ph. faceret de hoc facto, ipse faceret illud idem, nec fuit nuda ejus promissio, sed vestita, non solum verbis et consensu, sed etiam bona fide, que quasi vicem obtinet juramenti, prout per litteras dicti archiepiscopi ostendebas, et idem Ph. liti cesserit et litteris impetratis, contra promissionem suam venire non poterat nec debebat, quia remittentibus actiones suas regressus non conceditur ad easdem, presertim in appellationis negotio, quod levi tollitur argumento, si fiat expresse vel tacite contra eam. Quarto, ex prescriptione legitima eundem adversarium excludebas: quia, cum a tempore impetrati rescripti non solum fatalia tempora sint elapsa, sed etiam triennium compleatur, tam idem adversarius, qui in prosecutione appellationis jus penitus nullum habet, quam hii qui appellasse dicuntur, si revera etiam appellassent nec cessissent hujusmodi questioni, non essent ulterius audiendi. Sed ad hec fuit ex parte ipsius thesaurarii, inter cetera, sic responsum: quia, cum de appellatione a predictis Ph. et Guidone interposita per litteras canonicorum ipsius ecclesie doceatur, et ea que aguntur in capitulo, non possint facile nisi per canonicos comprobari, eorum probatio erat sufficiens reputanda; quod si etiam minus sufficiens videretur, offerebat se super hoc fidem facere pleniorem. Nec obstabat ei quod nec ipse appellasse dicitur nec suo fuisse nomine appellatum: tum quia de appellatione a se ipso interposita paratus est facere plenam fidem; tum etiam quia, cum appellatione nomine ecclesie interjecta jus ipsi ecclesie sit quesitum, et intersit cujuslibet de capitulo se opponere ne Cathalaunensis ecclesia, mater sua, illicitis conubiis seu adulterinis affectibus vitietur, quod sequeretur ex eo, si ad ejus regimen non per electionem canonicam sed per surreptionis astutiam contingeret te assumi, non solum thesaurarius, qui est honorabile membrum ipsius ecclesie, sed etiam quilibet de capitulo, esset ad prosecutionem appellationis hujusmodi admittendus; preterea, cum de jure quesito ecclesie hic agatur, que causa totius capituli est communis, ad prosecutionem ipsius singuli essent de capitulo admittendi, cum idem jus eademque sit defensio singulorum: in quo casu posset unius prosequentis victoria ceteris non prosequentibus suffragari; immo, et si non esset ab aliquo appellatum, cum dicat idem thesaurarius tam electionem de te factam quam confirmationem secutam penitus nullas esse, utpote contra formam concilii et canonum interdicta presumptas, esset super hoc, etiam absque appellationis remedio, audiendus. Nec obest sibi, ut asserit, nec tibi etiam suffragatur, quod de renuntiatione seu promissione ipsius contra eum ex parte tua extitit allegatum: tum quia credebat magistrum Ph., utpote virum providum ac juris etiam non ignarum, contra jus et utilitatem ecclesie non facturum, cum sciret ipsum prosequi justam causam et ex causa probabili provocasse: alioquin, si dictus magister mortale aliquid commisisset, numquid ex tali promissione sequi[1] tenebatur eundem ac mortaliter cum eo peccare? tum etiam quia jus ecclesie remittere salva conscientia non valebat; immo, et si pactus tecum fuisset de non prosequendo negotio, dicebat nichilominus non obstare, cum ex hoc jus ipsius ecclesie, quod jus commune est, lederetur. Nec prescriptio, que contra ipsum ex parte tua extitit allegata, eum a prosecutione negotii poterat submovere: quia in mora non fuit, sed semper tam coram nobis quam coram judicibus a Sede Apostolica delegatis fuit negotium prosecutus; et quia, cum dicat electionem et confirmationem ipso jure penitus nullas esse, ut superius est ostensum, debemus de hoc ex officio nostro cognoscere, et exceptiones peremptorias ab eo propositas sub silentio non transire. Verum ex parte tua fuit contra premissa taliter replicatum: videlicet, quod cedula illa que a parte altera inducitur ad probandum appellationem emissam, prorsus insufficiens est habenda, cum hii quorum sigilla in ea dependent, sint tui adversarii manifesti, utpote qui coram venerabili fratre nostro .. episcopo et dilecto filio .. cancellario Parisiensibus, citatoribus deputatis a nobis, se tibi adversarios statuerunt, prout per citatorum ipsorum litteras plenius ostendebas; unde, cum sit scriptura hujusmodi domestica et privata, nullam penitus fidem facit; exemplo enim perniciosum est ut ei scripture credatur, qua quisque sibi annotatione propria constituit debitorem. Nec potest inferri ex tali appellatione jus ecclesie acquisitum; quia, et si appellatum taliter doceretur, factum tamen contra appellationem ipsam ali-

1. *Ms.* : si qui.

quatenus non probatur ; nam, cum pro eo a prefatis Ph. et Guidone dicatur ad Sedem Apostolicam appellatum, ne, ob id quod quidam canonicorum qui consenserant in alios, mutatis consensibus, in te sua desideria dirigebant, ex adjectis consensibus ad electionem procederetur eandem, nec sit ex adverso monstratum quod ex consensibus sic adjectis tua surrexisset electio vel accrevisset tibi numerus per eosdem, contra formam appellationis hujusmodi nichil penitus est presumptum, et sic tollitur ratio que de communi causa inducitur ex adverso ; ad cujus prosecutionem dicebat adversarius singulos de capitulo admittendos, quamquam illud probabiliter posset intelligi de pluribus una sententia condempnatis, ubi, uno ad appellationis remedium convolante, ipsius victoria in re communi, si tamen communi jure juventur, idemque negotium et eadem causa defensionis existat, ceteris suffragatur, prout quadam constitutione nostra nos meminimus expressisse. Nec est ferendus adversarius, si appellationem ab ipso interpositam se offerat probaturum, vel se dicat etiam absque appellationis remedio audiendum, nullas esse electionem et confirmationem hujusmodi asseverans, cum hanc causam a principio non fuerit prosecutus et super hoc libellum non dederit, sed super appellatione dumtaxat ; super quo litis contestatione jam facta, non potest ad aliud convolare ; nam, etsi ante contestationem litis libellus forsan corrigi valeat et mutari, post ipsam tamen nec corrigendus est nec mutandus. Nec etiam de renuntiatione seu promissione mentita potest idem thesaurarius probabiliter excusari, cum non in genere vel confuse, sed de cessione litis specialiter ageretur, et de hoc expresse fuerit a supradicto archiepiscopo requisitus. Nec poterat eum pro jure ecclesie conscientia remordere, cum in hoc non versetur jus ecclesie, ut superius est ostensum. Nec sufficienter contra prescriptionem objectam sibi ex parte tua, defenditur, cum, sicut pro te allegatum extitit, causam prosecutus non fuerit cum effectu, immo ipsi etiam appellantes, si revera forsitan appellassent, non essent propter lapsum temporis audiendi ; ergo multo minus qui appellationem illorum prosequitur, ne melioris conditionis non appellans videatur existere quam appellans. Officium vero nostrum ad cognoscendum de juribus electionis ejusdem non poterat implorare, cum super hoc actum non sit nec contestatio litis facta. Nos igitur, hiis et aliis que fuere proposita coram nobis, plenius intellectis, et super hiis cum fratribus nostris deliberatione habita diligenti, de ipsorum consilio decernimus prefatum thesaurarium ad prosecutionem premissarum appellationum non esse aliquatenus admittendum. Dat. Laterani, III idus aprilis, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

5975 Latran, 8 avril 1241.

J., cantori Remensi, indulget ut, non obstante quod Remensem cantoriam obtineat, ei liceat unicum personatum, etiam si curam habeat animarum, si ei canonice offeratur, recipere et una cum eadem cantoria retinere, ita tamen quod in eorum altero per idoneum vicarium et in reliquo personaliter deserviat. — (Reg. 20, f. 68 r°; ann. XV, c. 23.)

« *J., cantori Remensi*. Dignum est ut —. Dat. Laterani, VI idus aprilis, anno quintodecimo. »

5976 Latran, 12 avril 1241.

Decano et capitulo Remensibus significat se postulationem ab ipsis factam de Suessionensi episcopo in ipsorum archiepiscopum non admisisse, eisque mandat quatenus ad electionem canonicam infra duos menses a receptione praesentium procedant. — (Reg. 20, f. 68 r°; ann. XV, c. 24 ; — Moreau 1193, f. 277.)

« .. *decano et capitulo Remensibus*. Auditis et intellectis meritis postulationis de venerabili fratre nostro .. Suessionensi episcopo in ecclesia vestra facte, quia ipsam in contradictione factam invenimus, eam, de fratrum nostrorum consilio, non duximus admittendam. Verum, quia inter metropoles universas Remensis semper fuit Ecclesie Romane devota, propter quod ad provisionem ipsius specialius aspiramus, talem ei personam prefici cupientes, per quam in spiritualibus et in temporalibus grata suscipiat, auctore Domino, incrementa, universitatem vestram monemus et hortamur attente, ac per apostolica vobis scripta precipiendo mandamus quatenus, ad electionem canonicam infra duorum mensium spatium a receptione presentium, cum venerabilium fratrum nostrorum .. Parisiensis, .. Cameracensis ac .. Silvanectensis episcoporum consilio, procedentes, tali persona vobis et eidem ecclesie providere curetis, que tanto congruat oneri et honori. Dat. Laterani, II idus aprilis, anno quintodecimo. »

5977 Latran, 12 avril 1241.

Parisiensi, Cameracensi et Silvanectensi episcopis, de eadem re scribens, mandat quatenus, ad praefatam ecclesiam Remensem accedentes, sanum Remensibus decano et capitulo super archiepiscopi electione consilium impendant, eosque

ad id moneant et inducant, ut idoneam personam eligant. — (REG. 20, f. 68 v°; ann. XV, c. 25; — MOREAU 1193, f. 278.)

« .. *Parisiensi*, .. *Cameracensi et* .. *Silvanectensi episcopis*. Auditis et intellectis —. Dat. ut supra. »

5978 Latran, 16 avril 1241.

Archiepiscopo Terraconensi significat se irritam et inanem denuntiare excommunicationis sententiam cui ipse archiepiscopus Terraconensis, — in concilio ab ipso apud Valentiam, quam Toletanus archiepiscopus ad suam provinciam pertinere asserebat, congregato, — decreverat subjacere eundem archiepiscopum Toletanum, si, per Terraconensem provinciam transitum faciens, ante se crucem deferri faceret, vel pallio uteretur seu indulgentias concederet. — (REG. 20, f. 68 v°; ann. XV, c. 26.)

« .. *archiepiscopo Terraconensi*. Venerabili fratre nostro .. Toletano archiepiscopo accepimus intimante quod tu, apud Valentiam, quam ad suam asserit provinciam pertinere, congregato, in grave ipsius prejudicium et ecclesie Toletane, concilio, statuisti ut, si archiepiscopus idem, per Terraconensem provinciam transitum habens, ante se crucem deferri fecerit, vel palleo usus fuerit seu indulgentias duxerit concedendas, loca ad que taliter venerit et in quibus ista presumpserit, quamdiu manserit ibi, sint supposita ecclesiastico interdicto, decernens, tua et ejusdem concilii auctoritate, archiepiscopum ipsum, talia in predicta provincia de cetero attemplantem, excommunicationis sententie subjacere[1]. Verum si, ut decuit, attendisses premissa, ad ea forte minime processisses, cum non pro certo constaret memoratum archiepiscopum delinquere in predictis, que sibi competere poterant ex indulgentia Sedis Apostolice speciali; ac, si eundem archiepiscopum tibi et ecclesie tue per hec injuriari credebas, potuisses apud Sedem Apostolicam super hiis querelam deponere contra eum. Ne igitur hoc remaneat aliis per tolerantiam presumptionis exemplum, nos prefatam excommunicationis sententiam, de fratrum nostrorum consilio, denuntiamus irritam et inanem. Dat. Laterani, XVI kalendas maii, anno quintodecimo. »

5979 Latran, 17 avril 1241.

Episcopum Aesculanum monet et hortatur quatenus feudum quod bonae memoriae Rogerius de Octavo ab ecclesia Aesculana obtinuerat, — quod feudum tunc vacabat, ipsius papae donationi ab ipso episcopo reservatum, — Anibaldo de Rota, civi Romano, ipsius papae familiari, — cujus devotionem ad Sedem Apostolicam ipse papa remunerare volebat, et qui praedictae ecclesiae Aesculanae non modicum fructuosus poterat existere, — nec non ejusdem Anibaldi heredibus conferat, et eundem Anibaldum in corporalem ejusdem feudi possessionem inducat; alioquin episcopo Aretino, marchiae Anconitanae rectori, ipse papa mandat ut super hoc mandatum apostolicum exsequatur. — (REG. 20, f. 68 v°; ann. XV, c. 27.)

« .. *episcopo Esculano*. Cum, sicut ex —. Dat. Laterani, XV kalendas maii, anno quintodecimo. »

5980 Latran, [18 mars-17 avril ?] 1241.

Episcopo Lamecensi mandat quatenus, — cum P.. canonicus monasterii de Ecclesiola, ordinis sancti Augustini, Portugalensis dioecesis, ad Ecclesiam Romanam, ut dicebatur, immediate spectantis, a conventu ejusdem monasterii in priorem unanimiter electus, non posset, « propter viarum » discrimina, et loci distantiam, ac paupertatem predicti mo» nasterii », quod, in redditibus « exile et in medio nationis » perverse positum », a praedonibus indesinenter conculcabatur, pro confirmatione obtinenda apostolicam praesentiam adire, — si praedictum monasterium ad Ecclesiam Romanam noverit nullo medio pertinere et dictam electionem de persona idonea invenerit canonice celebratam, ipsam confirmet et eidem electo benedictionem impendat, recepturus ab eo juramentum solitum fidelitatis, sub forma ipsi episcopo transmissa; formam autem juramenti quod idem electus praestiterit, ipse episcopus ad papam mittat per litteras ejusdem electi sigillo signatas; alioquin, eadem electione cassata, faciat eidem monasterio de persona idonea per electionem provideri. — (REG. 20, f. 68 v°; ann. XV, c. 28.)

« .. *episcopo Lamecensi*. Ex parte dilectorum —. Dat. Laterani, XV kalendas aprilis, anno [quartodecimo][1]. »

1. Cf. MARTÈNE et DURAND, *Thesaurus novus anecdotorum*, t. IV (1717), col. 286.

1. Le manuscrit porte : « XV kalendas *aprilis*, anno *quintodecimo* », ce qui donne la date du 18 mars 1242, date impossible, Grégoire IX étant mort le 22 août 1241. Il est difficile de déterminer sur quel terme de la date porte l'erreur ; il est possible que *aprilis* soit un lapsus pour *maii*, et la présente lettre serait alors du 17 avril 1241 ; toutefois, il est peut-être encore plus vraisemblable que *quintodecimo* soit pour *quartodecimo*, et nous aurions ici une bulle de la XIVe année (qui finit le 20 mars 1241) égarée dans le *Registre* de la XVe ; ce ne serait pas là un cas isolé ; en effet, trois autres bulles, appartenant sûrement, celles-là, à la XIVe année, et datées, l'une des kalendes de mars (1er mars 1241), la seconde du XVI des kalendes de février (17 janvier 1241), la troisième du IIII des ides de mars (12 mars 1241), ont été par

5981 Latran, 18 avril 1241.

Episcopo Coventrensi et Lichefeldensi, nec non thesaurario et praecentori Lichefeldensibus mandat quatenus procuratori R[oberti], Sancti Eustachii diaconi cardinalis, — quem cardinalem nonnulli super bonis ecclesiasticis et mundanis quae habebat in Anglia, molestabant, — favorabiliter, quotiens ab eodem procuratore fuerint requisiti, assistant, et quoslibet injuriatores et molestatores ejusdem cardinalis in regno Angliae constitutos compellant ut ab ejus molestia conquiescant et eidem procuratori debitam satisfactionem impendant; praesentibus post quinquennium non valituris. — (Reg. 20, f. 68 v°; ann. XV, c. 29.)

« .. *Coventrensi et Lichefeldensi*[1] *episcopo, .. thesaurario et .. precentori Lichefeldensibus.* Dilectus filius noster —. Dat. Laterani, XIIII kalendas maii, anno quintodecimo. »

5982 Latran, 18 avril 1241.

Eisdem mandat quatenus abbatem et conventum de Croillandia (= Croyland), Lincolniensis dioecesis, — si non potuerint induci ad restituendum ecclesiae de Castra, cujus R[obertus], Sancti Eustachii diaconus cardinalis, rector erat, possessionem partis cujusdam marisci quem iidem abbas et conventus cum eadem ecclesia communiter possidebant, — infra competentem terminum coram ipso papa citent. — (Reg. 20, f. 69 r°; ann. XV, c. 30.)

« *Eisdem.* Dilectus filius noster R[obertus], Sancti Eustachii diaconus cardinalis, proposuit coram nobis quod, cum .. abbas et conventus de Croillandia, Lincolniensis diocesis, quendam mariscum cum ecclesia de Castra, cujus idem cardinalis rector existit[2], communiter possiderent : iidem, partem ipsius marisci propriis usibus temeritate propria deputantes, prefatam ecclesiam possessione dicte partis, quatenus ecclesiam respiciebat eandem, contra justitiam spoliarunt, alias eidem ecclesie dampna et injurias irrogando —. Mandamus quatenus, prefatos abbatem et conventum quod supradictam possessionem, cum fructibus ex eadem parte perceptis, quatenus ad ecclesiam pertinet memoratam, ecclesie ipsi restituant, et de dampnis ac injuriis irrogatis debitam satisfactionem eidem impendant, monentes attente et inducere procurantes, ipsos, si monitis acquiescere forte noluerint, quod infra terminum peremptorium competentem, quem eis duxeritis prefigendum, dictus abbas personaliter, conventus vero per procuratorem idoneum, compareant coram nobis, facturi super premissis quod ordo dictaverit rationis —, compellatis —. Dat. ut supra. »

mégarde insérées plus loin dans le *Registre* de la XV° année; ce sont les *capitula* 35, 36 et 93 du *Registre* de cette XV° année. — De même, des bulles de la XIII° année ont été transcrites dans le *Registre* de la XIV°; cf. *supra*, t. III, col. 246, note 3, et col. 271, note 1.

1. *Ms. : et .. Lichefeldensi episcopo.*

2. Cf. *supra*, n. 946, 3171 et 4123.

5983 Latran, 15 avril 1241.

Regi Franciae significat se thesaurarium Catalaunensem decrevisse non admittendum ad prosecutionem appellationum quae contra Joffridum de Grandi Prato, electum Catalaunensem, interpositae fuerant, eumque rogat et hortatur quatenus regalia Catalaunensis ecclesiae ac fructus a tempore confirmationis ejusdem electi perceptos, eidem electo faciat assignari. — (Reg. 20, f. 69 r°; ann. XV, c. 31; — Moreau 1193, f. 279; — Potthast 11003; — cf. *supra*, n° 5974.)

« .. *illustri regi Francie.* Ut ei te[1] —. Licet igitur, dudum ecclesia Cathalaunensi vacante, ac electione de dilecto filio J[offrido] de Grandi Prato in eadem ecclesia celebrata, et confirmata per bone memorie .. archiepiscopum Remensem, loci metropolitanum, dilectus filius .. thesaurarius Cathalaunensis appellationes que contra eundem electum dicebantur interposite, prosequi niteretur : quia tamen nos, ne dicta ecclesia in spiritualibus vel in temporalibus gravem sustineret ulterius lesionem, causam ipsam nuper ad examen apostolicum revocantes, ex apostolice servitutis officio quoad faciendum judicium, ita sumus astricti, quod declinare non possumus ad dexteram vel sinistram[2], de fratrum nostrorum consilio eundem thesaurarium decrevimus non esse ad prosecutionem appellationum hujusmodi admittendum, re[giam] ex[cellentiam] ro[gantes] et hor[tantes] at[tente] quatenus, predictos ecclesiam et electum habens pro divina reverentia, et Apostolice Sedis et nostra, propensius commendatos, regalia ipsius ecclesie ac perceptos a tempore confirmationis fructus, eidem electo facias liberaliter assignari. Dat. Laterani, XVII kalendas maii, anno quintodecimo. »

5984 Latran, 20 avril 1241.

Abbati Tautrensi (= de Tutteroc), Cisterciensis ordinis,

1. Dans le *Registre*, on lit : « Ut ei // gratum // te », avec l'indication d'une interversion à faire entre les mots *gratum* et *te*.

2. Cf. Isa. XXX, 21, etc.

Nidrosiensis dioecesis, priori Holmensi (= de Nidarholm), sancti Benedicti ordinis, ejusdem dioecesis, et priori fratrum Praedicatorum Nidrosiensi mandat quatenus de vita et miraculis Augustini, Nidrosiensis archiepiscopi, diligenter inquirant, et quae invenerint, ipsi papae per litteras suas fideliter intiment. — (Reg. 20, f. 69 r°; ann. XV, c. 32; — Moreau 1193, f. 281, *partim* ex Raynaldo; — Potthast 11005.)

« .. *abbati Tautrensi, Cisterciensis, et .. Holmensi, sancti Benedicti, Nidrosiensis diocesis, et .. fratrum Predicatorum Nidrosien[sium], ordinum, prioribus.* Ut corda fidelium —. Dat. Laterani, XII kalendas maii, anno quintodecimo. »

5985 Latran, 16 avril 1241.

Decano et cantori Bisuntinis inquisitionem committit faciendam super quadam compositione quae inter Leodiensem, tunc Lingonensem, episcopum, ex parte una, et decanum capitulumque Lingonensis ecclesiae, ex altera, intervenerat, de collatione et investitura praebendarum in eadem ecclesia Lingonensi vacantium. — (Reg. 20, f. 69 v°; ann. XV, c. 33.)

« .. *decano et .. cantori Bisuntinis.* Olim, intellecto per venerabilem fratrem nostrum .. Leodiensem, tunc Lingonensem, episcopum[1] quod ad ipsum et ad dilectos filios .. decanum et capitulum Lingonensis ecclesie communiter pertinebat collatio vacantium inibi prebendarum, et idem episcopus super hoc primam vocem et investituram earum, quoad spiritualia, obtinebat : nos, animarum et alia[2] pericula que inde possint contingere, propensius attendentes, et ipsi episcopo gratiam volentes facere specialem, de fratrum nostrorum consilio duximus statuendum ut, non obstante contraria consuetudine vel statuto, etiam si ea juramento seu quacumque alia essent firmitate vallata, vel si etiam contrarium foret indultum, prefatus episcopus et successores ipsius liberam concessionem et investituram, tam in spiritualibus quam in temporalibus, haberent de duabus prescriptarum partibus prebendarum, concessione ac investitura tertie partis earum decano et capitulo memoratis libera remanente; ita quod per dictum episcopum et successores suos semper due prime prebende, et per decanum et capitulum prelibatos subsequenter tertia conferrentur. Nuper vero ex parte dictorum decani et capituli fuit propositum coram nobis quod, orta propter hoc gravi discordia inter ipsos, ex parte una, et episcopum memoratum, ex altera, tandem fuit amicabiliter compositum quod, die quam idem capitulum ad collationem prebende, sicut moris est, duceret assignandam, idem episcopus, quamdiu viveret, suo et capituli nomine, conferret duas partes prebendarum vacantium personis idoneis de diocesi Lingonensi, quamdiu possent ibidem persone idonee repperiri, tertia per capitulum conferenda, et episcopus de spiritualibus, decanus vero de temporalibus investirent; adjecto quod idem episcopus non solum [non] impediret quin revocaremus gratiam supradictam, sed pro ea revocanda specialem ad nos nuntium destinaret. Unde nobis ex parte dictorum decani [et capituli] fuit humiliter supplicatum ut, quamquam prefatus episcopus apud nos pro revocatione dicte gratie non insistat, prout fuit in compositione condictum, cum sua non intersit, pro eo quod ad aliam ecclesiam est translatus, revocare predictam gratiam et confirmare compositionem hujusmodi curaremus. Quia vero nobis non constitit de pre[missis], discretioni vestre, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per apostolica scripta mandamus quatenus, personaliter ad Lingonensem ecclesiam accedentes et inquirentes super hiis plenius veritatem, que inveneritis, nobis per vestras litteras fideliter intimetis, ut, per vestram relationem instructi, super hoc securius, auctore Domino, procedamus. Dat. Laterani, XVI kalendas maii, anno quintodecimo. »

1. Cf. *supra*, n. 5273, 5275 et 5276.
2. *Ms.* : aliarum.

5986 Latran, 24 avril 1241.

Episcopo Vicensi, abbati Sancti Petri de Rosis, Gerundensis dioecesis, et sacristae Gerundensi late scribit de negotio Benedicti de Roccabertina (= Rocaverti), canonici et olim camerarii Terraconensis, quem archiepiscopus Terraconensis multipliciter vexabat, occasione causae quae olim inter eundem Benedictum et Bernardum de Belloc (= Bell-Lloc), Terraconensis dioecesis, mota erat, super possessione castri de Redis; in qua causa praedictus archiepiscopus tulerat inter partes arbitrium; contra quod ipse postea veniens, demum, inter alia gravamina, camerariam praedicti Benedicti, ad Sedem Apostolicam appellantis, alii concesserat; unde eis mandat quatenus, si excommunicationum sententias ab eodem archiepiscopo in praedictum Benedictum illa occasione fulminatas, invenerint fuisse latas post appellationem ad Sedem Apostolicam interpositam, illas revocent, partes audiant et quod justum fuerit, decidant; alioquin easdem sententias faciant observari. — (Reg. 20, f. 69 v°; ann. XV, c. 34.)

« .. *episcopo Vicensi, .. abbati Sancti Petri de Rosis, Gerundensis diocesis, et .. sacriste Gerundensi.* Dilectus

filius B[enedictus] de Roccabertina, canonicus Terraconensis, in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum olim inter ipsum et nobilem virum Bernardum de Belloc, Terraconensis diocesis, super eo quod camerarius ipse[1] dicebat possessionem castri de Redis, quod ille a cameraria sua tenet in feudum, quotiens ipsam peteret, sibi dari debere, et quod idem nobilis tenebatur exire de ipso castro et terminis ejus cum familia sua tota, ac ipse camerarius bona illius que sine assecuratione sua tunc remanerent ibidem, accipere poterat, prout in illis partibus in casu consimili fieri consuevit, et rebus aliis suborta fuisset materia questionis : tandem venerabilis frater noster .. Terraconensis archiepiscopus, arbiter sub certa pena electus hinc inde, arbitrando mandavit ut, si camerarius, causa cognoscendi dominii vel alia quacumque, possessionem peteret dicti castri, prefatus nobilis ipsum infra certum tempus ei tradere teneretur, et exire de castro ipso et terminis ejus cum familia sua tota, nisi camerarius super hoc ei gratiam faceret specialem, et, si que res ipsius sine assecuratione camerarii remanerent ibidem, eas quasi pro derelictis habitas posset idem camerarius occupare. Cumque dictus camerarius, juxta tenorem talis arbitrii ipsius castri possessione recepta, quandam bladi quantitatem et res alias predicti nobilis, que sine assecuratione ipsius ibidem remanserant, accepisset : veniente ipso archiepiscopo contra illud et mandante parti alteri restitui sic accepta, idem camerarius proposuit coram eo quod ad ipsorum restitutionem, que, secundum tenorem dicti arbitrii, licite apprehenderat, minime tenebatur. Et cum postmodum, ad preces capituli Terraconensis et .. officialis ejusdem archiepiscopi, pro bono pacis restitutis estantibus de predictis, officialis ipse presentasset ei litteras prefati archiepiscopi, continentes ut, nisi infra certum terminum restitueret res predictas, tam estantes quam consumptas, nobili supradicto, extunc se sciret excommunicationis sententie subjacere : camerarius ipse, sentiens ex hoc indebite se gravari, medio tempore coram eodem capitulo, cum ipsius archiepiscopi copiam habere non posset, vocem ad nos appellationis emisit. Sed dictus archiepiscopus, hujusmodi appellatione contempta, mandavit eum tanquam excommunicatum a capitulo evitari. Et licet demum prescriptus camerarius, non ut appellationi renuntiaret eidem, sed ut vitaret scandalum, ad ejusdem capituli preces, extimationem rerum restituerit consumptarum, ac, pro multis gravaminibus et injuriis sibi et hominibus suis ab eodem nobili ejusque fautoribus, tempore procedente, illatis, habuerit ad archiepiscopum eundem recursum : archiepiscopus ipse, conceptum contra eum rancorem ostendens, denegata sibi super hiis justitia, prefato capitulo ut vitaret eundem, iterato mandavit, malitiose postmodum citans eundem ut sacerdotalem ordinem reciperet ab eodem. Qui cum se ipsius conspectui presentasset, eodem archiepiscopo petente ut juraret suis stare mandatis, sicque absolutionis beneficium mereretur : idem, proponens se tali sententia non teneri, denuo ne quid in ejus prejudicium fieret, ad nostram audientiam appellavit. Sed archiepiscopus, spretis appellationibus ejus, et clero ac populo in Terraconensi ecclesia convocatis, excommunicatum publice nuntiavit eundem, premissis appellationibus innitentem, ac etiam proponentem quod ipsum excommunicare seu conferre ordines non valebat, cum teneretur excommunicationis vinculo innodatus : et quamquam consequenter coram eodem capitulo recognoverit dictum camerarium appellasse, in ipsum tamen, quia super predictis nolebat, sicut non tenebatur, ejus obedire mandatis, predictis appellationibus insistendo, de facto excommunicationis sententiam promulgavit, nec non canonicatu Terraconensi et cameraria quam per electionem capituli et investituram tui, fili sacrista, tunc Terraconensis electi[1], canonice fuerat assecutus et aliquamdiu quiete possederat, conficto quod id suis culpis exigentibus faciebat, pro sua voluntate privavit[2], ac injunxit quod in pane et aqua toto tempore vite sue penitentiam ageret in ecclesia Dertusensi, fulminando in eum excommunicationis sententiam, si infra quatuor dies non arriperet iter ad dictam ecclesiam accedendi. Propter quod iterum idem camerarius ad nostram duxit audientiam appellandum. Sed ille nichilominus predictam camerariam alii de facto concessit, a juramento fidelitatis ejus homines, quantum in eo extitit, absolvendo et faciendo illud alii exhiberi : ac tandem in eum, consiliarios, fautores et adjutores ipsius, et in omnes qui de consensu ejusdem camerarii aliqua bona ejus, causa depositi, donationis, pignoris vel mutui, detinebant, excommunicationis sen-

1. C'est-à-dire *Benedictus de Roccabertina*, qui, quelques lignes plus haut, n'a été désigné que par son seul titre de *canonicus Terraconensis*, sans doute parce que, comme on le verra dans cette même lettre, il avait été destitué par l'archevêque de Tarragone de sa charge de camérier. — C'est ce même personnage qui figure dans la pièce 869 avec le titre de *canonicus Terraconensis ecclesie*, et dans les pièces 3100 et 4072 avec celui de *Terraconensis camerarius*.

1. Cf. *supra*, n° 4072.

2. Il faut sous-entendre *eundem*.

tentiam fulminavit; et postquam idem camerarius iter arripuit ad nostram presentiam veniendi, precepit ipsum spoliari omnibus bonis suis, et excommunicavit omnes qui a tempore sue privationis, dictum Benedictum camerarium nominaverant vel de cetero nominarent, alias ei et suis, ejus occasione, pluribus gravaminibus irrogatis. Unde nobis humiliter supplicavit ut super tot et tantis injuriis provideri sibi paterna diligentia curaremus. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, si predictas excommunicationum sententias inveneritis post appellationem ad nos legitime interpositam esse latas, ac revocantes etc., usque : attemptatum, audiatis hinc inde proposita et quod justum fuerit etc., usque : observari. Alioquin sententias ipsas, sicut rationabiliter sunt prolate, faciatis eadem auctoritate usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari; appellantem etc. Non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque :] dummodo ultra quartam vel quintam [etc., usque :] ad judicium non trahatur. Proviso ne in terram dicti nobilis etc. Quod si non omnes etc., duo vestrum etc. Dat. Laterani, VIII kalendas maii, anno quintodecimo. »

5987 Latran, 1er mars 1241[1].

Blasio Petri Amiternini, Sergio Cazoli, Jacobo Muti, Palmerio Malialardi, Johanni de Cinthio et Restoro, civibus Romanis, significat se confirmare sententiam qua Raynaldus, Ostiensis et Velletrensis episcopus, potestatem et commune castri Malliani, de comitatu Ildebrandisco, in mille ducentis et quinquaginta libris Proveniensium senatus condemnaverat ipsis Blasio ejusque sociis, quos, cum, ingruente naufragio, apud Sanctum Donatum, in terra Malliani, tanquam ad portum confugissent, quidam homines ejusdem terrae, dicentes se a praedictis potestate et communi missos, omnibus bonis suis spoliaverant; inserto sub sua bulla tenore praedictae sententiae, libellum a praedicto Blasio, suo et sociorum suorum nomine, oblatum, continentis. — (Reg. 20, f. 70 v°; ann. XV, c. 35.)

« *Blasio Petri Amiternini, Sergio Cazoli, Jac[obo Muti], Palmerio*[2] *Malialardi, Johanni de Cinthio et Restoro, civibus Romanis.* Ea que judicio —. Dat. Laterani, kalendis martii, anno quartodecimo. »

1. Bulle de la XIVe année du pontificat, insérée par mégarde, comme la suivante, dans le *Registre* de la XVe.

2. *Ms. :* Palmerii. — Dans la pièce 5989, on lit bien *Jacobi Muti, Palmerii* etc., avec un signe de ponctuation entre *Muti* et *Pal-i.*

[5988] Rome, Saints Marcellin et Pierre, 7 avril 1240.

[Sententia vero praedicti Raynaldi, Ostiensis et Velletrensis episcopi, haec est[1] :]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen.
» Anno Nativitatis ejusdem M°CC°XL°, pontificatus domini Gregorii pape noni anno X[I]V°, indictione XIII, mense aprilis, die VII. Cum causa que vertitur inter Blasium Petri Amiternini, civem Romanum, et socios ipsius, ex parte una, et .. potestatem et commun[e] castri Malliani ac Ymiliam, comitissam, relictam Bonifatii, comitis Palatini, super eo quod se spoliatos dicebant quadam pecunie summa et rebus aliis, ex altera, nobis R[ainaldo], miseratione divina Ostiensi et Velletrensi episcopo, fuerit audienda commissa : idem B[lasius], veniens coram nobis, suo et sociorum suorum nomine libellum obtulit in hac forma :

[5989]

[Libellus a praedicto Blasio, suo et sociorum suorum nomine, oblatus, declarationem bonorum suorum, ab hominibus de Malliano ablatorum, continens[2] :]

« Coram vobis, venerabilis pater domine .. Ostiensis, quem dominus papa dedit partibus auditorem, propono ego Blasius Petri Amiternini, nomine meo et nomine sociorum meorum, videlicet Sergii Cazoli, Jacobi Muti, Palmerii Millalardi, Johannis de Cinthio et Restor[i], civium et mercatorum Romanorum, quorum sum procurator, quod, cum nos nuper, cum navigio transfretantes, ingruente naufragio, apud Sanctum Donatum, in terra Mallian[i], de comitatu Ildinbrandisco, cum omnibus rebus nostris tanquam ad portum refugii contigerit divertisse : quidam homines ipsius terre, videlicet Politanus Zitellus, Buctellus, Guardus, Rufinacius, Corbactionus, dicentes se missos a potestate et communitate Mallian[i], nos omnibus bonis nostris, que in auro, argento, denariis, seta et armis, ad valentiam duorum milium librarum Proven[iensium] senatus, habebamus ibidem, nequiter spoliarunt; que bona inferius declarantur. Qui cum in castro Mallian[i] receptati fuissent, nos, venientes post eos, primo penes potestatem et homines ejusdem castri, et postmodum penes nobilem

1. Reg. 20, f. 70 v°.

2. Reg. 20, f. 70 v°.

« mulierem Ymiliam, comitissam, [relictam] Bonifatii, « comitis Palatini, cujus est idem castrum, institimus « pro restitutione ipsorum bonorum, que nobis in suo « districtu a suis hominibus, et in suo castro ab eis et « post maleficium receptatis, fuerant sic ablata ; que « etiam ad eos, videlicet ad potestatem, commun[e] et « comitissam pervenerunt. Et cum nec a potestate, nisi « quod sine comitissa, pro qua stabat, nichil inde fa- « cere nequivisset, nec ab eadem comitissa, nisi quod « ipsa faceret homines[1] de Mallian[o] sacramento « constringi, et [quod] secure manebat illa pecunia, « quam illi homines assignarant sibi, potestati et com- « muni Malliani, potuissemus aliud habuisse respon- « sum : nos apostolicas litteras super restitutione hujus- « modi ablatorum impetravimus ad eosdem. A quibus « cum nobis restitutio non sit facta, peto ego Blasius, « nomine meo et nomine predictorum, a dicta comi- « tissa, et a potestate et hominibus de Mal[l]ian[o], vel « ab eorum procuratore pro ipsis, restitutionem pre- « dictorum ablatorum vel extimationis eorum, que « extimo duo milia librarum Provenien[sium], et michi « ab eis vel ab eorum procuratore satisfieri de damp- « nis, expensis et interesse, que pro ipsis bonis recu- « perandis incurri, que extimo trecentas libras Prove- « nien[sium], et protestor expensas faciendas in lite, « salvo jure addendi.

« Hec autem omnia, vel aliqua que sufficiant, loco et « tempore competentibus me offero probaturum.

« In Dei nomine[2].

« Viginti unam plactas argenti.

« Item duas scutellas argenti; unum nappum ar- « genti.

« Item sex coclearia argenti, que fuerunt in pondus « centum novem librarum ad pondus Urb[is], et quin- « que unc[iarum] et tert[ie].

« Item miliaren[sium] fuerunt quadraginta octo li- « bre et octo solidi, et infra[3] miliaren[ses], ad viginti « solidos per libram.

1. Par suite d'une erreur du copiste, un passage de quelques lignes, depuis : « videlicet ad potestatem ... », jusqu'à : « ... ipsa faceret homines », se trouve répété ici, entre : « ipsa faceret homines » et « de Malliano ».

2. Cet inventaire a été publié avec commentaires, sans indication de source, mais évidemment d'après le Registre de Grégoire IX, par G. Garampi, *Memorie ecclesiastiche appartenenti all' istoria e al culto della b. Chiara di Rimini* (Roma, 1755), p. 232-233. La plupart des termes spéciaux qu'on y rencontre, ont été relevés dans Garampi par Dom Carpentier, et compris dans ses additions au *Lexicon* de Du Cange.

3. *Sic.* — Peut-être faut-il entendre : « in fra[ctura] miliaren[sium] » (en débris de *miliarenses*).

« Item XXXVII marce sterlinguorum novorum, ad « tredecim solidos et quatuor sterl[inguos] per mar- « cam.

« Item Turonen[sium] fuerunt ducente viginti due « libre.

« Item Genuini parvunculi fuerunt.

« Item viginti quinque medal[ie] auri.

« Item tantas cambas francigenas, quod valuerunt « viginti duas libras Provenien[sium].

« Item unum anforzin[um][1] et solidos sex Prove- « n[iensium].

« Item unam pellem bruni conilii.

« Item unum corellum ad brazale.

« Item unum par rigate[2] ad crura.

« Item unum par cyrothecarum ferri.

« Item unum collare ferri ad Bacan[3].

« Item unam malliatam.

« Item unum corellum privatum. »

« Bonensenia, procurator domine Imilie, comitisse, » relicte quondam Bonifatii, comitis Palatini, [ac] po- » testatis et communitatis Mal[l]ian[i], de comitatu » Ildebrandisco, nomine ipsorum, litem contestando » negat narrata vera esse, ut narrantur, et dicit sibi » petita fieri non debere. Salvis omnibus aliis excep- » tionibus et defensionibus suis.

« Super quo cum, procuratore partis alterius respon- » dente, lis fuit legitime contestata, probationes rece- » pimus, quas dictus Blasius pro se et parte sua indu- » cere procuravit. Cumque super hiis fuisset inter » partes diutius disputatum, tandem in causa concluso, » nos, visis et diligent[er] auditis que partes proponere » curaverunt, habito etiam prudentum virorum con- » silio, nichilominus, ad majorem cautelam, super » quantitate rerum ablatarum taxatione a nobis facta, » et ab ipso B[lasio], pro se et sociis suis, juramento » recepto de speciali domini pape mandato, predictos » potestatem et commun[e] castri Mal[l]iani ac procu- » ratorem eorum in mille ducentis et quinquaginta » libris Provenien[sium] senatus predicto Blasio et so- » ciis suis sententialiter condempnamus, super damp- » nis, expensis et interesse pronuntiationem faciendam » domini pape arbitrio reservantes. Prefatam vero co- » mitissam, cum adversus eam nichil probaverit pars

1. Pour *auforzinum*.

2. *Sic.* — Probablement pour *rigatarum* ou *rigatorum*. Dans un inventaire de 1230, cité par Garampi, *Ibid.*, p. 231, on lit : « paria rigatorum de gamba et brachiorum. »

3. *Ms.* : Bacan̄. — Garampi lit *bacan*, qu'il explique par « *baccae*, anelli delle catene ».

» adversa, ab impetitione predictorum B[lasii] et so-
» ciorum suorum duximus absolvendam. Quam senten-
» tiam scribi mandavimus per Noclerium scriniarium.
» In cujus rei testimonium et evidentiam pleniorem
» presens instrumentum sigilli nostri munimine feci-
» mus roborari. Lata est hec sententia et recitata per
» dictum dominum Ostiensem episcopum apud eccle-
» siam Sanctorum Marcellini et Petri, coram hiis tes-
» tibus, scilicet : domino Petro de Sancto Alberto,
» teste; magistro Nicolao de Benevento, teste; Rai-
» naldo Fatuclo, Reatino, teste; domino Gallitiano,
» canonico Bononiensi, teste; Girardino de Bononia,
» teste; Egidio Laur[entii], teste; Angelo, clerico
» Sancti Marci, teste. Ego Noclerius, auctoritate im-
» periali scriniarius, prolationi hujus sententie inter-
» fui, et eam de mandato dicti domini Ostiensis scripsi
» et complevi rogatus. »

5990 Latran, 17 janvier 1241.

[Thomae] priori et capitulo ecclesiae Lateranensis significat se confirmare arbitrium prolatum a bonae memoriae Johanne, Sabinensi episcopo, nec non a Raynaldo, Ostiensi et Velletrensi episcopo, in causa quae inter ipsum priorem, ex una parte, et Marcellinum, Aretinum, tunc Aesculanum, episcopum, ex altera, super ecclesia Sancti Aegidii de Vibrata, Aesculanae dioecesis, ecclesia Sancti Thomae de Aesculo, nec non hospitali et ecclesia seu oratorio aut capella Sancti Bartholomaei de ponte Solestano [de Aesculo], coram Raynerio, Sanctae Mariae in Cosmidin diacono cardinali, vertebatur; inserto sub sua bulla praedicti arbitrii tenore. — (Reg. 20, f. 71 r°; ann. XV, c. 36.)

« .. *priori et capitulo ecclesie Lateranensis*. Quia longinquitate temporis —. Dat. Laterani, XVI kalendas februarii, anno quartodecimo[1]. »

[5991] 21 avril 1236.

[Tenor vero praedicti arbitrii, a praedictis Johanne, Sabinensi, et Raynaldo, Ostiensi et Velletrensi episcopis, lati, a Riccardo scriniario in publicam formam redacti, et continentis instrumentum compromissi utriusque partis, nec non consensum capituli Aesculani et consensum similiter capituli Lateranensis, hic est[2] :]

« In nomine Domini. Amen. Anno Incarnationis
» M°CC°XXXVI[o][1], pontificatus domini Greg[orii]
» noni pape anno X°, mense aprili, die XXI, indictione
» nona. Cum inter venerabilem fratrem M[arcellinum],
» episcopum Esculanum, ex parte una, et Thomam,
» priorem Lateranensem, nomine ecclesie Lateranen-
» sis, ex altera, super ecclesia Sancti Egidii de Vi-
» brata, Esculane diocesis, Sancto Thoma de Esculo,
» hospitali et ecclesia Sancti Bartholomei de ponte
» Solestan[o], coram venerabili fratre R[ainerio],
» Sancte Marie in Cosmidin diacono cardinali, partibus
» auditore concesso, questio verteretur : tandem ab
» utraque parte in nos, miseratione divina J[ohannem],
» Sabinensem, et R[ainaldum], Ostiensem et Velle-
» trensem episcopos, sub pena quinquaginta unciarum
» auri inter se ad invicem sollempni stipulatione pro-
» missa, fuit amicabiliter et legitime compromissum,
» sicut ex compromisso utriusque partis, publica manu
» Jacobi notarii scripto, evidenter apparet. Cujus tenor
» talis est :

[5992] Viterbe, 15 février 1236.

[Instrumentum compromissi facti inter partes, promittentes se ratum habituras, quicquid praedicti Johannes, Sabinensis, et Raynaldus, Ostiensis et Velletrensis episcopi, inter ipsas fuerint arbitrati, a Jacobo notario redactum, hoc est[2] :]

« In nomine Domini. Amen. De lite seu litibus et
« controversiis que vertuntur inter venerabiles patres
« M[arcellinum], episcopum Esculanum, ex una parte,
« et Thomam, priorem ecclesie Lateranensis, ex altera,
« super ecclesia Sancti Egidii de Vibrata, Esculane
« diocesis, Sancto Thoma de Esculo, hospitali Sancti
« Barth[olomei] de ponte Solestan[o] et Sancto Bar-
« th[olomeo], sicut in libello porrecto et porrigendis
« ab utraque parte usque ad dominicam Passionis
« proxime venturam plenius continebitur, dederunt se
« in manibus venerabilium patrum J[ohannis], Sabi-
« nensis, [et] R[ainaldi], Ostiensis et Velletrensis epis-
« coporum, promittentes ad invicem se ratum perpetuo
« habere, quicquid predicti domini episcopi inter pre-
« dictos de premissis laudaverint, composuerint aut

1. Bulle de la XIV[e] année, insérée par mégarde, comme la précédente, dans le *Registre* de la XV[e].
2. Reg. 20, f. 71 r°.

1. Le manuscrit porte *MCCXXXVII*, mais cette date ne s'accorde ni avec l'année du pontificat ni avec le chiffre de l'indiction ; au reste, les dates des pièces 5992, 5993 et 5994 (15 février, 2 mars et 13 mars 1236) rendent ici la date du 21 avril 1236 plus vraisemblable que la date du 21 avril 1237.
2. Reg. 20, f. 71 v°.

« fuerint arbitrati, seu quocumque modo duxerint ter-
« minandum, lite contestata vel non contestata, [post]
« cause cognitionem vel sine cause cognitione, die fe-
« riato vel non feriato, presente altera parte vel ab-
« sente, et quod liceat eis contumaciam utriusque par-
« tis punire, sub pena quinquaginta unciarum auri
« inter eos sollempni stipulatione promissa; qua soluta,
« rata maneant omnia et singula supradicta. Insuper
« promiserunt dare operam, bona fide, quod capitula
« utriusque ecclesie consensum in premissis prebeant
« et assensum. Actum in Viterbio, in domo Sancti An-
« geli de Spata, ubi moratur dominus episcopus Sabi-
« nensis, anno Domini M°CC°XXXVI[°], domini Gre-
« gorii pape temporibus et Fr[iderici], Romanorum
« imperatoris, die XV februarii intrante, indic-
« tione VIIII. Presentibus : Marino, capellano dicti
« domini Sabinensis episcopi; Johanne Petitto, fami-
« liari ejusdem; donno Barth[olomeo], [plebano] Sancti
« Venantii [1], [et] donno Martino, plebano Sancti Be-
« n[edicti], capellanis episcopi Esculani; fratre Au-
« gustino Benevenuto, episcopi scutifero Esculani,
« testibus convocatis. Ego Jacobus predictus, civis
« Ancon[itanus], auctoritate imperatoris notarius, in-
« terfui, et rogatus scripsi et publicavi. »

« Nos igitur, exhibito coram nobis a partibus supra-
» dictis capitulorum suorum consensu, sicut ex tenore
» instrumentorum de consensu predicto, inferius an-
» notato, evidenter apparet, hac die presenti, ratione
» compromissionis predicte, sub eadem pena lauda-
» mus, arbitramur atque mandamus, quod prior et ca-
» pitulum Lateranensis ecclesie quietent, cedant atque
» dimittant ecclesiam Sancti Egidii de Vibrata, cum
» capellis et bonis suis, et quicquid juris habent vel
» habere videntur in eis, episcopo et ecclesie Escula-
» nis, et tam priorem quam clericos, fratres et conver-
» sos ejusdem ecclesie seu capellarum ipsius, ab omni
» obedientia, subjectione, obligatione et promissione
» absolvant, quam priori et ecclesie Lateranensi fecisse
» dicuntur; dimittant etiam jus patronatus quod ha-
» bere se dicebant in ecclesia supradicta, nec illud de
» cetero sibi vendicent in eadem. Ratione quoque com-
» promissi predicti, laudamus et sub predicta pena
» precipimus, ut ecclesiam Sancti Thome de Esculo,
» cum parrochia et omnibus pertinentiis suis, habeat
» Lateranensis ecclesia, et de illa habeat duas libras
» cere annuatim episcopus Esculanus, et quartam
» partem mortuariorum de parrochianis ecclesie su-
» pradicte. Si [1] vero Lateranensis ecclesia ibidem
» instituere velit clericos seculares, Esculano episcopo
» representet, qui ei tanquam diocesano episcopo te-
» neantur. Lateranensis tamen ecclesia libere, sine
» representatione aliqua, possit ibi ponere Lateranen-
» ses canonicos per privilegia Pontificum Romanorum.
» Laudamus etiam et sub jamdicta pena precipimus,
» quod hospitale de ponte Solestan[o], cum oratorio
» Sancti Barth[olomei], libere habeat Lateranensis ec-
» clesia, ita quod de hospitali predicto et bonis ejus-
» dem libere ordinet et disponat. Quod si in oratorio
» Sancti Barth[olomei] posuerit clericum secularem,
» presentetur Esculano episcopo, et teneatur ei sicut
» diocesano suo. Possit tamen in capella et hospitali
» predictis Lateranensis ecclesia celebrare per vices, si-
» ne contradictione episcopi supradicti. Lateranensis [2]
» vero ecclesia de cetero, sine consensu episcopi et ec-
» clesie Esculan[e], nec ecclesiam nec locum religiosum
» recipiat subjectum episcopo et ecclesie Esculan[e],
» nec jus patronatus pertinens ad episcopum et eccle-
» siam memoratam. Si qua vero partium contra hoc
» arbitrium venire presumpserit, predictam penam
» quinquaginta unciarum auri alteri parti committat
» et solvat, et, pena soluta, ipsum arbitrium firmum
» nichilominus et stabile perseveret. Laudatum et re-
» citatum est hoc arbitrium apud Sanctum Sixtum Vi-
» terbiensem, in hospitio domini Ostiensis et Velle-
» trensis episcopi, in presentia partium, et ab utraque
» parte sponte receptum et approbatum. Actum est hoc
» presentibus testibus infrascriptis, ad hoc specialiter
» vocatis atque rogatis : domino Johanne, Dei gratia
» episcopo Verulano, teste; magistro Andrea de Fran-
» cia, domini Ostiensis capellano, teste; magistro Petro
» de Alatro, ejusdem episcopi capellano, teste; ma-
» gistro Matheo, capellano domini Sabinensis epis-
» copi, teste; magistro Marino, capellano ejusdem do-
» mini Sabinensis, teste; magistro Bernardo, capellano
» domini J[ohannis] de Columpna, cardinalis, teste;
» abbate Sancti Pauli de Verulo, teste; domino
» Johanne de Gavinian[o], teste; et domino Jordano
» Vetulo de Anagnia, [teste].

« Tenor consensus capituli Esculani talis est :»

1. Il faut entendre : « Bartholomeo, plebano Sancti Venantii de Esculo. »

1. Une partie de cette phrase et de la suivante a été reproduite par G. Garampi, *Memorie ecclesiastiche appartenenti all' istoria e al culto della b. Chiara di Rimini*, p. 301.

2. Cette phrase se lit également dans G. Garampi, *Ibid.*

[5993] Ascoli, 2 mars 1236.

[Tenor consensus capituli Aesculani[1] :]

« In nomine Dei. Amen. Anno Domini M°CC°XXXVI[o], « die secunda intrante martio, indictione VIIII. Nos « capitulum Esculanum, scilicet Galfridus archipres- « biter, donnus Paulus, Benevenutus Lot, presbiter « Gisonus Criscentii, magister Gentilis, Thodinus, « Nicolaus, Corradus Lot, donnus Rain. Melis, don- « nus Andronicus, Rain. magistri Hilarii et donnus « Giso Petri Symonis, consentimus et concedimus « compromisso facto a domino Marcellino, venerabili « Esculano episcopo, pro ecclesia Esculana, in mani- « bus domini episcopi Ostiensis et domini episcopi « Sabinensis, de questione vertente inter .. priorem « Lateranensem, ex una parte, et ipsum dominum « episcopum, pro ecclesia Esculana, ex altera, de ec- « clesia Sancti Egidii de Vibrata, de hospitali Sancti « Barth[olomei] et de ecclesia Sancti Thome, Esculane « diocesis; et ipsum compromissum sive promissio- « nem factam per dominum episcopum de predictis in « manibus dictorum dominorum, approbamus, et ra- « tum et firmum habere promittimus. Actum infra ca- « pitulum Esculanum. Scripsi ego Guillelmus, a glo- « riosissimo Fr[iderico], Romanorum imperatore, judex « ordinarius et notarius constitutus, rogatu predicto- « rum. Presentibus donno Sciolfo, plebano[2] Murri, « donno Rogerio de Cruce, donno Acton[e], Galterio et « Ventura de Valluran[o], qui presentes rogati fue- « runt. »

« Tenor consensus capituli Lateranensis :

[5994] Latran, 13 mars 1236.

[Tenor consensus capituli Lateranensis[3] :]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Amen. « Anno Incarnationis ejusdem M°CC°XXXVI°, pontifi- « catus domini Greg[orii] noni pape anno nono, mense « martio, die XIII, indictione VIIII. Nos capitulum « Lateranense[4], scilicet frater Gentilis diaconus, frater « Matheus diaconus, presbiter Johannes Balneore- « gensis, presbiter Johannes Sancti Georgii, presbiter « Damianus, frater Anastasius diaconus, frater Mo- « naldus subdiaconus, presbiter Land.[1], frater Tho- « mas subdiaconus, donnus Johannes Sancte Crucis[2], « presbiter Augustinus et frater Pand.[3], per presens « scriptum notum facimus universis quod nos, de « communi consilio et voluntate omnium nostrum, « promittimus ratum et firmum habere compromissum « factum per venerabilem patrem Thomam, priorem « nostrum, in venerabiles patres et dominos .. Sabi- « nensem et .. Ostiensem episcopos, super questionibus « que vertuntur inter nos, ex parte una, et ve[nerabi- « lem] episcopum et capitulum Esculan[os], ex altera, « de ecclesia Sancti Egidii de Vibrata, hospitali Sancti « Barth[olomei] et ejus oratorio, et de ecclesia Sancti « Thome, Esculane diocesis; et promittimus ratum et « firmum habere compromissum seu promissionem « factam per dictum priorem nostrum in manibus « predictorum dominorum episcoporum. Actum in « claustro veteri Lateranensis ecclesie; presentibus « hiis testibus ad hoc specialiter rogatis et vocatis, « scilicet : Leone Naso, teste; Johanne Cossa, teste; « Buzo Lateranensi, teste; magistro Petro, teste; Con- « sule Lateranensi, teste; et aliis testibus. Ego An- « dreas Danielis, Sacri Romani Imperii scriniarius, « huic promissioni interfui, et de mandato omnium « supradictorum fratrum scripsi et complevi rogatus. »

« Et ego Riccardus, imperialis aule scriniarius, qui » promulgationi arbitrii supradicti interfui, de man- » dato predictorum dominorum episcoporum, predic- » tum arbitrium et omnia supradicta diligenter et » fideliter scripsi et in publicam formam redegi ro- » gatus. »

5995 Latran, 22 avril 1241.

Generali ministro et universis fratribus de ordine Minorum indulget ut ad recipiendum commissiones causarum aut sententiarum executiones per litteras Sedis Apostolicae, vel per legatos seu delegatos ipsius, cogi nequeant inviti, nisi plena in eisdem litteris de hac concessione mentio habeatur.

1. Reg. 20, f. 72 r°.
2. *Ms. :* plebanus.
3. Reg. 20, f. 72 r°.
4. La présente liste a été reproduite par G. Garampi, *Memorie ecclesiastiche appartenenti all' istoria e al culto della b. Chiara di Rimini*, p. 301.

1. Lando? Landulfus? Cf. *supra*, t. II, col. 899, notes. — Garampi a imprimé *Landus*.
2. Le manuscrit porte : « donnus Johannes Sancte Crucis presbiter, Augustinus », mais il faut vraisemblablement lire, avec Garampi : « donnus Johannes Sancte Crucis, presbiter Augustinus. »
3. Probablement *Pandulfus*.

— (Reg. 20, f. 72 v°; ann. XV, c. 37; — Potthast 11008[1]; cf. *ibid.* 10869[2].)

« .. *generali ministro et universis fratribus de ordine fratrum Minorum presentes litteras inspecturis.* Qui, postposita vanitate —. Dat. Laterani, X kalendas maii, anno quintodecimo. »

5996 Latran, 26 avril 1241.

Archiepiscopo Barensi et episcopo Bitetensi mandat quatenus archiepiscopo Brundusino injungant ut in fratres Praedicatores Brundusii ac benefactores eorum excommunicationis sententiam de cetero non ferat, et sententiam quae in eos contra apostolicam inhibitionem fuerit attentata, inanem et irritam nuntient; insuper eundem archiepiscopum compellant ut eosdem fratres super sepultura, nec non super exactione census vel aliis indebite non molestet; ceterum eis significat se velle eosdem fratres ad observantiam pactionis cum eodem archiepiscopo initae non teneri, de abbate videlicet Nerdonensi, ipsorum benefactore, vel aliquo de Nerdonensibus monachis de cetero non recipiendo. — (Reg. 20, f. 72 v°; ann. XV, c. 38; — Potthast 11006.)

« .. *archiepiscopo Barensi et .. episcopo Bitetensi.* De humilium depressore —. Dat. Laterani, VI kalendas maii, anno quintodecimo. »

5997 Latran, 26 avril 1241.

Eisdem similiter scribit de eodem Brundusino archiepiscopo, qui ab eisdem fratribus Praedicatoribus de Brundusio portionem exigebat de his quae eis ad cultum divinum legabantur, eisque licentiam audiendi confessiones denegabat; eis mandat quatenus, post inquisitionem de his factam, praedictum archiepiscopum, extunc ab officio et beneficio suspensum, compellant ut infra praefigendum ab ipsis terminum, apostolicam adeat praesentiam; quod fecerint, ipsi papae per litteras suas intiment. — (Reg. 20, f. 72 v°; ann. XV, c. 39.)

« *Eisdem.* Ad illum mentis —. Sane ipse [Brundusinus archiepiscopus] a dilectis filiis fratribus ordinis Predicatorum in Brundusio constitutis, de hiis que in ornamentis, vel pro eis seu fabrica, luminaribus, anniversario, septimo, vicesimo vel tricesimo sive aliis, ad perpetuum cultum divinum legantur eisdem, exigit portionem; et licet ipsi se ad hoc proponant humiliter non teneri, cum sit per Sedem Apostolicam diffinitum quod de talibus canonica portio deduci non debet, dummodo in fraudem non fiat ut ea episcopus sive parrochialis ecclesia debeat defraudari, ipse tamen, decretalem hujusmodi, sicut accepimus, dicens, procacitate solita, esse nullam, eorumdem pretextu fratrum, quibus quod nullorum confessiones audiant, interdicit, asserit impudenter quod hujusmodi audientia nec a Romano Pontifice nec legato in sua parrochia posset fieri, absque sui licentia speciali —. Dat. Laterani, ut supra. »

5998 Latran, 3 mai 1241.

Archiepiscopo Arelatensi mandat quatenus abbatem et conventum Villae Magnae, Biterrensis dioecesis, moneat et inducat ut vel Nicolaum, canonicum ecclesiae Sancti Laurentii Tiburtini, aut Benedictum de Verulo, ejus procuratorem, percipere proventus ecclesiae Sancti Stephani de Pezan. permittant, et ei satisfaciant de perceptis a tempore factae ipsi Nicolao collationis, aut ei annuam viginti quinque librarum Turonensium pensionem assignent, vel coram ipso papa se praesentent. — (Reg. 20, f. 72 v°; ann. XV, c. 40; — Moreau 1193, f. 282.)

« .. *archiepiscopo Arelatensi.* Dilectus filius Nicolaus, canonicus ecclesie Sancti Laurentii Tiburtin[i], nobis exposuit quod, cum ei per venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum et dilectum filium .. abbatem Sancti Pauli Narbonen[ses] in competenti ecclesiastico beneficio in provincia Narbonensi auctoritate apostolica mandaverimus provideri, dicti archiepiscopus et abbas, in mandati nostri executione sollicite providentes, .. abbati Ville Magne, Biterrensis diocesis, mandaverunt ut vel Benedictum de Verul[o], procuratorem ejusdem canonici, in corporalem possessionem omnium proventuum ecclesie Sancti Stephani de Pezan., quos habuerat ante suam promotionem, induceret, salva portione perpetuo vicario ipsius ecclesie assignata, vel annuam viginti quinque librarum Turonensium pensionem tamdiu persolveret canonico supradicto, donec provideret eidem in ecclesiastico beneficio competenti. Et licet idem abbas Ville Magne prefatum procuratorem in possessionem induxerit proventuum ecclesie memorate, quia tamen, mutata postmodum in contrarium voluntate, proventus predictos procuratorem eumdem perci-

1. Avec la date *V* (probablement erreur de copiste pour *X*) *kalendas maii* (= 27 avril), d'après Wadding, *Annales Minorum*, III, 418, n° 35, et Sbaralea, *Bullar. Francisc.*, I, 294, n° 338.

2. Avec la date *X kalendas maii, anno quartodecimo* (probablement erreur de copiste pour *quintodecimo*) (= 22 avril 1240), d'après Wadding, *Op. cit.*, III, 411, n° 23, et Sbaralea, *Op. cit.*, I, 277, n° 309. Le texte des pièces 10869 et 11008 de Potthast est exactement le même; les dates seules diffèrent.

pere minime permittebat, iidem archiepiscopus et abbas in eum excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgarunt; qua jamdictus abbas, pretextu cujusdam appellationis frustratorie ad nos emisse, contempta, divina celebrare, immo, quantum in eo est, potius prophanare officia non veretur —. Cum autem postea dilecto filio .. archidiacono Magalonensi direxerimus nostras litteras, continentes ut, si res taliter se haberet, procuratorem dicti N[icolai] in ejusdem ecclesie possessionem, amoto ab ea quolibet illicito detentore, reducere ac defendere procuraret inductum —, ac eundem abbatem, pro eo quod sic ligatus dicebatur celebrasse divina, pena canonica castigaret — : prenominato archidiacono, parte adversa citata, ve[nerabili][1] f[ratri] n[ostro] .. episcopo Biterrensi committente super hoc totaliter vices suas, ac ipso episcopo subdelegationem sibi factam suscipere non curante, quod mandavimus, non extitit adimpletum; sicque idem N[icolaus] nondum de nostra gratia nisi labores et expensas tantummodo reportavit. Nolentes igitur supradictum N[icolaum] fructu nostre gratie defraudari, ac ipsum abbatem de sua nequitia commodum reportare, mandamus quatenus antedictum abbatem ejusque conventum ut vel ipsum canonicum aut procuratorem suum, ejus nomine, proventus permittant percipere memoratos, et satisfaciant ei nichilominus a facte sibi collationis tempore de perceptis, aut predictam ei pensionem assignent, vel infra competentem terminum a te prefigendum eisdem, ipse abbas personaliter et conventus per procuratorem idoneum nostro se conspectui representent, ostensuri quare id fieri non debeat vel non possit, moneas attentius et efficaciter inducere non omittas —. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, dummodo ultra tertiam vel quartam pars altera extra suam diocesim ad judicium non trahatur. Dat. Laterani, V nonas maii, anno quintodecimo. »

5999 Latran, 4 mai 1241.

Archiepiscopo Brundusino excessus suos erga fratres Praedicatores Brundusii vehementer crimini dat, eique mandat quatenus eosdem fratres eorumque benefactores molestare, ut solebat, in posterum cesset — (Reg. 20, f. 73 r°; ann. XV, c. 41; — Moreau 1193, f. 286; — cf. *supra*, n 5996 et 5997.)

« .. *archiepiscopo Brundusino*. Quid gloriaris in malitia[1], qui te genere nobilem, scientia preditum et moribus asseris insignitum? Cur ministerium pontificale vituperas, qui totam Bibliam te corde scire commendas? Unde tibi tanta audacia spernendi ministros Domini, sanctam studentes Ecclesiam verbis et operibus venerari? Sane, sicut a tue consciis conditionis innuitur, id ex capitis dispositione provenit, quod expers manie non existit, prout ex eo presumitur, quod dilectos filios fratres ordinis Predicatorum Brundusii commorantes, si presentiam tuam adeunt, sepe lacessis injuriis, et ipsos, te in vinea Domini otiis immorante, verbum vite in ecclesia majori proponere non sine difficultate permittis, multis in commisso tibi grege sine spirituali profectu manentibus, dum nec illi per te celestis dulcedo manne gustanda tribuitur, nec ipsam per eosdem fratres congruis dispensari temporibus indulgetur. Ad majoris etiam inconvenientie signum, per Brundusin[as] ecclesias excommunicari faciens universos qui apud dictos fratres sepulturam eligerent, vel ipsorum adire domum pro animarum consilio attemptarent, os tuum, maledictione plenum[2], ad illum dilatasti procacitatis excessum, ut, eorumdem pretextu fratrum, quibus quod nullorum confessiones audiant, interdicis, proferre presumpseris, factus audientibus in dirisum, quod hujusmodi audientia nec a Romano Pontifice nec legato in tua parrochia posset fieri, absque tua licentia speciali. Quid plura? Dictorum fratrum ecclesiam, a prima fundatione sui a cujuslibet solutione census immunem, moliens de novo tibi reddere censualem, de hiis que in ornamentis, vel pro eis seu fabrica etc., ut supra, in XXXVIIII[a][3] littera, usque : debeat defraudari, tu tamen, dicens quod, qualitercumque dictis fratribus legatur aliquid, tua fraudatur ecclesia, nisi quarta tibi de omnibus tribuatur, decretalem hujusmodi nullam esse impudenter asseris, quasi privatus interne sis omnino lumine rationis; cujus si tibi pars aliqua remansisset, scires utique quod, cum Sedis Apostolice decretales et constitutiones reverenter suscipere, docere ac servare spoponderis, ex ipsarum contemptu dampnabili excidi a beati Petri corpore tanquam membrum inutile promereris. Insuper, predictis et consimilibus excessibus non contentus, in benefactores dictorum fratrum, sicut tibi ministrat voluntatis impetus, ac fratres eosdem, si benefactores ipsos, tecum aliquid questionis habentes, quandoque hospitalitatis obtentu in sua domo recipiunt, excommunicationis

1. *Ms.* : et ve.

1. Cf. Ps. LI, 3.
2. Cf. Ps. IX, 28.
3. *XXXVIIII* résulte d'une correction.

sententiam ferre non metuis, nec eis postmodum, nisi certa inter te ac ipsos interveniat pactio, absolutionis beneficium impertiris, ad hoc intentionis tue summam dirigens, ut, eosdem fratres, quorum exemplis et meritis ubique terrarum nomen attollitur Redemptoris, habendo contemptui, tue possit latitudo substantie de tenui subditorum tibi facultate pauperum ampliari; advertere nescius quod in hoc et pietas Conditoris offenditur, et turbationis materia quietis timentium Deum mentibus generatur. Volumus itaque et in virtute obedientie dis[tricte] tibi precipiendo mandamus quatenus, pensare sollicitus quod in te presulatus officium circa virtutum observantiam haberi non deceat otiosum, quin immo quod semper ad hoc invigilare debeas, ut divini assidue majestatem nominis et Sanctam Romanam Ecclesiam revereri continue comproberis, tuis labiis, ne te ipsorum labor operiat[1], condigni censuram adhibendo silentii, in hiis que ipsa pie tenet et salubriter docet Ecclesia, postpositis stultis et sine disciplina questionibus, cautus et perspicax studeas inveniri; ceterum, te propitium et affabilem reddendo pauperibus, ut saltem videaris in aliquo ad tui decorem officii gratiosus, prefatos fratres presidio favoris oportuni prosequere, te ab ipsorum et benefactorum suorum solitis cohibendo molestiis, ne caritatis odire merita et Christum in membris persequi videaris, habendus nichilominus ab illis in fabulam, qui, dum tuos ineptos motus aspiciunt et advertunt que loqueris, carere sale gratie, Dei mirantur ecclesiam te usque nunc sine correctionis baculo preteri[i]sse, licet in promptu sit quod, cum ad nos de tua veritas enormitate pervenerit, super qua per ve[nerabiles] f[ratres] n[ostros] .. archiepiscopum Barensem et .. episcopum Bitetensem inquiri mandavimus, circa correctionem tui taliter procedamus, quod informante pena doceberis et tuas culpas agnoscere, et cautele metusque causa videberis aliis extitisse. Dat. Laterani, IIII nonas maii, anno quintodecimo. »

6000 Latran, 26 avril 1241.

Universis abbatissis et monialibus inclusis monasteriorum ordinis sancti Damiani indulget ut a quoquam conveniri per litteras apostolicas nequeant, nec aliquis contra ipsas procedere auctoritate valeat earundem, nisi de ipsarum abbatissae et monialium ordine fecerint mentionem. — (Reg. 20, f. 73 v°; ann. XV, c. 42; — Potthast 11007.)

« *Universis abbatissis et monialibus inclusis monasteriorum ordinis sancti Damiani.* Personis que mundo —. Dat. Laterani, VI kalendas maii, anno quintodecimo. »

1. Cf. Ps. CXXXIX, 10.

6001 Latran, 10 mai 1241.

Potestati, consilio et populo Ferentinatibus significat se eis et eorum adjutoribus poenam omnium excessuum quibus Romanam Ecclesiam et comites Campaniae offenderint, remittere. — (Reg. 20, f. 73 v°; ann. XV, c. 43; — Potthast 11012; — Rodenberg 810.)

« .. *potestati, consilio et populo Ferentinat[ibus], spiritum consilii sanioris.* Intenta misericordie studiis —. Dat. Laterani, VI idus maii, anno quintodecimo. »

6002 Latran, 10 mai 1241.

Huguicioni, subdiacono et capellano suo, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictis Ferentinatibus, receptis ab eis juramento de stando mandatis Ecclesiae et viginti quattuor obsidibus, quorum duodecim sint ex militibus et reliqui ex popularibus, beneficium absolutionis impendat, juramentum fidelitatis de novo ab eis postmodum recepturus; his quidem peractis, litteras apostolicas super relaxatione poenae eisdem assignet. — (Reg. 20, f. 74 r°; ann. XV, c. 44; — Potthast 11013; — Rodenberg 811.)

« *Huguicioni, subdiacono et capellano nostro.* Presentium tibi auctoritate —. Dat. ut supra. »

6003 Latran, 30 avril 1241.

Episcopo Olorensi mandat quatenus pecuniam de redemptionibus crucesignatorum et de legatis pro Terra Sancta ab ipso episcopo et a fratre Willelmo, custode fratrum Minorum de Wasconia, collectam, in diversis locis depositam, videlicet triginta milia solidorum Morlanensis monetae, ad tutum locum deportari et inibi conservari faciat, illis assignandam, quibus ipse papa mandaverit. — (Reg. 20, f. 74 r°; ann. XV, c. 45; — Potthast 11009.)

« .. *episcopo Olorensi.* Litteras tuas benigne recepimus, et ea que continebantur in eis, intelleximus diligenter —. Verum, cum, sicut ex earum tenore didicimus, triginta milia solidorum Morlanensis monete de redemptionibus crucesignatorum et legatis Terre Sancte tu et frater Willelmus, custos fratrum Minorum de Wasconia, de mandato Sedis Apostolice duxeritis colligenda, et pecunia ipsa in diversis locis deposita esse noscatur, fraternitati tue, de qua plenam in Domino fiduciam

gerimus, presentium auctoritate mandamus quatenus, predictam pecuniam sine diminutione aliqua ad aliquem tutum locum per aliquos prelatos vel alias personas idoneas, sicut videris expedire, deportari et inibi conservari faciens, illam eis qui ad te super hoc a nobis deferent speciales litteras et mandatum, assignare procures —. Dat. Laterani, II kalendas maii, anno quintodecimo. »

6004 Latran, 12 mai 1241.

Communi Aesculano concedit ut contra malefactores qui in eorum civitate et districtu consistant, secundum juris ordinem et antiquam et approbatam consuetudinem aliarum civitatum Marchiae procedere possint. — (Reg. 20, f. 74 r°; ann. XV, c. 46; — Moreau 1193, f. 294; — Potthast 11014; — Rodenberg 814.)

« *Communi Esculan*[*o*]. Attendentes grata obsequia que Sedi Apostolice impendistis hactenus et jugiter exhibere curatis, ac tribulationes et angustias quas a Friderico, Dei et Ecclesie inimico, pro Ecclesie et Apostolice Sedis fidelitate servanda, patimini, honori et utilitati civitatis vestre libenter intendimus, et ipsius obsequiis grata beneficiorum exhibitione, prout secundum Deum possumus, respondemus. Hinc est quod, vestris precibus grato concurrentes assensu, presentium vobis auctoritate concedimus ut contra malefactores qui in civitate ac districtu vestro consistunt, possitis secundum juris ordinem et aliarum civitatum Marchie antiquam et approbatam consuetudinem justitie debitum exercere —. Dat. Laterani, IIII idus maii, anno quintodecimo. »

6005 Latran, 12 mai 1241.

« In eundem modum *eisdem*, usque : assensu, civitatem ipsam cum districtu suo ad manus nostras recipimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis, eandem interim ab oneribus rectorum Marchie qui pro tempore fuerint, eximentes. Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 74 r°.)

6006 Latran, 1er mai 1241.

Episcopo Aegitaniensi, Tiburtio, electo Colimbriensi, et fratri Gundisalvo, ordinis Praedicatorum, quondam decano Visensi, late scribit de causa mota a magistro Suerio, de civitate Elborensi oriundo, et in eadem civitate ecclesiam parochialem habenti, contra electionem de Martino, Elborensis ecclesiae decano, in episcopum Elborensem factam; quae causa fuerat coram Stephano, tituli Sanctae Mariae Transtiberim presbytero cardinali, agitata; eis mandat quatenus in eodem negotio procedant, et praedictam electionem, si eam invenerint de persona idonea canonice celebratam, confirmare, alioquin cassare, curent. — (Reg. 20, f. 74 r°; ann. XV, c. 47; — cf. *supra*, n° 3964.)

« .. *episcopo Egitaniensi, T*[*iburtio*], *electo Colimbriensi, et fratri Gundisalvo, ordinis Predicatorum, quondam decano Visensi.* Ecclesia Elborensi destituta pastore ac M[artino], ipsius decano, in episcopum ejus electo, magister Suerius, electioni se opponens illius, tam ipsum quam electores suos citari per litteras nostras obtinuit, ut decanus idem personaliter et electores per procuratorem idoneum nostro se conspectui presentarent. Ipso igitur electo et procuratore capituli Elborensis, ac dicto magistro in nostra presentia constitutis, eisque dilecto filio nostro S[inibaldo], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbitero cardinali, auditore concesso, coram ipso prefatus electus electionem de se factam petiit confirmari, eodem magistro respondente id fieri non debere. Contra quem cum fuisset, pro ejusdem electi parte, propositum quod non esset, eo quod non intererat sua eidem electioni se opponere, audiendus, quia nec erat ecclesie predicte canonicus nec aliquid obtinebat in illa, tandem dictus auditor ipsum, etiam si non esset ipsius ecclesie canonicus, ut pars dicebat adversa, cum de civitate Elborensi oriundus existat et habeat ecclesiam parrochialem ibidem, debere[1] admitti interloquendo decrevit. Sed nichilominus dictus electus proposuit ex alia causa eum admittendum non esse, utpote pluribus sententiis excommunicationum astrictum. Prefato itaque cardinali pro negotio Ecclesie absente, et causa dilecto filio nostro S[tephano], tituli Sancte Marie in Transtiberym presbitero cardinali, commissa, et auditis ab eo super hoc hinc inde propositis nobisque plene relatis, nos, quia super sententiis ipsis fieri non poterat apud Sedem Apostolicam plena fides, ne, propter hoc electionis negotio prorogato, ecclesia prefata dispendia pateretur, Petrum, canonicum Compostellanum, ad prosequendum idem negotium procuratorem duximus statuendum. Prefatis igitur electo et procuratore capituli Elborensis narrantibus coram cardinali eodem electionis processum et eam petentibus confirmari, dictus P[etrus], factum ex adverso proponens, respondit quod non erat ipsa electio confirmanda. Lite itaque legitime contestata, et

1. *Ms.* : ipsum debere. — Le mot *ipsum* est déjà exprimé trois lignes plus haut : « ipsum, etiam si... »

prestito de dicenda veritate a partibus juramento, factisque quibusdam interrogationibus a cardinali prefato ac responso ad eas, nec non propositis aliquibus exceptionibus et positionibus hinc et inde, dictus Petrus processum coram capitulo Compostellano super ipsa electione habitum, quam prefatus electus et capitulum Elborenses ab eodem Compostellano capitulo, ecclesia Compostellana, metropolitana loci, vacante, confirmari petierant, ut dicebat, cum processum ipsum de mandato nostro dictum Compostellanum capitulum ad Sedem Apostolicam transmisisset inclusum, petiit aperiri, intendens per eundem processum ac alia predictam electionem extitisse minus canonicam, et nonnulla que dictus electus coram eodem cardinali negarat, in jure probare. Sed ex parte ipsius electi quod aperiendus processus ipse non esset, inter alia extitit allegatum, quia litteris nobis capituli nomine presentatis, in quibus continebatur predictum capitulum de mandato nostro eundem ad nos transmisisse processum, cum essent ignoto sigillo signate, fides non erat aliquatenus adhibenda; maxime quia mandatum apostolicum de quo mentio fiebat, in illis minime apparebat, nec fuerat predictis electo et capitulo Elboren[sibus] facta copia de prefato processu, sed ipsum contra legitimas sanctiones Compostellanum capitulum ad Sedem Apostolicam, eis ignorantibus, destinarant; qui etiam, cum per falsa et contraria instrumenta, sicut dictus magister fuerat in jure confessus, ut idem dicebat electus, nec non post appellationem quam idem magister procuratorem suum a Compostellano capitulo ad nos interposuisse dicebat, habitus extitisset, nullus erat; presertim cum prefatum capitulum auctoritatem confirmandi vel infirmandi electionem premissam, vacante sede, minime obtineret, quia, de consuetudine Yspanie, contradictorio judicio jam dudum obtenta, vacantibus metropolitanis ecclesiis, capitula earum ad confirmandas vel infirmandas electiones ecclesiarum suffraganearum vacantium non procedunt, sed ipsarum confirmatio vel infirmatio futuris archiepiscopis reservatur. Sicque dictus processus, tanquam coram non judice habitus, dicebat[ur] haberi vacuus et inanis; et ex eo etiam, quod cum memorato magistro vel ejus procuratore habitus fuerat, cum magister ipse a prosecutione negotii foret amotus, ad prosequendum illud alio constituto, erat invalidus reputandus. Sed econtra propositum extitit quod apertio processus ejusdem propter hoc omittenda non erat. Liquido enim constare poterat predictas litteras vero capituli Compostellani sigillo fuisse munitas. Idem quoque capitulum processus ipsius copiam facere partibus, cum illum ad Sedem Apostolicam de speciali mandato nostro transmitteret, minime tenebatur, licet alias judex, cum relaturum se asserit, volens superiorem consulere, debeat litigantibus edere consultationis exemplum. Nec dixerat prefatus magister processum eundem extitisse habitum per falsa et contraria instrumenta; sed scripta quedam, electi nomine intitulata, predicto capitulo Compostellano exhibita, suggerere falsitatem, cum contineretur in eis eligendi potestatem in canonicos qui eum elegisse dicuntur, fuisse, absente Pelagio Petri, canonico Elborensi, translatam; decretum autem electionis capitulo presentatum eidem, quod intitulatum fuerat nomine capituli Elborensis et processum continebat electionis ipsius, falsum minime suggerebat : unde, ut fieret super hoc fides, petebat dictum aperiri processum, cum decretum idem contineretur in eo; et, cum fuisset ab eodem capitulo[1] pro supradicto magistro ne confirmaretur electio, appellatum, et ipsum capitulum non confirmasset eandem, prefatus processus, quia non contra ipsam appellationem sed secundum eam potius fuerat assecutus, non debebat irritus reputari. Nec dici juste poterat fuisse coram non judice habitus, cum constet capitulum ecclesie metropolitane, ipsa vacante, potestatem confirmandi vel infirmandi electionem ecclesie suffraganee obtinere de jure; neque a prosecutione cause predictus magister erat exclusus, sed potius fuerat ab auditore predicto per interlocutoriam ad eam prosequendam admissus, licet postea, expeditioni cause providentes ipsius, duxissemus ad hoc alium statuendum. Nos igitur, premissis et pluribus aliis per cardinalem eundem diligenter auditis, ne, occasione prefati ad nos transmissi processus, causa ipsa in grave dispendium Elborensis ecclesie protrahatur, factum, prout extitit utrinque narratum, et predictas interrogationes et responsiones ad eas, ac exceptiones et positiones, vobis sub bulla nostra mittimus interclusa, discretioni vestre, de assensu partium, per apostolica scripta mandantes quatenus, assignantes eis locum idoneum et securum, et facientes exhiberi vobis electionis decretum, in negotio, processu ipso transmisso nequaquam obstante, ra[tione] pre[via], procedatis, et, auditis super electi prefati meritis, eligentium studiis, ac processu electionis et aliis contingentibus electionem eandem, que supradicti electus et procurator capituli Elborensis, ac P[etrus], Compostellanus canonicus, coram vobis duxerint proponenda, electionem ipsam, si eam inveneritis de persona idonea canonice celebratam, confirmare, alioquin cassare, auctori-

1. Il faut entendre ici : « ab eodem capitulo Compostellano. »

tate nostra curetis. Contradictores etc. Testes etc., usque : cogatis, preter quam super criminibus censura simili etc., usque : perhibere. Non obstantibus indulgentia fratribus Predicatoribus ab Apostolica Sede concessa, ne de causis sibi ab eadem Sede commissis, cognoscere teneantur inviti, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Quod si non omnes etc., duo etc. Dat. Laterani, kalendis maii, anno quintodecimo. »

6007 Latran, 18 mai 1241.

Potestati, consilio et populo Bononiensibus narrat quomodo Fridericus, dictus imperator, primum petierit ut concilium convocaretur, et postea litteras contrarias destinarit, et quomodo praelatos ad Sedem Apostolicam accedentes, cum episcopo Praenestino et Ottone, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legatis, insidiis ceperit: eos monet et rogat quatenus persecutori Ecclesiae viriliter resistant. — (Reg. 20, f. 75 r°; ann. XV, c. 48; — Moreau 1193, f. 295; — Potthast 11017; — Rodenberg 815.)

« .. *potestati, consilio et populo Bonon*[*iensibus*]. Existens in mari —. Fridericus namque dictus imperator, Ecclesie persecutor, directis olim fratribus nostris et ecclesiarum prelatis ac principibus orbis litteris petiit convocari concilium, ut ibi de meritis cognosceretur ipsius; nosque tandem, de fratrum eorumdem consilio, prelatos et regum ac principum nuntios ad Sedem Apostolicam duximus convocandos. Sed idem, hoc intellecto, quia terroris sonitus impiorum auribus semper inest, eo quod lesa conscientia seva presumit, subsequenter alias litteras contrarias destinavit, et nequiter se humilians examen concilii requirendo, interiora sua plena dolo scripture varietate detexit. Accedentibus itaque ad Sedem eandem prelatis aliquibus, et pluribus eorum propter maris timorem ad propria redeuntibus, ipse, audito vicino reliquorum adventu, eos, positis insidiis, fecit cum venerabili fratre .. episcopo Penestrino ac dilecto filio nostris O[ttone], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, legatis Sedis Apostolice, detineri, quasi non sufficeret sibi quod Ecclesiam multipliciter leserat, nisi et alias eidem inextimabilem irrogaret offensam. Verum, etsi hec turbationem mentibus fidelium inferant, non tamen suorum cordium est immutanda constantia, nec eorum sunt animi sinceri flectendi; sed tanto debent ipsi Ecclesie contra persecutorem eundem favorabiliores adesse, quanto eum ex hiis graviorem ipsis injuriam in illa sentiunt intulisse. Ideoque universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente, mandantes quatenus, in Ecclesie devotione constantissime persistentes, et confidentes in Domino et in potentia virtutis ipsius, inimicis ejus tanquam Christi fortissimi bellatores potenter et viriliter resistatis; nec repentini casus iniquitas corda vestra stupore consternat, sed ad defensionem ipsius Ecclesie accendat ea potius zelus Dei. Nos enim super hiis taliter providere, Deo actore, studebimus, auxilii sui dexteram nobis adesse sperantes, quod, impiorum depressis conatibus, honor erit Altissimo, catholice fidei robur et ecclesiastice libertatis[1] augmentum provenient, ac vestra et aliorum fidelium utilitas subsequetur. Dat. Laterani, XV kalendas junii, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

6008. — In eundem modum *nobili viro .. duci et populo Venetorum*. — (Moreau 1193, f. 301, ex Raynaldo; — Potthast 11015.)

6009. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Mediolanensibus*.

6010. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Ferrariensibus*.

6011. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Mantuanis*.

6012. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Placentinis*.

6013. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Perusinis*.

6014. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Tudertinis*.

6015. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Interannensibus*.

6016. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Urbevetanis*.

6017. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Spoletanis*.

6018. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Narniensibus*.

6019. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Anagninis*.

6020. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Signinis*.

6021. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Alatrinis*.

6022. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Verulanis*.

6023. — In eundem modum .. *potestati, consilio et populo Terracin*[*ensibus*].

1. Peut-être pour *libertati*; cf. *supra*, t. III, col. 446, note 1.

6024 Latran, 2 mai 1241.

Abbati Sanctae Mariae Florentinae, nec non prioribus Sancti Petri Scaradii Florentini et Sanctae Mariae de Vicesimo, Florentinae dioecesis, mandat quatenus faciant firmiter observari quandam sententiam ab episcopo Ostiensi pro abbatibus Sancti Michaelis de podio Sancti Donati, Sancti Jacobi, Sanctae Trinitatis de Turri et Sancti Eugenii, ac pro priore Sancti Vigilii[1], nec non pro eorundem abbatum et prioris conventibus, contra praelatos et clerum civitatis et dioecesis Senen[sis] latam; qua sententia idem episcopus praedictos praelatos clerumque condemnaverat ad receptionem et observationem cujusdam provisionis ipsius papae, videlicet : « ut, cum legatum vel nuntium Sedis Apostolice » per quemcumque locum episcopatus Senensis transitum » habere contingeret, tam ab episcopo et capitulo Majoris » Ecclesie quam ab universis ecclesiarum prelatis civitatis et » diocesis predictarum, et tam que consueverunt quam que » debent et possunt hujusmodi onera sustinere, juxta facul- » tates ecclesiarum suarum proportionaliter fiat contributio » de cetero in procurationibus exhibendis, deputatis ab ipsis » viris idoneis qui, cum opus fuerit, procurationes impositas » provide colligant et jamdictis legatis ac nuntiis, in quocum- » que predictorum locorum fuerint, fideliter administrent, » ita quod collectores procurationum ipsarum singulis annis » mutentur, ac de receptis et expensis, juramento prestito, » plene teneantur reddere rationem ». — (Reg. 20, f. 75 v°; ann. XV, c. 49.)

« .. *abbati Sancte Marie, et .. Sancti Petri Scaradii Florentin., et .. Sancte Marie de Vicesimo, Florentine diocesis, prioribus.* Inter dilectos filios —. Dat. Laterani, VI nonas maii, anno quintodecimo. »

6025 Latran, 17 avril 1241.

Archidiacono, cancellario et praecentori Eboracensibus late scribit de causa quae inter Nicolaum de Karden. et Caeciliam, ejus uxorem, ex parte una, et abbatem conventumque de Drundraynan (= Dundraynan), Cisterciensis ordinis, Candidae Casae dioecesis, ex altera, super possessionibus et rebus aliis ad dotem ipsius Caeciliae spectantibus, vertebatur; quae causa coram diversis judicibus agitata fuerat; eis mandat quatenus excommunicationis sententiam in eosdem Nicolaum et Caeciliam ab abbate de Driburc (= Dryburgh) ejusque collegis, ad quos pars praedictorum abbatis et conventus apostolicas litteras impetraverat, prolatam, relaxent ad cautelam, recepta prius ab eisdem Nicolao et Caecilia cautione quod, si constiterit eandem sententiam fuisse rationabiliter promulgatam, super his pro quibus lata fuerat, Ecclesiae mandato parebunt, et, facientes sibi universas litteras hinc inde a Sede Apostolica obtentas et processus per eas habitos exhiberi, audiant causam et eam, si de partium voluntate processerit, terminent; alioquin eam sufficienter instructam ad apostolicum examen remittant, praefixo partibus peremptorio competenti termino, quo compareant coram ipso papa; non obstantibus indulgentia qua praedictis abbati et conventui de Drundraynan dicebatur fuisse concessum, ne ultra duas dietas extra suum monasterium per litteras apostolicas valerent conveniri, et indulgentia ab Apostolica Sede regi Scotiae concessa, ne homines regni sui extra illud regnum per apostolicas litteras in causam traherentur. — (Reg. 20, f. 76 r°; ann. XV, c. 50; — *cf. supra*, n° 5087.)

« .. *archidiacono, .. cancellario et .. precentori Eboracensibus.* Nicolaus de Karden., miles, et C[ecilia], uxor ejus, nobis exponere curaverunt quod, cum causam que inter ipsos, ex parte una, et .. abbatem et conventum de Drundrayna[n], Cisterciensis ordinis, Candide Case diocesis, ex altera, super possessionibus et rebus aliis ad dotem ipsius C. spectantibus vertitur, ab audientia .. abbatis de Gedewrd. et conjudicum ejus, cognoscentium auctoritate nostra de ipsa, ad nos delatam, .. archidiacono Sancti Andree suisque collegis duxerimus committendam : lite coram ipsis legitime contestata testibusque receptis, quondam nobilis vir Alanus de Galwechia, eorumdem N. et C. dominus temporalis, ipsos per subtractionem bonorum suorum fere omnium, compositionem eis valde dampnosam inire cum adversa parte coegit. Post cujus Alani obitum dicti N. et C., ad nos recursum habentes, ad .. abbatem de Tungland, .. decanum et .. officialem Glaswuenses, plenaria de premissis mentione habita, litteras impetrarunt. Sed quia ipsi decanus et officialis distabant ultra duas dietas a monasterio predictorum abbatis et conventus, quibus a Sede Apostolica est indultum ne ultra duas dietas extra illud per litteras apostolicas trahi possint, in negotio non potuit haberi processus. Cumque postmodum predicti N. et C. procuratorem ad Sedem Apostolicam destinassent, pars altera, procuratorem eundem preveniens festinanter, et a predictis abbate de Tungland et collegis suis se appellasse confingens, ex eo quod ipsi R., filium dictorum N. et C., ad testificandum in causa ipsa, eis contradicentibus, admiserunt, ad .. abbatem de Driburc et ejus collegas nostras litteras impetravit. Coram quibus ex parte dictorum N. et C. fuit excipiendo propositum quod, cum hujusmodi littere nullam de prioribus litteris ad supradictum abbatem de Gedewrd. et collegas ipsius et archidiaconum

1. Il faut entendre : « pro abbatibus Sancti Michaelis de podio Sancti Donati [de Senis], Sancti Jacobi [Senensis dioecesis?], Sanctae Trinitatis de Turri, [Senensis dioecesis,] et Sancti Eugenii [prope Senas], ac pro priore Sancti Vigilii [in suburbio Senarum]. »

Sancti Andree suosque conjudices impetratis, et processibus per eas habitis, compositioneque prefata nullam facerent penitus mentionem, per eas, utpote veritate tacita impetratas, de jure procedere non poterant nec debebant. Sed quia dictus abbas de Driburc et sui collegae interloquendo pronuntiarunt se debere procedere in principali negotio, exceptione hujusmodi non obstante, ipsi, sentientes ex hoc indebite se gravari, ad Sedem Apostolicam appellarunt. At judices ipsi, eorum appellatione contempta, tulerunt excommunicationis sententiam in eosdem. Interim autem idem procurator [..] decano Eboracensi et ejus collegis obtinuit dirigi scripta nostra, ut, facientes sibi exhiberi universas litteras hinc inde obtentas et processus habitos per easdem, causam[1], si de partium voluntate procederet, terminarent; alioquin remitterent eam ad nos sufficienter instructam, termino partibus, quo nostro se presentarent conspectui, assignato. Quibus nondum hujusmodi litteris presentatis, dictus abbas de Drundrayrian[2], ut eos laboribus et expensis compelleret a sui juris prosecutione cessare, personaliter ad Apostolicam Sedem accedens, dilectum filium nostrum R[obertum], Sancti Eustachii diaconum cardinalem, a nobis obtinuit auditorem. Qui, demum abbate ipso et procuratore partis alterius in ejus presentia constitutis, litteras ad prefatum decanum Eboracensem et ejus collegas obtentas, quia in ipsis de predictorum abbatis et conventus appellatione non fiebat mentio, revocavit, et partes ad dictum abbatem de Driburc et ejus conjudices remittendas esse decrevit. Propter quod sepedicti N. et C., protinus ad nos recursum habentes, et asserentes se ab eisdem judicibus, ex causis expressis superius, appellasse, humiliter supplicarunt ut, cum causa ipsa tamdiu per iniqua diffugia sit protracta, quod pro ea jam septies ad Sedem Apostolicam laborarint, et in regno Scotie, propter adverse partis potentiam, nequeat terminari, ei finem imponi debitum faceremus —. Dat. Laterani, XV kalendas maii, anno quintodecimo. »

6026 Latran, 20 mai 1241.

Ancozacasae, civi Romano, crucesignato, quem potestas et commune Montis Alti, pro eo quod eis adhaerere contra Ecclesiam in favorem Friderici, dicti imperatoris, nolebat, possessionibus quas in districtu Montis Alti jure hereditario obtinebat, spoliaverant, eas inter se dividentes, litteris confirmationis dicti Friderici super hoc obtentis, significat se quod a praedictis Friderico nec non potestate ac communi super hoc factum fuerat, irritare. — (Reg. 20, f. 76 v°; ann. XV, c. 51; — Rodenberg 816.)

« *Nobili viro Ancozacase*[1], *civi Romano, crucesignato.* Ex parte tua —. Dat. Laterani, XIII kalendas junii, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

6027 Latran, 21 mai 1241.

Archidiacono de Norhanton[ia], Lincolniensis dioecesis, late scribit de controversia mota inter Ossoriensem episcopum, ex parte una, et Dublinensem archiepiscopum, ejusdem episcopi metropolitanum, ex altera, occasione M., presbyteri Ossoriensis dioecesis, qui, cum ipsum praedictus episcopus monuisset ut focariam quam detinebat, dimitteret, ejusdem archiepiscopi audientiam appellaverat, nec non de vexationibus quibus praedictus archiepiscopus eundem episcopum, jus suum prosequentem, gravaverat; ei mandat quatenus, sibi faciens litteras hinc inde obtentas et processus per eas habitos exhiberi, relaxatis ad cautelam sententiis in praedictos archiepiscopum et episcopum hinc inde prolatis, ac eidem episcopo episcopatu suo et bonis quibus spoliatus fuerat, restitutis, causas inter partes exortas infra sex menses terminet; quod si forsan praedictas causas infra idem spatium terminare nequiverit, vel si contigerit aliquam partium ab ipso archidiacono ad Sedem Apostolicam appellare, processum ad eandem Sedem sub suo sigillo remittat inclusum, et partibus terminum praefigat, quo apostolico conspectui se praesentent; ceterum, pendentibus praedictis negotiis, dictum episcopum a praefato archiepiscopo extra regnum Angliae conveniri vel alias super praemissis molestari non permittat, et praefato archiepiscopo inhibeat ne, his exceptis quae in suffraganeorum dioecesibus metropolitani de jure obtineant, de episcopatu Ossoriensi se intromittat. — (Reg. 20, f. 76 v°; ann. XV, c. 52.)

« .. *archidiacono de Norhanton., Lincolniensis diocesis.* Sua nobis venerabilis frater noster .. Ossoriensis episcopus petitione monstravit quod, cum olim ipse M., presbiterum sue diocesis, monuisset ut focariam dimitteret, quam in anime sue periculum detinebat : eodem presbitero propter hoc, ad sue iniquitatis subsidium, venerabilis fratris nostri .. Dublinensis archiepiscopi, loci metropolitani, audientiam appellante, archiepiscopus ipse, eundem episcopum ad suam presentiam evocans ac reputans ipsum pro sue voluntatis arbitrio contumacem, in eum suspensionis sententiam promulgavit. Cum autem idem episcopus quod canonicis suis obediret in hac parte mandatis, dicto archiepiscopo

1. *Ms.* : causas.
2. *Sic*, pour Dundraynan.

1. Dans la table des *capitula* : Accozacase.

prestiterit juramentum, prefatus archiepiscopus protinus injunxit eidem, ut sexaginta marcas sibi, pro satisfactione dicte contumacie ac expensis quas propter hoc se fecisse dicebat, idem episcopus exhiberet; quas ei licet, non[1] relaxata predicta suspensionis sententia, contra justitiam persolvisset invitus, nichilominus tamen idem archiepiscopus ipsum quasdam litteras compulit sigillare, per quas se sibi, juramento et pena centum marcarum interpositis, obligavit quod de cetero ab injusta cleri et populi Oxorien[sium] vexatione cessaret. Quos quamvis idem episcopus se non credat injuste gravasse et proponat in posterum, dante Domino, non gravare, quia tamen contra episcopalem honestatem videtur quod ipse se ad hoc, litterarum obligatione, juramento et pena interpositis, obligaret, et quia pro modico vel nullo excessu ab emulis suis perjurii infamia impingeretur eidem, nos dicto archiepiscopo per litteras nostras injunximus ut, si esset ita, forma contentus canonica, quam episcopi metropolitanis suis soliti sunt prestare, juramentum sic extortum et penam predictam relaxare procurans, expensas et pecuniam quas ab eo contra justitiam fecerat sibi solvi, et litteras eidem restitueret antedictas; injuncto venerabilibus fratribus nostris .. Wigorniensi et .. Herefordensi episcopis et .. decano Herefordensi quod, si prefatus archiepiscopus mandatum nostrum negligeret adimplere, ipsi eum ad id — cogere procurarent —; commisso nichilominus eisdem, per alias litteras, sub communi forma, negotio super terris, debitis, possessionibus et rebus aliis quibus[2] idem episcopus sibi dictum archiepiscopum injuriari dicebat. Cumque, ipso archiepiscopo mandatum nostrum adimplere nolente, dicti judices, quibus postmodum per alias litteras iterato mandavimus ut, cum ab eis, opponente ipso archiepiscopo quod, tempore impetrationis litterarum nostrarum, dictus episcopus vinculo fuerit excommunicationis astrictus, in causis non procederetur eisdem, et jam esset ipsa sententia relaxata, ipsi in premissis causis et negotiis sibi commissis juxta predictarum procederent continentiam litterarum, quarumdam excommunicationum et aliis exceptionibus ex parte dicti archiepiscopi oppositis, prout de jure fuerat, reprobatis, eidem archiepiscopo, quem sibi pro sua contumacia in quadraginta quinque marcis condempnaverant pro expensis, questione super quibusdam aliis expensis episcopi reservata, ad contestandum litem coram eis certum terminum prefixissent : archiepiscopus, ab eisdem judicibus se appellasse confingens, super appellatione sua ad venerabilem fratrem nostrum .. Lismorensem episcopum, ejus adversarium manifestum, et suos conjudices, ut ipsum fatigaret laboribus et expensis, a nobis litteras impetravit. A quibus procurator ipsius episcopi, ex eo sentiens se injuste gravari, quod indutias ad deliberandum, quas nunquam habuerant, infra quas episcopum ipsum consuleret, utrum vellet contendere vel cedere questioni, sibi concedere contra justitiam denegabant, ac de appellatione ipsius archiepiscopi, minime cognito super principali negotio, perperam procedebant, pro eodem episcopo ad nostram audientiam appellavit. Sed dicti judices, legitima ejus appellatione contempta, excommunicationis sententiam in eundem Ossoriensem episcopum protulerunt. Dictus autem archiepiscopus, gravamina gravaminibus cumulans et episcopatum Ossoriensem totaliter occupans, ita quod per triennium et amplius idem Ossoriensis nichil percipere potuit ex eodem, omnia bona ipsius Ossoriensis, que in domo fratrum Predicatorum de Kilkenny invenit deposita, per violentiam asportavit. Insuper, ab hominibus ejusdem episcopi juramentum fidelitatis extorquens, et beneficia in diocesi Ossoriensi vacantia de facto conferens, licet de jure nequiverit, beneficiis[1] que idem episcopus conferenda duxerat, clericos qui eadem possidebant, spoliare et aliis ipsa pro sua voluntate conferre presumpsit. Quare nobis idem episcopus humiliter supplicavit ut, cum ipse ita sit labore corporis et dolore mentis graviter jam attritus, quod in causis istis, pro quibus pluries a finibus mundi ad Sedem Apostolicam laboravit, et que, per quatuor annos et amplius jam protracte, nondum ad litis contestationem potuerunt pervenire, laborare non possit, et dictus archiepiscopus sit in partibus Ybernie ita potens et sic episcopatum Ossoriensem exhauserit, quod prefatus episcopus cum eo ibi nec possit nec audeat litigare, providere super hoc sibi, non obstante quod ad appellationem suam prosequendam infra annum Sedem Apostolicam, impeditus[2] guerrarum periculis, adire non potuit, paterna sollicitudine curaremus —. Dat. Laterani, XII kalendas junii, anno quintodecimo. »

1. Les mots *non* et *sententia* ont été ajoutés après coup dans l'interligne.

2. *Sic*, peut-être pour *super quibus*.

1. *Ms.* : beneficia.

2. *Ms.* : impeditis.

6028 Latran, 14 mai 1241.

Archipresbytero Urbevetano, — conquerentibus clericis

castri Radicofani episcopum Clusinum in ipsos excommunicationis sententiam promulgasse, eo quod ipsi proponebant se non teneri ad obedientiam, reverentiam, quartam partem mortuariorum, quasdam procurationes, cathedraticum et quaedam alia quae ab eis exigere indebite intendebat, — mandat quatenus, recepta ab eisdem clericis, nec non a laicis ejusdem castri, — in quos, quia se divinis eorum officiis se immiscebant, idem episcopus interdicti sententiam promulgaverat, — de stando mandatis apostolicis juratoria cautione, easdem sententias, a praedicto episcopo iteratas, relaxet, salvo jure in posterum praenominati episcopi; ipse papa congruo tempore super hoc providebit, prout utrique parti viderit expedire. — (Reg. 20, f. 77 v°; ann. XV, c. 53.)

« .. *archipresbitero Urbevetano.* Sua nobis clerici castri Radicofani petitione monstrarunt quod. cum venerabilis frater noster .. episcopus Clusinus obedientiam et reverentiam, quartam partem mortuariorum, nec non et quasdam procurationes, cathedraticum et quedam alia, in quibus eos de jure communi teneri sibi dicebat. et satisfactionem de predictis, que aliquis Clusinus episcopus non percepit, indebite peteret ab eisdem, licet ipsi ad ea se proponerent aliquatenus non teneri, utpote qui non ei, sed .. abbati Sancti Salvatoris de Monte Amiato, Clusine diocesis, sunt pleno jure subjecti, et sibi consueverunt ac tenentur intendere ac etiam obedire et respondere plenarie de premissis : nichilominus tamen idem episcopus, motu proprie voluntatis, in ipsos, in quos nullam prorsus jurisdictionem habere dinoscitur, excommunicationis, et in homines dicti castri. quia se divinis eorum officiis immiscebant, interdicti sententias promulgavit. Cumque postmodum ipsi episcopo nostris dederimus litteris in mandatis, ut, eisdem sententiis relaxatis, ab hujusmodi, presertim hoc tempore, erga ipsius castri clericos et laicos gravaminibus abstineret, .. abbate Sancti Antimi, ejusdem diocesis, quoad relaxationem sententiarum ipsarum, sub consueta forma executore concesso : dicto episcopo asserente litteras ipsius esse veritate tacita impetratas, pro eo quod de procurationibus tantum in eis mentio habebatur, certis articulis pretermissis, nec non et quod quidam eorum januas majoris plebis ejusdem castri, contra voluntatem presbiteri dicte plebis, in ea pro jamdicto episcopo existentis, ex eo extraxerat, quod ipse presbiter illum eandem plebem ingredi non sinebat, ac per hoc nolente mandatum apostolicum adimplere, prefatus executor juxta formam Ecclesie relaxavit sententias supradictas. Sed memoratus episcopus antedictos clericos et laicos in sententias reduxit easdem, nec eas voluit relaxare, quamquam per dilectum filium nostrum R[ainerium], Sancte Marie in Cosmidin diaconum cardinalem, id ei fuisset de mandato nostro injunctum, ac per nos postea districte prohibitum ne in ipsos clericos et laicos, contra primi mandati nostri tenorem, presumeret hujusmodi sententias promulgare, sed relaxaret sine difficultate qualibet, si quas in eos post receptionem ejusdem mandati forsitan promulgarat; nos quoque illas decrevimus irritas et inanes, ipsosque ad observationem earum aliquatenus non teneri —. Dat. Laterani, II idus maii, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

6029 Latran, 23 mai 1241.

Episcopo Cenomanensi mandat quatenus, — si interdicti sententiam, quam bonae memoriae Redonensis et quidam alii Britanniae episcopi singuli in propriam terram quam Johannes, comes Britanniae, in eorum dioecesibus habeat, occasione quarundam injuriarum quas dicebant [Petrum], ejusdem Johannis patrem, olim comitem Britanniae, eis et eorum ecclesiis irrogasse, intulerant, constiterit contra tenorem indulgentiae apostolicae eidem [Petro] concessae, ut nullus in ipsius terram, vel ipsius filii, generalem interdicti sententiam absque Sedis Apostolicae speciali mandato promulgaret, esse latam, — eosdem episcopos moneat et inducat ut praefatam sententiam relaxent; alioquin ipse episcopus illam denuntiet non tenere. — (Reg. 20, f. 77 v°; ann. XV, c. 51; — Moreau 1193, f. 305.)

« .. *episcopo Cenomanensi.* Ex parte dilecti filii nobilis viri Johannis, comitis Brittannie, fuit propositum coram nobis quod, cum olim .. patri suo, tunc Brittannie comiti existenti, de benignitate Sedis Apostolice duxerimus indulgendum, ut nullus in suam ac filii sui terram absque mandato Sedis Apostolice speciali generalem interdicti sententiam promulgaret[1], bone memorie .. Redonensis et quidam alii episcopi Brittannie, imminente tempore quo idem pater suus comitatum sibi debebat, juxta consuetudinem regni Francie, resignare, volentes filium innocentem peccatis patris gravare, communi deliberatione habita, seu conspiratione facta potius contra ipsum, occasione quarumdam injuriarum quas dicebant eundem patrem suum sibi et suis ecclesiis irrogasse, singuli in propriam terram dicti comitis quam in suis diocesibus habet, adhuc indulgentia supradicta concessa patri suo durante, interdicti sententiam promulgarunt, conficto, in fraudem indulgentie supradicte, se non generalem, sed particularem interdicti sententiam protulisse; sub qua omnes fere civitates et nonnulla castra et ville Brittannie includuntur, et cessatur

1. Cf. *supra*, n° 3366.

in eis penitus a divinis, cum, secundum interpretationem juris[1] canonici, interdictum illud generale dicatur, non solum cum regnum vel provincia, verum etiam cum castrum aliquod vel villa supponitur interdicto[2]. Quare dictus comes nobis humiliter supplicavit ut, cum dicti episcopi hujusmodi interdictum, positum tempore patris sui, postquam ipse fuit comitatum adeptus, jam per triennium et amplius fecerint et adhuc faciant observari, et innocens puniri non debeat pro nocente, presertim cum comitatus predictus non ex paterna, sed materna successione[3] potius pervenerit ad eundem, premissam interdicti sententiam faceremus nullam penitus nuntiari. Quocirca mandamus quatenus, si eandem interdicti sententiam contra tenorem ipsius indulgentie, durantis adhuc nec revocate per Sedem Apostolicam, constiterit taliter esse latam, moneas eosdem episcopos efficaciter et inducas, ut prefatam sententiam, quatenus de facto est prolata, de facto studeant sine difficultate qualibet relaxare. Alioquin tu denunties illam auctoritate apostolica non tenere. Constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante, dummodo ultra tertiam vel quartam aliquis auctoritate presentium extra Brittanniam non trahatur. Dat. Laterani, X kalendas junii, anno quintodecimo. »

1. *Ms.* : curis.

2. C. 17, X, V, 40 (*De verborum significatione*).

3. Le grand-père maternel du comte Jean, Guy de Thouars, avait épousé Constance, fille de Conan IV, comte de Bretagne.

6030 Gênes, 10 mai [1241].

Johannes, Arelatensis, et Petrus, Terraconensis archiepiscopi, nec non et Nuno, Astoricensis, Laurentius, Auriensis, Martinus, Salamantinus, Petrus, Portugalensis, et Aegidius, Placentinus episcopi, Gregorio IX papae scribunt, die tertia maii pugna navali exorta, plurimos praelatos ad concilium accedentes a Pisanis et Siculis aliisque de mandato Friderici, dicti imperatoris, captos esse; eum rogant ut ipsis, qui evaserint, praecipiat quid sibi placuerit. — (Reg. 20, f. 78 r°; ann. XV, c. 55; — Moreau 1193, f. 219; *ibid.*, f. 292; *ibid.*, f. 290, ex Raynaldo; — Rodenberg 812, ex Raynaldo.)

« *Littere prelatorum Ispanie super captione legatorum Sedis Apostolice et quorumdam aliorum prelatorum.* Sanctissimo patri et domino Greg[orio], Dei gratia Sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, J[ohannes], Arelatensis, et P[etrus], Terraconensis archiepiscopi, N[uno], Astoricensis, L[aurentius], Auriensis, M[artinus], Salamantinus, P[etrus], Portugalensis, et E[gidius], Placentinus episcopi[1], pedum oscula beatorum. Dolentes referimus, et referendo nimium condolemus, quod, cum nos et venerabiles in Christo patres .. Rothomagensis, .. Burdegalensis, .. Auxitanus, .. Bisuntinus archiepiscopi, .. Carcasonensis, .. Agathensis, .. Neumasensis, .. Terdonensis, .. Astensis et .. Papiensis episcopi, et nobil[is] Romeus, procurator et nuntius .. illustris comitis Provincie, ac quamplures alii prelati et procuratores nostrarum et aliarum diocesum ac provinciarum, cum venerabilibus patribus atque dominis J[acobo], episcopo Penestrino, Otone cardinali et Greg[orio] de Romania, Apostolice Sedis legatis, ad Vestre Sanctitatis presentiam in obedientia et devotione accedere, juxta vestrarum continentiam litterarum, spretis sive postpositis quibuslibet difficultatibus, terroribus et periculis, niteremur, die tertia mensis maii navigium Pisanorum et Siculorum et quorumdam aliorum de jurisdictione F[riderici], dicti imperatoris, et de mandato ejusdem nobis se opposuit ex adverso; qui nos tam potenter et viriliter, culpis nostris exigentibus, expugnarunt, quod, nobis exceptis et Romeo prefato et domino Compostellano, qui, apud Portum Veneris, Januensis diocesis, impeditus, nondum Januam venerat, et quibusdam aliis prelatis, Bracharensi archiepiscopo videlicet et Aniciensi episcopo, et paucis aliis de procuratoribus et familiis prelatorum, quos de iniquorum manibus Jhesu Christi misericordia liberavit, quibusdam etiam gladio et submersione peremptis, secum ceteros deduxerunt, sicut fertur, et credimus vinculis mancipatos. Cum igitur mundus sit positus ultra quam excogitari valeat in maligno[2], et universalis Ecclesia in tribulatione maxima videatur, nisi Dominus nostri debeat extento brachio misereri, attendat Vestra Sanctitas et deliberet qualiter sit in tante necessitatis articulo procedendum, et nobis precipiat quod sibi placuerit, quia, adversitate aliqua non obstante, que, cum bonis votis obicitur, dilectionis vere probatio, non reprobationis indicium esse debet, in omni constantia ac firmitate nos noverit permansuros. Et, licet propter

1. Il semblerait que *Placentinus*, à cette place, ne pût s'interpréter que par *de Plasencia* (Espagne); mais on ne connaît pas, à la date où la présente lettre a été écrite, d'évêque de *Plasencia* dont le nom commence par un *E* (c'était alors, d'après Gams et Eubel, Adam Perez de Cuenca; cf. *supra*, t. III, col. 457, note 1); tandis que cette initiale *E* est celle de l'évêque de *Piacenza* (Italie), qui vivait à cette époque, *Egidius*. En outre, les *Convocationes concilii* imprimées plus haut ne portent mention d'aucun évêque de *Plasencia*. Les auteurs de la présente lettre n'étaient donc pas tous *prelati Ispanie*.

2. Cf. 1 Joann. V, 19.

multa et gravia que hactenus in Deum et Ecclesiam sanctam commiserat, contra ipsum tirannum esset asperius procedendum, ex atrocitate tamen tanti facinoris audemus suggerere quod contra eundem, ratione previa, juxta qualitatem criminis procedatur; sub ipsius enim imperio nunquam Ecclesia pace vel tranquillitate gauderet, presertim cum principes universi exemplum et audaciam ex hac parte reciperent ab eodem. De potestate autem et civibus Januensibus Vestre Sanctitati exponimus quod, quantum audivimus et cognovimus, fideliores et ferventiores in facto Ecclesie se ostendent, quam se ostenderint usque modo. Dat. Janue, X die maii. »

6031 [Vers le 10 mai 1241[1].]

Guillelmus Surdus potestas, consilium et commune Januenses Gregorio IX papae scribunt de pugna navali tertia die maii inita, qua plurimi praelati ad concilium euntes a Pisanis et Siculis, Friderici, dicti imperatoris, fautoribus, capti sint; ad id facinus ulciscendum se incessanter constructioni et munitioni navium et galearum invigilare; rogant papam ut Januam vel ipse veniat vel legatum mittat. — (Reg. 20, f. 78 r°; ann. XV, c. 56; — Moreau 1193, f. 297 *bis*, ex Raynaldo; — Rodenberg 813, ex Raynaldo.)

« *Littere .. potestatis, consilii et populi Januen[sium] super eodem.* Sanctissimo etc., Guillelmus Surdus potestas, consilium et commune Januen[ses], sanctorum pedum osculum cum promptissimo famulatu. Tacti sumus dolore cordis intrinsecus et usque ad animam ipsius doloris gladius pertransivit, quod, dum venerabiles et sancti patres [..] episcopus Penestrinus, dominus Ot[to], tituli Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, et dominus G[regorius] de Romania, capellanus vester, Apostolice Sedis legati, aliique prelati de partibus Occidentis et etiam Lombardie, et nobiles viri ambaxatores Mediolanen[sium], Brixie, Placentie, Janue ad vestrum concilium evocati, in galeis, taridis et sagiteis nostris tam securiter quam letanter venirent, comitantibus eos viris nobilibus et honoratis Januen[sibus] civibus in honorabili quantitate, irruerunt in eos Dei et hominum inimici viri Pisani et Siculi, de Regno undique congregati, die Veneris tertia mensis maii. Nostri vero Januen[ses], Dei auxilio confidentes, ipsis piratis mirabiliter resistentes atque potenter, tres galeas inimicorum, que in prelio antecesserunt, victoriosa manu ceperunt, et, decapitatis bellatoribus ipsarum, tam galeas quam homines ipsarum in maris demerserunt profundum. Cumque inceptum prelium diu durasset, multis hinc inde mortuis et vulneratis, manus inimicorum, Domino permittente, prevaluit; qui, Dei timore et naturali lege et honore Crucifixi et sponse sue pie matris penitus vilipensis, in contemptum et ignominiam Jhesu Christi, tanquam carnifices et tiranni, sanctorum patrum innocentum[1] et aliorum conducentium eos sanguinem effuderunt, corpora ipsorum tam in mare quam in lignis more tirannico trucidantes, raptis ab eis thesauris quos ferebant. Licet autem perfidiam et iniquitatem tantam perfecerint adversus insontes et innocentes, Domino permittente, per gratiam tandem domini Jhesu Christi barche et ligna minuta, que cum nostris erant, et galee septem, cum magna quantitate nostrorum hominum et etiam pluribus prelatorum, qui ad concilium veniebant, videlicet archiepiscopo Sancti Jacobi[2], archiepiscopo Arelatensi, archiepiscopo Terraconensi, archiepiscopo Bracharensi, episcopis Placentino, Aniciensi, Auriensi, Astoricensi, ad partes nostras incolumes redierunt. Dominus autem Romedeus, procurator et nuntius illustris et magnifici viri .. comitis Provincie, cum galea et hominibus suis ad propria sine lesione redivit, navim inimicorum rebus pretiosis onustam, quam in ipso conflictu cepit, secum ducendo; cum quo Ro[medeo] venerabilis et sanctus pater noster .. episcopus Penestrinus, sicut accepimus, incolumis redivit[3]. Alie quidem nostre galee in ipso prelio expugnate plures, sicut audivimus, in pelagus navigantes hostiles manus evaserunt; quas cotidie reversuras expectamus, quatuor aut circa illam quantitatem exceptis, quas crucis et nostri hostes Pisani detinent captas, cum quibusdam prelatorum et ambaxatorum ac aliorum venientium ad concilium nominatum. In ammissione quoque personarum et rerum Januen[sium], licet non modica, non tantum dolemus atque t[ri]stamur, quantum in ignominia nominis Jhesu Christi, ipsi et ejus fidelibus ab F[riderico], dicto imperatore, de ipsius fautoribus tam pertinaciter illata, et in detrimento prelatorum ac suarum rerum, qui ad concilium in virtute obedientie

1. La date de cette pièce doit être peu éloignée de la date de la pièce précédente.

1. *Sic*, peut-être pour *innocentem*, leçon que donne Rodenberg, d'après Raynaldi.

2. D'après la lettre qui précède, des prélats d'Espagne à Grégoire IX (n° 6030), l'archevêque de Saint-Jacques de Compostelle aurait été retenu à Porto Venere (près de la Spezzia).

3. L'évêque de Préneste était au nombre des prélats pris par la flotte de Frédéric II (cf. *infra*, n. 6063 et 6095).

letanter veniebant, Sanctitati Vestre salutare et justum consilium prestituri. Ad ulciscendum quidem tantum facinus et tam atrox, et defendendum fidem et Ecclesiam sanctam Dei et omnem populum sibi adherentem, zelo fidei et amoris ac devotionis caritate accensi, a majori usque ad minorem immutabiliter proposuimus personas et res nostras universaliter operari, nullam requiem assumentes, die aut nocte, donec, rebellium conculcata nequitia, innocentum vulnera, cedes et injurias ulciscamur, ad honorem et gloriam nominis Jhesu Christi et sanctissime persone vestre ac fratrum vestrorum et Ecclesie universalis atque totius fidelis populi Christiani. Pro quorum effectu noverit indubitanter Sanctitas Vestra quod cives Januen[ses], majores et minores, dampnum eis in predicto conflictu illatum pro nullo sive modico reputantes, omissis causis. curis et negotiis universis, constructioni et munitioni navium et galearum incessanter vigilant et efficaciter laborant, ita quod eis tanquam victoribus subicientur more solito inimici; quod in brevi futurum esse speramus, Domino concedente, et quod Ecclesia Dei in perditionis filium, virum flagitiosum, apostatam F[ridericum], dictum imperatorem, et ipsius complices, virtutis sue poterit magnificentiam operari, sicut oportet —. Supplicamus igitur Sanctitati Vestre flexis genibus, per aspersionem sanguinis Jhesu Christi, cujus vicem geritis in terris, humiliter exorando, quatenus, infortunium antedictum, ut decet [1], non curantes, ab incepto proposito tam felici desistere non velitis, sed, fortius animati ad effectum ejus, potentiam vestram magnam extendere non tardetis, ut Petri navicula, quam piissime gubernatis, fluctuum agitata procellis, et adherentes eidem non in equore propter tumultus et tempestates perire, sed ad portum valeant pervenire gaudii et salutis, gubernante illam summa prudentia vestra, cujus splendore illuminantur omnes catholici et fideles Christiani. Venire autem personaliter, si vestre placet clementie, aut aliquem legatum vestrum, virum utique providum et discretum, mittere dignemini ad civitatem et homines vestros Januen[ses], qui cum personis et rebus omnibus Vestre Paternitati subjecti sunt et esse in perpetuum volunt, vestris omnibus beneplacitis et mandatis obedire fideliter et devote voluntarii et parati, procuraturum et facturum ibidem quecumque Deo et Ecclesie et omni populo Christiano grata fuerint et accepta; scientes pro certo quod universitas Januen[sis] bene in fide et devotione Ecclesie unanimis est et constans, magisque ferventior quam fuerit unquam; quod verum esse presentia opera testificantur et clarius testificabuntur. »

1. *Ms.* : ut non deceat. — Le mot *non* est exponctué.

6032 Latran, 24 mai 1241.

Potestatem et commune Castri Ficardi, qui, in fide ac devotione Sedis Apostolicae persistentes, diversas pro Ecclesia illis diebus angustias et jacturas sustinuerant, sub beati Petri et sua protectione suscipit, eisque significat se statuere ut super ipsorum juribus, libertatibus et rationabilibus consuetudinibus nullus eos molestet. — (Reg. 20, f. 79 r°; ann. XV, c. 57.)

« .. *potestati et communi Castri Ficardi, fidelibus nostris.* Sacrosancta Romana Ecclesia —. Dat. Laterani, VIIII kalendas junii, anno quintodecimo. »

6033 Latran, 24 mai 1241.

Episcopo Aretino, marchiae Anconitanae rectori, per cujus litteras ipse papa intellexerat pressuras et angustias quas fideles sui Castri Ficardi pro fide ac devotione Ecclesiae passi essent, mandat quatenus illos, ad importabilem penuriam, sicut ipse papa acceperat, jam redactos, non permittat usque ad apostolicum beneplacitum gravari « super prestandis procurationibus Ecclesie Romane nuntiis, ac super exhibitione » salarii in appellationibus eorum que ad » ipsius episcopi vel ejus officialium audientiam deferantur; insuper operam det ut illorum rationabiles et antiquae consuetudines a nullo infringantur, sed illibatae in suo robore perseverent. — (Reg. 20, f. 79 r°; ann. XV, c. 58.)

« .. *episcopo Aretino, marchie Anconitane rectori.* Pressuris et angustiis —. Dat. ut supra. »

6034 Latran, 1er juin 1241.

Priori Sancti Marci Nigripontensis significat electum Coranum (=? Coronensem) « nuper contra cives Castellan[os] » et Coron[enses] », ac contra Venetos in eorundem Castellanorum et Coron[ensium] civitatibus commorantes, super possessionibus et rebus aliis ab ipso papa ad diversos judices litteras impetrasse, sed se ipsum nolle eosdem Venetos, hoc tempore circa Ecclesiae negotia occupatos, litigiis distrahi; unde ei mandat quatenus eisdem judicibus, et aliis ad quos idem electus contra praedictos litteras apostolicas impetraverit, injungat ut negotiis per easdem litteras sibi commissis usque ad apostolicum beneplacitum supersedeant. — (Reg. 20, f. 79 r°; ann. XV, c. 59.)

« .. *priori Sancti Marci Nigripontensis.* Dignum est ut —. Dat. Laterani, kalendis junii, anno quintodecimo. »

6035 Latran, 29 mai 1241.

Archiepiscopo Thebano, nec non priori fratrum Praedicatorum et archidiacono Nigripontensibus mandat quatenus faciant decimas proventuum ecclesiarum cathedralium, monasteriorum et clericorum, tam Latinorum quam Graecorum, Moreae, Nigripontis insulae et aliarum insularum ecclesiae Constantinopolitanae subjectarum, eidem ecclesiae Constantinopolitanae, usque ad inanitionem miserabiliter deductae, per annum persolvi. — (Reg. 20, f. 79 r°; ann. XV, c. 60.)

« .. *archiepiscopo Tebano, et .. priori fratrum Predicatorum et .. archidiacono Nigriponten*[*sibus*]. Ecclesie Constantinopolitane constantiam commendantes, ipsius penuriam sine pena doloris non possumus intueri, et ejus tam gravem non misereri miseriam non valemus, que quondam opulentissima et princeps provinciarum adjacentium preminebat, quodam singulari privilegio gloriosa, nunc, imperio Constantinopolitano turbato, pene usque ad inanitionem extremam misere ac miserabiliter est deducta ; nec est qui velit vel valeat subsidii porrigere sibi manum; quin potius hostes ipsius, Dei et Ecclesie inimici, adhuc illius reliquias consumere non desistunt. Cum itaque venerabilis frater noster [..] patriarcha Constantinopolitanus imperio supradicto, pro defensione ipsius multa et magna servitia, non solum cum multis laboribus, sed sub variis discriminibus, studiosus impendens, ecclesia sua bonis omnibus destituta, non habeat unde valeat sustentari, sicut vos ipsi, prope positi, plenius agnovistis : mandamus quatenus decimas proventuum ecclesiarum cathedralium, monasteriorum, clericorum, tam Latinorum quam Grecorum, Moree, Nigripontis et aliarum insularum dicte Constantinopolitane ecclesie subjectarum, faciatis eidem per annum sine diminutione persolvi —. Dat. Laterani, IIII kalendas junii, anno quintodecimo. »

6036 Latran, 30 mai 1241.

Episcopo Pragensi concedit ut a Maguntino archiepiscopo, metropolitano suo, intra quadriennium interdici, suspendi vel excommunicari absque speciali Sedis Apostolicae licentia non possit. — (Reg. 20, f. 79 v°; ann. XV, c. 61; — Potthast 11023.)

« .. *episcopo Pragensi.* Volentes ut ex —. Dat. Laterani, III kalendas junii, anno quintodecimo. »

6037 Latran, 30 mai 1241.

Episcopo Vesprimiensi mandat quatenus cum magistro Germano, Vesprimiensis dioecesis clerico, super defectu natalium, si expedire viderit, dispenset. — (Reg. 20, f. 79 v°; ann. XV, c. 62; — Potthast 11025.)

« .. *episcopo Vesprimiensi.* Dilectus filius magister —. Dat. Laterani, III kalendas junii, anno quintodecimo. »

6038 Latran, 29 mai 1241.

Capitulo Pragensi significat se praesentatam sibi electionem [Nicolai], episcopi Pragensis, confirmasse et eidem episcopo munus consecrationis propriis manibus impendisse; eis mandat quatenus eidem obedientiam et reverentiam debitam exhibeant. — (Reg. 20, f. 79 v°; ann. XV, c. 63; — Potthast 11021 *[1].)

« *Capitulo Pragensi.* Presentatam nobis electionem —. Dat. Laterani, IIII kalendas junii, anno quintodecimo. »

6039. — In eundem modum *clero civitatis et diocesis Pragen*[*sis*]. — (Potthast, *post* 11021 *.)

6040 Latran, 29 mai 1241.

« In eundem modum .. *illustri regi Boemie.* [Eum rogat et hortatur quatenus, eundem episcopum sereno vultu recipiens, eum et commissam illi ecclesiam habeat commendatos, ejusdem episcopi monita devote suscipiendo et humiliter observando.] Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 79 v°; — Potthast 11022 *.)

6041 Latran, 29 mai 1241.

Communi Firmano concedit ut contra malefactores qui in eorum civitate et districtu consistant, possint secundum juris ordinem et aliarum civitatum Marchiae antiquam et approbatam consuetudinem justitiae debitum exercere. — (Reg. 20, f. 80 r°; ann. XV, c. 64; — Potthast 11019.)

« *Communi Firman*[*o*]. Presentium vobis auctoritate [etc., ut supra, in litteris ad commune Esculanum directis, sub numero 6004 notatis, usque in finem]. Dat. ut supra. »

6042 Latran, 29 mai 1241.

Eidem significat se civitatem Firmanam cum ejus districtu

1. *Omisso initio*, d'après Erben, *Regesta diplomatica ... Bohemiae*, I, 487, n° 1038.

ad manus suas recipere, et eam ab oneribus rectorum Marchiae qui pro tempore fuerint, eximere. — (Reg. 20, f. 80 r°; ann. XV, c. 65; — Potthast 11020; — Rodenberg 817.)

« *Eidem.* Attendentes grata obsequia [etc., ut supra. in litteris ad commune Esculanum directis, sub numero 6005 notatis, usque in finem]. Dat. ut supra. »

6043 Latran, 30 mai 1241.

Buttaro de Sancta Maria in Monte, Camerinensis dioecesis, qui Romanae Ecclesiae fideliter servierat ac propter hoc damna rerum et expensas incurrerat, significat se ei molendinum, pedagium et terras quae Gentilis de Franco castri Rotundi ab Ecclesia Romana in castro Mattecclae (= ? Matelica) tenuerat, — qui Gentilis, Friderico dicto imperatori contra Ecclesiam serviendo, Sedis Apostolicae gratia se reddiderat indignum, — in feudum concessisse. — (Reg. 20, f. 80 r°; ann. XV, c. 66; — Potthast 11024.)

« *Buttaro*[1] *de Sancta Maria in Monte, Camerinen*[*sis*] *diocesis.* Sedes Apostolica fidelibus —. Dat. Laterani, III kalendas junii, anno quintodecimo. »

6044 Latran, 30 mai 1241.

Episcopo Recanatensi scribit : « Fidei constantiam et de» votionis sinceritatem quam clerus et populus Racanatenses » ad nos et Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, matrem » suam, habuerunt hactenus et habere noscuntur etiam in » presenti, sicut convenit, attendentes, quemadmodum ec» clesiam Sancti Flaviani Racanat[is] episcopali sede, ita » ecclesiam Sancti Viti, civitatis ejusdem, cathedrali cano» nica duximus decorandam. Quocirca mandamus quatenus, » consideratis ecclesie Sancti Viti predicte facultatibus, tot » in ea canonicos auctoritate apostolica statuas, quot ex illis » videris posse commode sustentari. » — (Reg. 20, f. 80 r°; ann. XV, c. 67; — cf. *supra*, n. 5330, 5315 et 5346.)

« .. *episcopo Racanatensi.* Fidei constantiam et —. Dat. Laterani, III kalendas junii, anno quintodecimo. »

6045 Latran, 1er juin 1241.

Universis abbatissis et monialibus inclusis monasteriorum ordinis sancti Damiani intimat se fratribus Minoribus earum obsequiis deputatis, liberam concedere facultatem earum monasteria in quibusdam casibus intrandi, videlicet « pro » exercendo monasteriorum ipsorum opere, vel illis conser» vandis ab incendio seu a latronibus defendendis », seu pro earum confessionibus audiendis, sacramentis eis exhibendis et corporibus sororum decedentium sepeliendis. — (Reg. 20, f. 80 r°; ann. XV, c. 68; — Potthast 11026.)

« *Universis abbatissis et monialibus inclusis monasteriorum ordinis sancti Damiani.* Vestris piis supplicationibus —. Dat. Laterani, kalendis junii. anno quintodecimo. »

6046 Latran, 1er juin 1241.

Episcopo et capitulo Herefordensibus mandat quatenus Thomam Folioth, clericum, consanguineum R[oberti], Sancti Eustachii diaconi cardinalis, in canonicum et in fratrem recipiant, « non obstante certo canonicorum numero, juramento » seu alia firmitate vallato », vel si ipsis pro aliis ipse papa jam scripserit; ipse episcopus, ad quem collatio praebendarum Herefordensis ecclesiae dicebatur pertinere, praebendam quam cito se facultas obtulerit, praedicto clerico conferat; noverint ipsum papam decano Eboracensi, nec non archidiaconis Richemundiae, Eboracensis dioecesis, et de Norhanton[ia], Lincolniensis dioecesis, super exsecutione praesentis mandati scripsisse. — (Reg. 20, f. 80 r°; ann. XV, c. 69.)

« .. *episcopo et capitulo Herefordensibus.* Dignum est ut —. Dat. Laterani, kalendis junii, anno quintodecimo. »

6047 Latran, 22 mars 1241.

Archiepiscopum Compostellanum rogat et hortatur quatenus fratres Minores, quos Portugalensis episcopus ex ipsorum domo, sita in fundo qui Retundella vulgariter appellabatur, ejecerat, ad eundem locum revocet, eosque de cetero conservet ibidem; eis volentibus illic ecclesiam et domos construere, primarium lapidem concedat, et eos eorumque benefactores et operarios a molestiis tueatur. — (Reg. 20, f. 80 v°; ann. XV, c. 70; — Potthast 10999.)

« .. *archiepiscopo Compostellano.* Dolentes accepimus et —. Dat. Laterani, XI kalendas aprilis, anno quintodecimo. »

6048 Latran, 6 juin 1241.

Generali ministro et universis ministris provincialibus ordinis Minorum facultatem concedit subditos suos qui, sive priusquam ordinem intraverint, sive postea, in casibus excesserint, in quibus excommunicationis sententiam et notam

1. Dans la table des *capitula* : *Butaro.*

irregularitatis incurrerint, absolvendi. — (Reg. 20, f. 80 v°; ann. XV, c. 71; — Potthast 11027.)

« .. *generali et universis ministris provincialibus ordinis fratrum Minorum presentes litteras inspecturis.* Licet ad hoc —. Dat. Laterani, VIII idus junii, anno quintodecimo. »

6049. — In eundem modum .. *magistro et universis prioribus provincialibus ordinis fratrum Predicatorum presentes litteras inspecturis*[1]. — (Reg. 20, f. 80 v°.)

6050 Latran, 6 juin 1241.

Henrico, praeceptori domus militiae Templi in Italia, scribit : « Cum venerabilis frater .. episcopus Ostiensis ac dilec-
» tus filius n[ostri] Stephanus, tituli Sancte Marie Transty-
» berim presbiter cardinalis, executores testamenti bone
» memorie Egidii Verracli, capellani nostri, de pecunia quam
» idem capellanus subsidio Terre Sancte legavit, tibi mille
» marcas argenti ad opus domorum militie Templi in Italia
» mutuarint, et dilectus filius .. magister domus militie
» Templi Jerosolimitani quod a te super receptione hujus-
» modi mutui factum est, ratum habuerit et firmum, sicut
» in ejus litteris perspeximus contineri, nos, tuis supplica-
» tionibus inclinati, quod a predictis episcopo et cardinali
» super hoc noscitur esse actum, tenore presentium accepta-
» mus. » — (Reg. 20, f. 80 v°; ann. XV, c. 72.)

« *Henrico, preceptori domus militie Templi in Ytalia.* Cum venerabilis frater —. Dat. Laterani, VIII idus junii, anno quintodecimo. »

6051 Latran, 7 juin 1241.

Electo Catalaunensi mandat quatenus abbatem et conventum monasterii Sancti Urbani, Catalaunensis dioecesis, absolvat ab excommunicationum sententiis quas nonnulli judices a Sede Apostolica delegati, ad instantiam creditorum praedictorum abbatis et conventus, in eos promulgaverant, et, universis eorum debitis in unam summam redactis, et abbati conventuique supradictis congrua sustentatione de bonis ejusdem monasterii reservata, omnes redditus et proventus ejusdem faciat in praedictorum debitorum solutionem converti. — (Reg. 20, f. 81 r°; ann. XV, c. 73; — Moreau 1193, f. 308.)

« .. *electo Cathalaunensi.* Sicut .. abbas et conventus monasterii Sancti Urbani, Cathalaunensis diocesis, sua nobis petitione monstrarunt, monasterium ipsum, propter quondam .. predecessoris ipsius abbatis incuriam, tanto premitur onere debitorum, quod, nisi per Sedis Apostolice providentiam celeriter succurratur eidem, verendum est ne illius possessiones et bona penitus absorbeantur voragine usurarum; ad quarum solutionem universi ejus redditus et proventus vix sufficere asseruntur. Et quia iidem, cum non possent, solvere hujusmodi[1] distulerunt, a nonnullis judicibus a Sede Apostolica delegatis, ad instantiam creditorum suorum Senensium et Ultramontanorum, sunt interdicti, suspensionis et excommunicationis sententiis innodati; propter quod ipsi a celebratione divinorum abstinuerunt fere per biennium reverenter. Quare fuit ex parte dictorum abbatis et conventus nobis humiliter supplicatum ut, cum eisdem creditoribus juxta posse satisfacere sint parati, super hoc eis providere salubriter curaremus. De tua itaque circumspectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, mandamus quatenus, accedens ad prefatum monasterium personaliter, et eosdem abbatem et conventum absolvens ab hujusmodi excommunicationum sententiis juxta formam Ecclesie, vice nostra, universis debitis in unam summam redactis, et abbati et conventui supradictis sustentatione de bonis ejusdem monasterii congrua reservata, omnes redditus et proventus ipsius tamdiu facias in solutionem debitorum converti, donec competentibus terminis totum debitum, cum justis et moderatis expensis ac debita satisfactione dampnorum, usura omnino cessante, fuerit persolutum. Contradictores etc. Dat. Laterani, VII idus junii, anno quintodecimo. »

6052 Latran, 16 juin 1241.

Eidem significat se decernere thesaurarium Catalaunensem super libello in quo petebat cassari electionem et confirmationem de ipso electo factas, non esse audiendum. — (Reg. 20, f. 81 r°; ann. XV, c. 74; — Moreau 1193, f. 318; — cf. *supra*, n. 5974 et 5983.)

« *Eidem.* Electionis negotium de te in Cathalaunensi ecclesia celebrate ad nos per appellationem delatum, primo venerabili fratri nostro .. Meldensi episcopo et conjudicibus suis[2], et postmodum venerabilibus fratribus nostris .. archiepiscopo Rothomagensi et .. Camaracensi episcopo auctoritate nostra commissum, nos,

1. Cet *in eundem modum* a été ajouté dans la marge.

1. Il faut entendre : « hujusmodi debita. »

2. Cf. *supra*, n° 4119.

ne, propter litigiorum strepitus, Cathalaunensis ecclesia gravem in spiritualibus vel temporalibus sustineret ulterius lesionem, ad examen apostolicum revocantes, partibus in nostra presentia constitutis, post disceptationem diutinam, dilectum filium .. thesaurarium Cathalaunensem, qui appellationes que contra te dicebantur interposite, prosequi nitebatur, de fratrum nostrorum consilio decrevimus ad prosecutionem ipsarum non esse aliquatenus admittendum. Tandem, idem thesaurarius, volens in principali procedere, libello suo, in quo petebat electionem et confirmationem de te factas, utpote a paucioribus, et contra formam concilii ac post appellationes ad nos legitime interpositas, attemptatas, cassari seu cassas et irritas nuntiari, et quicquid ex eis secutum est vel ob ipsas, nec non et nuntiari penitus non valere quod a te tanquam electo factum, vel ordinatum sive statutum est, petiit responderi. Sed ad hec fuit ex parte tua in modum exceptionis propositum ex adverso quod, cum appellationis negotium, super quo a nobis citatus fueras, per nos esset, justitia exigente, decisum, et jus tibi revocandi domum competeret, non eras de jure cogendus libello hujusmodi respondere. Verum econtra dictus thesaurarius replicavit quod, cum dicat electionem et confirmationem premissas ipso jure penitus esse nullas, prout superius est ostensum, debemus de hoc ex officio nostro cognoscere, ne perèmptorias exceptiones ab eo propositas videremur sub silentio preterire, constitutionem felicis recordationis Inn[ocentii] pape, predecessoris nostri, in hoc sibi asserens suffragari. Ceterum pro te fuit ad premissa responsum quod, cum de propositis exceptionibus in constitutione preallegata expressis, auctoritate bone memorie P[etri], tituli Sancti Marcelli presbiteri cardinalis, Apostolice Sedis legati, fuerit inquisitum, non erant exceptiones hujusmodi admittende[1]; unde in hoc casu, cum de hiis que proponit thesaurarius, nunquam adhuc actum fuerit, allegata constitutio non vendicat sibi locum. Nos igitur, hiis et aliis que fuerunt proposita coram nobis, plenius intellectis, et super hiis cum fratribus nostris deliberatione habita diligenti, de ipsorum consilio decernimus eundem thesaurarium contra te non esse super libello ab eo proposito audiendum. Si quid vero contra te, non tamen in modum exceptionis, ad impediendum electionis et confirmationis effectum, sed alias juxta canonicas sanctiones duxerit proponendum, postquam pacificam episcopatus ipsius possessionem fueris assecutus, id faciendi coram competenti judice, prout justum fuerit, licentiam non negamus. Dat. Laterani, XVI kalendas julii, anno quintodecimo. »

1. *Ms.* : omittende.

6053 Latran, 26 mai 1241.

Abbatem conventumque Sancti Michaelis de Eremo, ordinis sancti Benedicti, Pictavensis dioecesis, sub beati Petri et sua protectione suscipit, eisque significat se confirmare concessionem quam eis nobilis vir Robertus de Sablolio, dominus de Mornaco, fecerat, de fundo in territorio de Fossatis [posito], cum redditibus bladi et vini de Mornazeis, et de quodam loco in foresta sua, id est ipsius Roberti, de Saliz, cum pascuis et aliis pertinentiis ejusdem loci, et cum libertatibus et immunitatibus saecularium exactionum. — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 75)

« .. *abbati et conventui Sancti Michael[is] de Heremo, ordinis sancti Benedicti, Pictavensis diocesis.* Sacrosancta Romana Ecclesia —. Dat. Laterani, VII kalendas junii, anno quintodecimo. »

6054 Latran, 8 juin 1241.

Abbati et conventui Flavigniacensibus, ordinis sancti Benedicti, Aeduensis dioecesis, concedit ut hominibus ipsorum de Flavigniaco, paratis pro solutione debitorum monasterii contribuere, quandam servitutem, quae *manus mortua* vulgariter nuncupabatur, remittant. — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 76; — Rodenberg 819.)

« .. *abbati et conventui Florigniacen[sibus]*[1], *ordinis sancti Benedicti, Eduensis diocesis.* Monasterio vestro, quod —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno quintodecimo. »

6055 Latran, 17 juin 1241.

B., praeposito ecclesiae Albensis (= de Stuhlweissenburg seu Szekes-Fejervar), Vesprimiensis dioecesis, indulget ne super praepositura dictae ecclesiae ejusque juribus, persecutione Tartarorum in Hungaria durante, auctoritate apostolica vel ordinaria in causam trahi possit. — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 77; — Potthast 11036.)

« *B., preposito ecclesie Albensis, Vesprimiensis diocesis.* Cum, peccatis exigentibus —. Dat. Laterani, XV kalendas julii, anno quintodecimo. »

1. *Sic*, certainement pour *Flavigniacen.*; on lit également *Florigniacen.* dans la table des *capitula*. Dans le corps du texte, le manuscrit porte bien *hominibus vestris de Flavigniaco*.

6056 Latran, 18 juin 1241.

Coventrensi et Lichefeldensi episcopo. — cujus mensae proventus in civitate Coventrensi, ubi sedes episcopalis erat posita, adeo tenues erant, sicut idem episcopus asserebat, ut ipse, ad civitatem eandem accedens, ex praefatis proventibus hospitalitatem non poterat exercere, — indulget supplicanti ut ecclesiam Sancti Michaelis Coventrensis, in qua idem episcopus jus patronatus obtinebat, ipsius ecclesiae cedente vel decedente rectore, possit in usus ejusdem mensae retinere, ita tamen quod praedictae ecclesiae Sancti Michaelis per vicarium serviatur, cui ex ejusdem ecclesiae proventibus congrua portio reservetur. — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 78.)

« .. *Coventrensi et Lichefeldensi episcopo*[1]. Cum episcopalis mense —. Dat. Laterani, XIIII kalendas julii, anno quintodecimo. »

6057 Latran, 16 juin 1241.

Belam, regem Hungariae, de irruptione Tartarorum consolatur, eique promittit se curaturum ut ei efficax consilium et auxilium tribuatur; ei insuper et omnibus qui, assumpto crucis signaculo, contra Tartaros eosdem processerint, illam immunitatem concedit eamque indulgentiam elargitur, quae Terrae Sanctae succurrentibus in generali concilio concessae fuerant. — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 79; — Moreau 1193, f. 322, ex Raynaldo; — Potthast 11034; — Rodenberg 821.)

« *Bele, regi Ungarie illustri.* Vocem in excelso —. Dat. Laterani, XVI kalendas julii, anno quintodecimo. »

6058. — In eundem modum *Colomanno, regi*[2] *illustri et duci Sclavonie.* — (Potthast, *post* 11034.)

6059 Latran, 16 juin 1241.

« In eundem modum .. *episcopo Waciensi.* [Eum de superiore ad Belam regem epistola certum facit, eique mandat quatenus, per Hungariam et vicinas provincias verbum crucis proponens, catholicos inducat ut contra Tartaros, assumpto crucis signaculo, potenter et viriliter se accingant; quaedam de indulgentiis obtinendis addit.] Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 82 r°; — Moreau 1193, f. 323; — Potthast 11033.)

1. Dans la rubrique, on lit : *et .. Lichefeldensi episcopis*; la table des *capitula* de la XV[e] année donne la leçon correcte *episcopo*.

2. Après *regi*, il faut sous-entendre *Ruthenorum*.

6060 Latran, 16 juin 1241.

« In eundem modum *archiepiscopis et episcopis, abbatibus, prioribus, archidiaconis, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis et clericis ad quos littere iste pervenerint.* [Eis de superiore ad Belam regem epistola significat, eosque monet et hortatur quatenus, — regno Hungariae pro parte occupato a Tartaris, qui non solum ejusdem regni residuum perdere cupiebant, sed etiam totam Christianorum terram desertam ponere moliebantur, — eundem regem et suos, si quando ad ipsorum praelatorum et clericorum partes illos venire contigerit, cum omni honorificentia recipiant ac nullum illis in personis vel rebus impedimentum permittant inferri.] Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 82 r°; — Potthast 11035.)

6061. — In eundem modum *regibus illustribus, comitibus, baronibus, rectoribus civitatum et aliorum locorum, ad quos littere iste pervenerint.* — (Reg. 20, f. 82 v°; — Theiner, *Monum. Hungar.*, I, 184, sub n° 339; — *Omisit* Potthast.)

6062 Latran, 16 juin 1241.

Priori et suppriori ordinis fratrum Praedicatorum Zagabriensibus, et priori ejusdem ordinis de Chosma (= Chasma), Zagabriensis dioecesis, similiter scribens, mandat quatenus non permittant ut, cum gentes Tartarorum, regno Hungariae pro parte occupato, non solum regni praedicti residuum perdere cuperent, sed etiam totam Christianorum terram desertam ponere molirentur, B[ela], rex Hungariae, ejusque familia ab aliquibus molestentur, eosque quos terras ejusdem regis post hujusmodi invasionem occupasse vel in posterum occupare invenerint, cogant ut ipsas praedicto regi restituant. — (Reg. 20, f. 82 v°; ann. XV, c. 80; — Potthast 11032.)

« .. *Zagabriensi et .. de Chosma, Zagabriensis diocesis, prioribus, et .. suppriori Zagabriensi, ordinis fratrum Predicatorum.* Cum, sicut ex —. Dat. ut supra. »

6063 Latran, 14 juin 1241.

Episcopo Praenestino, Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Auxitano, Burdegalensi et Rothomagensi archiepiscopis, Nemausensi, Carcassonensi, Agathensi, Papiensi, Astensi et Terdonensi episcopis, Cluniacensi, Cisterciensi, Clarevallensi, de Pietate Dei et Fiscannensi abbatibus, Gregorio de Romania, ipsius papae subdiacono et capellano, nec non decanis, praepositis ceterisque in captivitate Friderici, dicti imperatoris, existentibus litteras consolatorias mittit; conqueritur quod idem Gregorius de Romania, de partis adversae potentia per litteras apostolicas informa-

tus[1], sufficientem galearum numerum non paraverit, et optat ut ipse circa tranquillitatem Ecclesiae et pacem orbis, juxta quod iidem praelati per suas litteras suaserant, providere possit. — (Reg. 20, f. 82 v°; ann. XV, c. 81; — Moreau 1193, f. 223; ibid., f. 312; ibid, f. 316, ex Raynaldo[2]; — Potthast 11030; — Rodenberg 820, ex Raynaldo.)

« .. *episcopo Penestrino, O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, .. Auxitano, [..] Burdegalensi et .. Rothomagensi archiepiscopis, .. Neumasensi, .. Carcasonensi, [..] Agathensi, .. Papiensi, .. Astensi et .. Terdonensi episcopis, .. Cluniacensi, .. Cistercciensi, .. Clarevallensi, .. de Pietate Dei et .. Fiscannensi abbatibus, G[regorio] de Romania, subdiacono et capellano nostro, decanis, prepositis ceterisque junctis*[3] *in Domino.* Vix diebus istis —. Dat. Laterani, XVIII kalendas julii, anno quintodecimo. »

6064 Latran, 16 juin 1241.

Abbati monasterii Arremarensis, Trecensis dioecesis, scribit de interdicto in civitatem Trecensem et in castrum de Pruvino lato occasione causae inter Petrum et Angelum Johannis Elperini, cives Romanos, ex parte una, et regem Navarrae, comitem Campaniae, ex altera, exortae super quadam summa pecuniae, et de relaxatione ejusdem interdicti ab abbatibus de Cisiaco (= Cesiaco, = Chézy) et Vallis Secretae et decano Suessionensi edicta, qui in decanum capitulumque Majoris Ecclesiae Trecensis et in ministros aliarum ecclesiarum civitatis praedictae, ad ipsorum abbatum et Suessionensis decani mandatum celebrare divina nolentes, suspensionis et excommunicationis sententias protulerant; ei mandat quatenus quod a praedictis abbatibus et Suessionensi decano factum fuerat, denuntiet non valere, sed eisdem Trecensibus decano, capitulo et ministris licentiam concedat organa resumendi. — (Reg. 20, f. 83 r°; ann. XV, c. 82; — cf. *supra*, n. 1639-1644, 3222, 3223 et 1718.)

« .. *abbati monasterii Arremarensis*[4], *Trecensis diocesis.* Dilecti filii .. decanus et capitulum Majoris et ministri aliarum ecclesiarum civitatis Trecensis sua nobis insinuatione monstrarunt quod, cum venerabili fratri nostro .. episcopo Anagnino, tunc in regno Francie constituto, per litteras nostras dederimus in mandatis, ut, nisi karissimus in Christo filius noster .. illustris rex Navarre, comes Campanie, ad monitionem ejus, Petro et Angelo Johannis Elperini, civibus Romanis, satisfaceret de quadam pecunie quantitate vel componeret cum eisdem, civitatem Trecensem et castrum Pruvinum, non obstante indulgentia dicto regi concessa, ne quis in terram suam interdicti sententiam sine speciali mandato Sedis Apostolice promulgaret[1], ecclesiastico supponeret interdicto : eo super hoc .. abbati Sancti Luciani Belvacensis committente, ut dicitur, vices suas, idem abbas auctoritate litterarum ipsarum in civitatem ipsam tulit sententiam interdicti. Sed .. de Cisiaco et [..] Vallis Secrete abbates et .. decanus Suessionensis, pretextu ejusdem indulgentie, cujus conservatores esse dicuntur[2], sententiam ipsam de facto, cum de jure nequiverint, cum in litteris ipsis de prefata indulgentia extiterit facta mentio, relaxarunt, in decanum, capitulum et ministros prefatos, quia noluerunt ad mandatum eorum celebrare divina, suspensionis et excommunicationis sententias proferentes; super quo petierunt a nobis salubriter provideri. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, quod a conservatoribus ipsis super hoc perperam factum est, denuntians penitus non valere, quia decano, capitulo et ministris prefatis gratiam facere volumus, dictisque civibus, qui nuper Romanam Ecclesiam graviter offenderunt, secundum suam justitiam respondere, eisdem resumendi organa licentiam concedere non postponas. Dat. Laterani, XVI kalendas julii, anno quintodecimo. »

6065 Latran, 1er juin 1241.

Archiepiscopo Bremensi, eadem, paucis mutatis, scribens quae supra, in litteris sub numero 5135 notatis, ad episcopum quondam Mutinensem directis[3], mandat quatenus episcopo Prusciae, — qui, a detentione ac carcere Paganorum [de Samplandia (= Samland)], datis obsidibus, liberatus, ideo Paganis ipsis in octingentarum marcarum pecuniae quantitate tenebatur, nec habebat unde valeret ab hoc debito liberari, — concedat ut pecuniam quam illi qui ferrum, sal

1. Cf. *supra*, n. 5940 et 5941.

2. Raynaldi, *Annales ecclesiastici*, 1241, § 68, indique cette lettre comme portant dans le *Registre* le n° 85; cette erreur a passé ensuite dans la publication de M. Rodenberg.

3. Le manuscrit porte clairement *junctis*, qu'on lit également dans Moreau 1193, fol. 223; partout ailleurs (dans Moreau 1193, fol. 312, dans Raynaldi, dans Huillard-Bréholles, *Histor. diplom. Friderici secundi*, V, ii, 1136, dans Rodenberg), on trouve *vinctis*.

4. Dans la table des *capitula* : *Aremaren.*

1. Cf. *supra*, n. 2805 et 3236.

2. Pour les deux premiers de ces *conservatores*, cf. *supra*, n. 2806 et 3237.

3. Les différences entre les deux textes sont indiquées par Rodenberg, p. 719, notes 2, 4 et 5.

et alia necessaria in subsidium Paganorum Prusciae contra apostolicam inhibitionem detulerant, et propter hoc excommunicati fuerant, se promiserant pro illius excessus satisfactione exhibituros, usque ad quantitatem eandem possit percipere, in ejusdem episcopi, H., germani ejus, et Christiani, nepotis ejus, qui in praedictorum Paganorum carcere detinebantur, liberationis subsidium convertendam. — (Reg. 20, f. 83 r°; ann. XV, c. 83; — Moreau 1193, f. 307; — Potthast 11026 *a*, p. 2110; — Rodenberg 818.)

« .. *archiepiscopo Bremensi.* Venerabilis frater noster —. Dat. Laterani, kalendis junii, anno quintodecimo. »

6066 Latran, 17 juin 1241.

Parisiensi decano, Magdunensi decano, Aurelianensis dioecesis, et cancellario Carnotensi scribit, cum de eligendo episcopo in ecclesia Lingonensi ageretur, nonnullos canonicos in Guidonem de Triangulo, archidiaconum Laudunensem, Lingonensem canonicum, nonnullos vero in Aymonem de Rupe Forti, Lingonensem canonicum, vota sua direxisse; eis hoc electionis negotium instruendum committit et ad examen apostolicum remittendum. — (Reg. 20, f. 83 v°; ann. XV, c. 84.)

« .. *Parisiensi et .. Magdunensi, Aurelianensi*[s] [*dioecesis*], *decanis, et .. cancellario Carnotensi.* Exhibita nobis dilectorum filiorum G. archidiaconi et quorundam canonicorum Lingonensium petitio continebat quod, nuper ecclesia Lingonensi pastoris solacio destituta, et presentibus omnibus qui debuerunt, voluerunt et potuerunt comode interesse, ac voce ad nos appellationis emissa, ne quis eligeretur, qui pateretur in moribus, vel etate ac litteratura defectum, vel cui alias instituta canonica obviarent, post tractatus varios et diversos assumpti fuerunt tres de collegio fide digni, qui secreto et si[n]gillatim vota cunctorum exquirerent et in scriptis redacta publicarent postmodum in communi. Cumque, facto scrutinio et post publicationem ipsius, fuisset, habita collatione, compertum quod major et sanior pars capituli in dilectum filium G[uidonem] de Triangulo, archidiaconum Laudunensem, Lingonensem canonicum, in scrutinio consensissent, quibusdam, quorum quidam vocem in electione tunc temporis non habebant, in Aymonem de Rupe Forti, concanonicum ipsorum, patientem in litteratura defectum, et cui alias obstant canonica instituta, scienter dirigentibus vota sua, predicti archidiaconus et canonici eos qui in jamdictum Aymonem consenserant, rogaverunt ut, paci et quieti ecclesie providentes, cum eis eligerent episcopum et pastorem, ne ad electionem procederetur Aymonis ejusdem, appellatione ad Sedem Apostolicam interjecta. Quibus hoc facere renuentibus, idem archidiaconus Lingonensis, ab hiis qui in eundem G[uidonem] consenserant, tradita sibi eligendi, vice ipsorum omnium, potestate, prefatum G[uidonem] in episcopum et pastorem elegit ecclesie supradicte, appellans nichilominus ne quid in prejudicium electionis hujusmodi fieret vel electi; cui electioni, multa victus instantia, dictus Guido consensit. Sed hii qui in Aymonem ipsum consenserant, premissis appellationibus et electione contemptis, eundem Aymonem contra formam canonicam eligere presumpserunt; propter quod se a jure eligendi reddiderunt penitus alienos. Quare dicti archidiaconus Lingonen[sis] et canonici nobis humiliter supplicarunt ut electionem ipsorum, utpote de persona idonea, viro videlicet litterature sufficientis, nobili genere, provido et honesto, ac in spiritualibus et temporalibus circumspecto, canonice celebratam, confirmare de benignitate Sedis Apostolice, cassata seu cassa et irrita nuntiata reliqua, curaremus. Ex parte vero dilectorum filiorum .. decani Lingonensis et sibi adhentium fuit propositum ex adverso quod, ecclesia supradicta vacante ac votis canonicorum in diversa divisis, tandem, invocata Spiritus Sancti gratia, per viam scrutinii incedentes, assumpserunt tres de collegio fide dignos; per quos celebrato scrutinio et votis, redactis in scriptis, publicatis, sicut moris et juris est, in communi, quia, collatione numeri ad numerum, zeli ad zelum, meriti ad meritum, auctoritatum quoque ac dignitatum tam de personis eligentium quam electorum habita, est inventum quod major et sanior pars capituli in prefatum Aymonem direxerat vota sua, idem decanus, vice sua et aliorum qui in eundem Aymonem consenserant, ipsum elegit in episcopum et pastorem, vocem ad nos appellationis emittens, ne quid in ejusdem electionis prejudicium attemptari contingeret, antequam plene cognosci de ipsius electionis meritis faceremus, dicto Aymone consentiente electioni, ad multam electorum instantiam, de se facte; reliqui autem canonici, quorum quidam pure et quidam conditionaliter, quidam etiam excommunicati in Guidonem consenserant antedictum, ipsum, insufficientis scientie et cui alias statuta canonica obviant, elegerunt. Unde memoratus decanus et ei adherentes a nobis humiliter petierunt ut hujusmodi electionem ipsorum, de viro litterature sufficientis, honeste vite ac clare fame, valente et sciente ipsius ecclesie jura tueri ac ejus providere utilitatibus, celebratam canonice, deberemus, reprobata reliqua, confirmare. Quia vero nobis non constitit de premissis, mandamus quatenus, vocatis qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, negotium sufficienter

instructum ad examen apostolicum remittatis, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo per procuratores sufficientes et idoneos compareant coram nobis, justam, auctore Deo, sententiam recepture. Non[1] obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ita tamen quod ultra quartam vel quintam etc. Testes autem qui fuerint nominati, exceptis articulis qui crimina contingere dinoscuntur, si se gratia etc. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XV kalendas julii, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

6067 Latran, 20 juin 1241.

Generali ministro et universis fratribus ordinis Minorum concedit ut in excommunicatorum terris libere commorari et ab eis tunc, et etiam quando per easdem terras ipsos transire contingat, necessaria vitae deposcere ac recipere possint. — (Reg. 20, f. 84 r°; ann. XV, c. 85; — Potthast 11041.)

« .. *generali ministro et universis fratribus ordinis fratrum Minorum presentes litteras inspecturis.* Vobis extremam patientibus —. Dat. Laterani, XII kalendas julii, anno quintodecimo. »

6068 Latran, 6 juin 1241.

Coventrensi et Lichefeldensi episcopo, ipsi papae intimanti proventus beneficiorum ecclesiarum tam parochialium quam ruralium Coventrensis et Lichefeldensis dioecesis esse, propter nimiam terrarum sterilitatem, adeo tenues et exiles, quod habentes illa non possent ex eis commode sustentari, facultatem concedit supplicanti dispensandi cum tribus ipsius episcopi clericis, tenua beneficia talia obtinentibus, de legitimo matrimonio procreatis, meritis et scientia commendatis, quod eorum quilibet, non obstante si unicum beneficium, curam habens animarum, jam obtineat, aliud beneficium, etiam si curam similem habeat, recipere et cum priori retinere possit; « ita tamen quod dicti clerici in uno perso» naliter deserviant et in altero faciant per idoneum vicarium » deserviri. » — (Reg. 20, f. 84 r°; ann. XV, c. 86.)

« .. *Coventrensi et Lichefeldensi episcopo.* Etsi, propter ambitiones —. Dat. Laterani, VIII idus junii, anno quintodecimo. »

1. La présente clause : « Non obstante ... », jusqu'à : « Testes ... » exclusivement, a été ajoutée en marge.

6069 Latran, 13 juin 1241.

Episcopo Trecensi, nec non Sancti Lupi et Sancti Martini Trecensium abbatibus mandat quatenus cleros ecclesiae Leodiensis compellant ut nuntio Roberti, Sancti Eustachii diaconi cardinalis, summam sexcentarum marcarum sterlinguorum, quam bonae memoriae electus Leodiensis a quibusdam civibus Romanis olim mutuo receperat, et super qua pro eodem electo praedictus cardinalis eisdem civibus se obligaverat, exsolvant. — (Reg. 20, f. 84 r°; ann. XV, c. 87; — Moreau 1193, f. 310.)

« .. *episcopo, et .. Sancti Lupi et .. Sancti Martini abbatibus Trecen*[*sibus*]. Olim bone memorie .. Leodiensis electus, quem diu apud Sedem Apostolicam pro Romane ac universalis Ecclesie negotiis duximus retinendum, inter debita que contraxit ibidem, a Paulo, Petro, Bonifatio et Alberto fratribus, filiis Cencii de Turri, et Stephano Capharell[i], civibus Romanis, sexcentas marcas sterlinguorum, tredecim solidis et quatuor sterling[uis] pro marca qualibet computatis, certis locis et terminis restituendas eisdem, recepit mutuo, dilecto filio nostro R[oberto], Sancti Eustachii diacono cardinali, se pro eodem electo civibus ipsis super hoc fidejussorie obligante, ac etiam se constituente principaliter debitorem. Verum, quia nondum de pecunia ipsa extitit dictis civibus satisfactum, sicut idem cardinalis exposuit coram nobis, venerabili fratri nostro .. episcopo et dilecto filio .. abbati Sancti Auberti Cameracen[sibus] nostris dedimus litteris in mandatis, ut ipsi tantum de redditibus episcopalibus Leodiensis ecclesie ad manus suas recipere, detentores eorum ad id assignandum eisdem per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, coartando, et contradictores quoslibet compescendo, quod sufficeret ad restituendum, cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum, usu[ris] omnino ces[santibus], pecuniam pretaxatam, ac nuntio cardinalis ejusdem, nomine civium predictorum, de hiis satisfacere procurarent. Sed, ipsis, non sine lesione sui nominis et gravi offensa Sedis Apostolice, mandatum nostrum vacuum ad nos remittentibus, dictus nuntius, qui propter hoc ad eos accessit, non nisi labores et expensas extitit assecutus. Hinc est quod, cum nulla ratione sustinere possimus ut idem cardinalis dampnum aliquod patiatur, de quo deberet gratiam reportare, in virtute obedientie precipiendo mandamus quatenus, dictas marcas, cum justis et moderatis expensis ac debita restauratione dampnorum, clero civitatis et diocesis Leodien[sis], consideratis ipsorum facultatibus, proportionaliter imponentes, eos quod easdem marcas, cum dictis dampnis et expen-

sis, usuris omnino cessantibus, nuntio cardinalis ipsius exolvant, de plano et sine strepitu judicii, censura si[mili], appellatione postposita, compellatis, invocato ad hoc [etc., usque :] secularis. Non obstante constitutione de duabus dietis [etc., usque :] dummodo ultra quartam vel quintam [etc., usque :] non trahatur. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, idibus junii, anno quintodecimo. »

6070 Latran, 19 mai 1241.

Johanni, magistro, et G., priori domus hospitalis Sancti Jacobi de Andrevilla, Olenensis[1] dioecesis, — proponentibus se pecuniam sufficientem non habere ad prosequendum causam quae inter ipsos et ipsorum fratres, ex parte una, et praeceptorem fratresque domus Sanctae Mariae Theutonicorum de Monstonitio, Coronensis dioecesis, ex altera, coram R[iccardo], Sancti Angeli diacono cardinali, partibus ab ipso papa auditore concesso, vertebatur super praedicto hospitali Sancti Jacobi de Andrevilla ejusque pertinentiis, quibus ipsi proponebant se ab eisdem praeceptore et fratribus fuisse spoliatos, — facultatem concedit contrahendi mutuum super bonis hospitalis praedicti, pro ejusdem causae prosecutione, usque ad centum libras denariorum senatus. — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 88; — cf. *supra*, n. 3878, 4917 et 4918.)

« *Johanni, magistro, et G., priori domus hospitalis Sancti Jacobi de Andrevilla, Olenensis diocesis.* Cum pro causa —. Dat. Laterani, XIIII kalendas junii, anno quintodecimo. »

6071 Latran, 8 juin 1241.

Archiepiscopo Patracensi, nec non episcopo et archidiacono Coronensibus, de eadem re scribens, mandat quatenus praedictos praeceptorem fratresque domus Sanctae Mariae Theutonicorum de Monstonitio compellant ut de bonis praefati hospitalis Sancti Jacobi de Andrevilla, Olonensis dioecesis, summam centum librarum denariorum senatus, quam praedicti Johannes, magister, et G., prior domus hospitalis praefati Sancti Jacobi de Andrevilla, a quibusdam mercatoribus Senensibus mutuo receperant, certis loco et termino persolvendam, eisdem mercatoribus loco et termino praetaxatis persolvant. — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 89.)

« .. *archiepiscopo Patracensi, .. episcopo et .. archidiacono Coronensibus.* Cum fratri Johanni —. Dat. Laterani, VI idus junii, anno quintodecimo. »

1. *Sic*; dans la pièce suivante, *Olonensis*.

6072 Latran, 19 juin 1241.

Abbati Sanctae Crucis (= Heiligenkreuz), Cisterciensis ordinis, Pataviensis dioecesis, mandat quatenus contra Tartaros, qui, Austriae et Karinthiae ducibus litteris suis referentibus, post regnum Hungariae invasum et pro magna parte occupatum, Bohemiae et Theutoniae regna jam invadere moliebantur, verbum crucis praedicet; nonnulla super indulgentiis ea occasione obtinendis addit. — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 90; — Moreau 1193, f. 303; — Potthast 11038; — Rodenberg 822.)

« .. *abbati Sancte Crucis, Cisterciensis ordinis, Pataviensis diocesis.* Vocem in excelso —. Dat. Laterani, XIII kalendas julii, anno quintodecimo. »

6073. — In eundem modum .. *priori provinciali fratrum Predicatorum Teutonie.*

6074. — In eundem modum .. *priori fratrum Predicatorum Vien[ne].*

6075. — In eundem modum .. *ministro provinciali fratrum Minorum Teutonie.*

6076 Latran, 19 juin 1241.

Duci Karinthiae scribit : « Nobilitatem tuam dignis in » Domino laudibus commendamus, quod nos ad reformandam pacem cum Friderico, dicto imperatore, tuis inducere » litteris studuisti; propter quod scire te volumus quod, cum » dictus Fridericus se dignum Ecclesie pace reddiderit, et ad » ea que honorem Dei et Apostolice Sedis nec non bonum » statum populi Christiani respiciunt, offeret se paratum, » ei, ad sinum matris Ecclesie humiliter redeunti, libenter » aperiemus gremium apostolice pietatis. » — (Reg. 20, f. 81 v°; ann. XV, c. 91; — Moreau 1193, f. 304; — Potthast 11039; — Ed. Winkelmann, *Acta Imperii inedita*, t. I (1880), p. 533, n° 669; — Rodenberg 823.)

« *Nobili viro .. duci Karinthie.* Nobilitatem tuam dignis —. Dat. ut supra. »

6077 Latran, 19 juin 1241.

Rathbotensi et Rathlurensi episcopis et archidiacono Rathbotensi scribit de electione a nonnullis de Odone, a quibusdam vero aliis de G., monacho de Melros, Glasguensis dioecesis, in episcopum Candidae Casae facta; eis mandat quatenus praedicto Odoni consecrationem impendant et faciant a clero et populo civitatis et dioecesis Candidae Casae obedientiam et reverentiam exhiberi; insuper praefatum G., qui eandem ecclesiam Candidae Casae bonis episcopalibus dicebatur spoliavisse, cogant ut sic ablata eidem ecclesiae restituat; alio-

quin, si electio ejusdem Odonis non fuerit canonice celebrata, praefato G., dum tamen ejus electionem de persona idonea canonice celebratam inveniant, faciant a praedicto clero et populo obedientiam et reverentiam exhiberi; quod si utramque electionem contra canonicas sanctiones praesumptam invenerint, utraque cassata, praedictae ecclesiae Candidae Casae de pastore per electionem canonicam faciant provideri. — (Reg. 20, f. 85 r°; ann. XV, c. 92.)

« .. *Rathbotensi et .. Rathlurensi episcopis et .. archidiacono Rathbotensi.* Dilectus filius Odo, electus Candide Case, ordinis beati Augustini, in nostra presentia constitutus, sua nobis insinuatione monstravit quod, cum olim, ecclesia Candide Case pastore vacante, .. prior et capitulum ejusdem ecclesie, invocata Spiritus Sancti gratia et forma concilii observata, ipsum concorditer et canonice in suum episcopum eligentes, ejus electionem venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Eboracensi, loci metropolitano, presentaverint confirmandam : M., eorum archidiaconus, et aliarum ruralium ecclesiarum rectores Candide Case diocesis, ex parte [..] de Melros et .. de Calco abbatum ac .. prioris de Lasmahagu, Sancti Andree et Glasguensis diocesum, quibusdam super hoc eidem archiepiscopo litteris presentatis, falso proponentes quod ejusdem O. electio rite celebrata non fuerat, pro eo quod prius iidem archidiaconus et rectores, ac abbates et prior predicti, quos ipsi mendaciter asserebant in electione vocem habere, G., monachum de Melros, Glasguensis diocesis, canonice in episcopum elegissent, electionem ipsius O. cassari et ejusdem G. electionem per eundem confirmari archiepiscopum postularunt. Et, licet postmodum dictus archiepiscopus, cognito de utriusque electionis meritis, prefati G. electionem, tanquam ab extraneis et per secularis potestatis abusum inique presumptam, justitia exigente cassasset, idem tamen electionem dicti G., quam taliter cassaverat, sequenti die pro suo arbitrio, post appellationem a dictis canonico[1] et capitulo ad nos legitime interpositam, contra justitiam confirmavit, et sibi etiam munus consecrationis impendit. Cumque idem O. ad venerabilem fratrem nostrum .. episcopum, .. archidiaconum et .. decanum Sodorenses super hoc a nobis litteras impetrasset, ut, vocatis qui vocandi essent, audirent hinc inde proposita, et quod canonicum esset, idem episcopus, cum eorum utroque vel altero, appellatione remota, decerneret, et faceret nichilominus eidem, proprium non habenti, pro hujusmodi prosecutione negotii, expensas necessarias ministrari[1], contradictores etc. : iidem id efficere non curarunt; propter quod dictus archidiaconus Sodorensis et J., ejusdem episcopi officialis, cui episcopus ipse in eadem causa vices suas subdelegavit, sibi diffinitive executione sententie reservata, ipsos primo ab ingressu ecclesie suspendentes, in eos postea in sua contumacia persistentes, ac in omnes scienter communicantes eisdem, excommunicationis sententiam, exigente justitia, promulgarunt; prefigentes partibus, de ipsarum consensu, peremptorium terminum, quo. processure in causa, apud ecclesiam Candide Case in eorum presentia comparerent. Sicque, dicto termino, iidem officialis et archidiaconus, testibus sepedicti Odonis super ipsius electione, et appellatione contra confirmationem et consecrationem dicti G. interposita legitime ab eodem, admissis, et dictis eorum redactis in scriptis, ac revocato in irritum quicquid post appellationem eandem in ejus prejudicium fuerat attemptatum, dictoque G., qui ad audiendam sententiam extitit legitime iterato vocatus, a regimine ecclesie memorate amoto, justitia suadente, ac de electione ipsius O. cognito diligenter, eam, quam invenerunt canonicam et concordem, per diffinitivam sententiam confirmantes, ipsum in possessionem episcopatus Candide Case inducere curaverunt, ecclesiarumque prelatis et ceteris Candide Case civitatis et diocesis nichilominus preceperunt ut eidem tanquam patri et pastori animarum suarum humiliter obedirent, in contradictores et rebelles excommunicationis sententiam promulgantes. Sed prefatus G., in memoratam ecclesiam hostiliter irruens, ipsamque spolians bonis omnibus episcopalibus, illa sui erroris fautoribus prodigaliter distribuit, eorumque residuum consumit et dilapidat cum eisdem. Quare idem O., videns sibi mortis periculum imminere, ac impetum dicti G., ejus sanguinem sitientis, aufugiens, non ausus in eisdem ecclesia vel diocesi remanere, ad Apostolicam Sedem accessit, spe sibi retenta quod per eam finis debitus ejus laboribus et angustiis imponatur. Quare dictus O. humiliter supplicavit ut sibi super hoc providere misericorditer curaremus. Quocirca mandamus quatenus, si est ita, dicto O. munus consecrationis impendi ac ei a clero et populo Candide Case civitatis et diocesis

1. *Ms.* : a dictis canonico et canonico et capitulo. — La bonne leçon peut être soit : « a dictis priore et canonico et capitulo », soit : « a dictis canonico et capitulo. » Le *canonicus* [*Candidae Casae*] dont il est question ici, ne peut être, semble-t-il, que *Odo, electus Candidae Casae,* bien qu'il n'ait pas été qualifié plus haut de *canonicus*.

1. *Ms.* : facerent ministrari. — On lit, deux lignes plus haut : « et faceret nichilominus... », *faceret* ayant pour sujet *idem episcopus* [*Sodorensis*]. Il semble qu'il y ait une lacune vers cet endroit.

obedientiam et reverentiam exhiberi debitam facientes. contradictores etc.. prefatum G. ut sic ablata ecclesie predicte restituat —, cogatis. Alioquin, eidem O., si ejus electio canonice celebrata non extitit, super hiis silentium imponentes, prefato G., dum tamen ejus electionem inveniatis canonice de persona idonea celebratam, a predicto clero et populo debitam faciatis obedientiam et reverentiam exhiberi. Quod si utramque electionem contra sanctiones canonicas inveneritis esse presumptam, vos, utraque cassata, dicte ecclesie provideri de pastore qui tanto congruat oneri et honori, per electionem canonicam faciatis. Non obstante constitutione de duabus dietis [etc.. usque :] ultra tertiam vel quartam [etc., usque :] auctoritate presentium non trahatur. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

6078 Latran, 12 mars 1241[1].

Episcopo et capitulo ecclesiae Magalonensis significat se confirmare quaedam statuta a [Johanne de Monte Lauro], Magalonensi episcopo[2], edita, et praecipue uniones ab eodem episcopo factas de ecclesia Sanctae Mariae de Tabulis, villae Montis Pessulani, Magalonensi ecclesiae subjecta, tunc vacante, cum ecclesia Sancti Firmini, ejusdem loci, similiter eidem Magalonensi ecclesiae subjecta, nec non de capella Sancti Willelmi de Monte Pessulano cum ecclesia de Juviniaco, [Magalonensis dioecesis]; inserto sub sua bulla charta praedicti Magalonensis episcopi super his confecta. — (Reg. 20, f. 85 v°; ann. XV, c. 93; — Moreau 1193, f. 345; — cf. *supra*, n° 5110.)

« .. *episcopo et capitulo ecclesie Magalonensis, ordinis sancti Augustini.* Hiis que ab —. Dat. Laterani. IIII idus martii, anno quartodecimo. »

[6079] Maguelone, 5 novembre 1240.

[Charta vero Johannis de Monte Lauro, Magalonensis episcopi, haec est[3] :]

« In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Anno Incar- » nationis ejusdem M°CC°XL°, nonis novembris. Presentis scripti serie sit omnibus tam presentibus quam » futuris hominibus manifestum, quod nos Johannes de » Monte Lauro, divina miseratione Magalonensis episcopus, considerantes dissensiones, contentiones et » rixas que, transactis temporibus, suggerente diabolo, » frequenter exorte fuerant inter ecclesiam Sancti » Firmini de Monte Pessulano, ex una parte, et ecclesiam Beate Marie de Tabulis, ejusdem loci, ex altera, » volentes huic morbo remedium adhibere, ut materia » scandali penitus evitari valeat in futurum, attendentes etiam ex proposito nostro non solum utrique predictarum ecclesiarum, sed etiam toti Magalonensi » ecclesie utilitatem non modicam imminere, habita » voluntate ac consilio et consensu Sicardi, prepositi, » et capituli Magalonensis, ecclesiam predictam Sancte » Marie de Tabulis ecclesie Sancti Firmini conjungimus, connectimus et unimus, ita quod de cetero omnia sint eis communia, et ille qui nunc prior est » jamdicte ecclesie Sancti Firmini, vel qui pro tempore » fuerit, sit exnunc perpetuo prior ecclesie predicte » Beate Marie de Tabulis, nunc vacantis, precipientes » dictam unionem perpetuis temporibus observari inviolabilem et immotam, revocantes seu dissolventes » unionem que fuerat observata usque ad presens » tempus, inter dictam ecclesiam Sancti Firmini et » [ecclesiam] de Juviniaco, [ita quod] nichil deinceps » commune habeant ad invicem, sed ecclesia Beati » Firmini predicta cum dicta ecclesia Beate Marie de » Tabulis sit unus[1] de cetero prioratus, et predicta ecclesia de Juviniaco sit per se similiter cum capella » Sancti Willelmi de Monte Pessulano alius prioratus: » quam scilicet capellam, cum omnibus juribus suis » ac pertinentiis, eidem ecclesie de Juviniaco simili » modo conjungimus et unimus. Preterea ecclesiam » Sancte Fidis de Monte Pessulano et domos juxta » eam positas, quas tenebat prior ecclesie Beate Marie » de Tabulis sepedicte, volumus et precipimus quod » habeat et teneat de cetero Magalonensis prepositus, » et ejus pro tempore successores. Acta fuerunt hec » omnia publice et sollempniter Magalon[e], in capitulo, » presentibus et expressim consentientibus : domino » Sicardo, preposito Magalonensi, pro se et magistro » Petro, infirmario; Bricio, priore de Lundris; Bernardo, priore de Xiheut; Deodato, sacrista Sancti » Firmini; Gurrando de Manso, Willelmo Bren., » presbiteris, qui eidem domino preposito, prout ipse » dicebat, contulerant vices suas; Michaele, archidia-

1. Bulle de la XIV[e] année, égarée dans le *Registre* de la XV[e]; cf. *supra*, n. 5980, 5987 et 5990.

2. Il est à noter que, dans cette lettre, sans doute par suite d'une négligence de rédaction, l'évêque de Maguelone, l'un des destinataires, est désigné par les expressions *venerabilis frater noster .. episcopus Magalonensis*, et, plus loin, *ab eodem episcopo*, comme s'il ne figurait pas déjà dans l'adresse; dans l'adresse comme dans le corps de la lettre, il ne peut s'agir que de Jean de Montlaur, évêque de Maguelone de 1234 à 1247.

3. Reg. 20, f. 85 v°.

1. *Ms. :* unius.

» cono : .. priore Sancti Dionisii de Monte Pesulan[o] ; » R. de Mesoa, Bernardo de Muro Veteri, similiter » archid[iaconis] ; Willelmo Arnaudi, priore Montis » Herbedonis : Bertrando de Altiniaco, Guillelmo de » Sancto Egidio, archipresbiteris : Willelmo de No- » zeto, priore claustrali : Petro, priore Sancti Fir- » mini ; G., priore de Lunello : P., priore de Melgorio : » G., priore de Fabricis ; P., priore de Frontinian[o] : » Po.[1], priore de Aquis ; magistro M., priore Sancti » Baudilii ; P., priore de Boias : P., priore de Gorne- » rio : Hu., priore Sancti Vincenciniani : Berengario, » priore Sancti Desiderii ; R., priore de Gloperiis ; G., » priore de Molinis ; P., priore de Adavo ; magistro » Fulcone, priore Sancti Sepulchri Massiliensis : P. » elemosinario : P., conresario : G., cellarario ; P., » priore de Perol[is][2] ; R., priore Sancti Justi ; magis- » tro Giraudotell[o], G. de Narbon[a], Po. de Soregio, » P. de Monteluson., R. de Viridar[io], G. Dalma- » tii, B. de Clarent., B. de Agrifol[io], P. Enguilbert[i], » Jord[ano], P. de Roder., G. de Arsas, Girard[o] Petri, » P. de Pomer., P. de Maurin[o], B. Brunen., Ro. » Catell[i], J. de Barjaco, G. Lauterio, W. Alegr., » G. Clem., P. Tholosan., R. de Maurin[o], Po. de » Sancto Justo, presbiteris, Alber. de Salun, R. » de Sancto Firmino, Po. de Casal[i], G. Claperii, » Jac[obo] de Orlaco[3], P. de Centrarr., Bert[rando] de » Verun[a], G. de Margin., G. de Alarran., J. Ariberto, » B. Guillelmi, P. de Gabriaco[4], G. de Moleriis, B. » Vicarii, P. Almerad[i], Ermergan. de Marsilian., » Gaucelin[o] de Soreg[io], B. Morrunt., Andrea de » Sancto Brit[io], Ja. Vaca., diaconibus[5], canonicis » Magalonensibus. Et est sciendum quod P., prior » Sancti Firmini, pro A., priore de Castro Novo, et » pro B. Porcelli, et pro R. de Rocca, Magalonensi- » bus canonicis, qui eidem P., priori Sancti Firmini, » prout ipse dicebat, contulerant voces suas, omnibus » supradictis consensum suum prebuit et assensum : » et Guillelmus de Sancto Egidio, archipresbiter pre- » dictus, pro R. de Cecleriis presbitero, qui eidem, ut » ipse dicebat, super premissis contulerat vocem suam. » Testes fuerunt, ad hoc[6] vocati specialiter et rogati : » magister G. de Folloquerio, monachus Salviensis ; » magister B. Dalmacii, canonicus Biterrensis ; B. de » Fisco, notarius : et Bernardus de Margis, publicus » notarius, qui rogatus interfuit, et hec omnia audivit, » scripsit et signavit. Et ut presens instrumentum » perpetua gaudeat firmitate, prefati domini episcopus, » prepositus et capitulum preceperunt ipsum sigillo- » rum suorum impressionibus insigniri. »

1. Ici et plus loin, *Po.* est vraisemblablement pour *Poncio, Pontio*.

2. *Ms.* : pol. — Cf *supra*, t. III, col. 379, note 1.

3. *Ms.* : Orlac.

4. *Ms.* : Gabriac.

5 *Sic*, pour *diaconis*.

6. Par suite d'une surcharge dans ce mot, on peut hésiter entre la forme *hec* et la forme *hoc* ; il semble que le scribe ait voulu changer *hec* en *hoc*.

6080 Latran, 20 juin 1241.

Abbati Sancti Petri Dervensis mandat quatenus, cum Metensis episcopus quibusdam Romanis mercatoribus satisfecerit de tertia parte debitorum in quibus eisdem tenebatur, excommunicationis sententiam in eundem episcopum ab ipso abbate, occasione eorundem debitorum, latam, nec non interdictum cui ipse papa civitatem Metensem mandaverat supponi, relaxet. — (Reg. 20, f. 86 r° ; ann. XV, c. 94 ; — Moreau 1193, f. 324 ; — cf. *supra*, n. 3714, 3877, 4341, 4834 et 5237.)

« .. *abbati Sancti Petri Dervensis, Cath*[*alaunensis*] *diocesis.* Olim pro dilectis filiis mercatoribus Romanis .. episcopo, tunc electo, Metensi nostris dedimus litteris districtius [etc., ut supra, in litteris sub numero 5237 notatis, ad abbatem Sancte Genovefe Parisiensis directis, paucis mutatis, usque :] prout quemque contingeret, pro rata temporis [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] impensurus, injuncto tibi per scripta nostra ut, eidem electo dictas litteras personaliter representans, si ad monitionem tuam infra prescriptum tempus non impleret alterum predictorum, extunc infra mensem postquam requisitus esses a latore scriptorum ipsorum, in eum excommunicationis sententiam promulgares, eamque faceres, appellatione remota, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Tu vero, mandati nostri diligens executor, tulisti excommunicationis sententiam in eundem, nostris et tuis monitis renitentem, eamque sollempniter publicari fecisti, prout in tuis litteris perspeximus contineri. Nosque demum sententiam ipsam, ad dictorum mercatorum supplicationem, usque ad satisfactionem plenariam inviolabiliter observari mandavimus, ac eam singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, per Virdunensem, Tullensem, Metensem et Cathalaunensem civitates et dioceses innovari publice, aliasque penam, prout pertinacia ipsius exigeret, aggravari, nec non civitatem Metensem, et alia loca Metensis diocesis ad que ipsum devenire contingeret, quamdiu ibi esset, ecclesiastico interdicto sup-

poni. Verum, cum in hoc prefati convenirent mercatores, ut, eodem episcopo satisfaciente ipsis de supradicta tertia parte proportionaliter, prout quemque respicit, cum justis et moderatis expensis et congrua restauratione dampnorum, prefata sententia et interdictum hujusmodi relaxentur, ac cessetur ab observatione, innovatione et aggravatione predictis, discretioni tue, de assensu mercatorum ipsorum, per apostolica scripta mandamus quatenus, id memorato episcopo faciente, dictam sententiam et interdictum ipsum juxta formam Ecclesie auctoritate nostra relaxes, faciens a premissis observatione, innovatione et aggravatione desisti. Si vero in solutione cessaverit, injungas illis ad quos super denuntiatione et aggravatione predictis nostre littere sunt obtente, ut in hiis nichilominus procedant juxta continentiam earumdem, contradictores etc. Portionem autem que Juvenalem Mannetti, mercatorem Romanum, de tertia prefata contingit, ab eodem episcopo recipere et Petro Mannetti, fratri ejusdem J[uvenalis], vel Andree Petri de Monte, nuntio et procuratori ipsius P[etri], assignare procures. Predictorum autem mercatorum nomina, ne, pro eo quod ipsa presentibus non exprimimus, processum negotii retardari vel impediri contingat, per alias tibi litteras[1] ducimus exprimenda. Dat. Laterani, XII kalendas julii, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

6081 Latran, 20 juin 1241.

Eidem, de eadem re scribens, nomina Romanorum mercatorum creditorum ecclesiae Metensis, ne, pro eo quod in mandato ad ipsum abbatem super eodem negotio directo, eadem nomina non exprimuntur, processus ejusdem negotii retardetur vel impediatur, percenset. — (Reg. 20, f. 86 v°; ann. XV, c. 95; — Moreau 1193, f. 326.)

« *Eidem*. Cum tibi nostris dederimus litteris in mandatis ut, si Metensis episcopus Roman[is] mercatoribus satisfaceret pro tertia debitorum in quibus tenetur eisdem, excommunicationis in eum latam sententiam relaxares : ne, pro eo quod nomina mercatorum ipsorum non exprimuntur ibidem, processum negotii retardari vel impediri contingat, ea presentibus fecimus annotari ; que talia sunt : Angelus Romanus de Sposa, Angelus Manjalardi, Angelus Catellin[i], heredes Barth[olomei] Manjalardi ; Johannes Angeli, Johannes Pauli Domperii, Juvenalis Mannetti, Andreas, filius Petri Cinthii, heredes Johannis Cinthii ; Radulfus Alexii, Leonardus Petri Bobon[i], et Alexius, filius predicti Radulfi ; Petrus Magalott[i], et Paulus, frater ejus ; Gregorius Alexii ; Johannes et Petrus Siccafico ; Angelus Johannis Elperini ; Stephanus Cafarell[i] et Barth[olomeus], fratres ; Cinthius Stephani de Philippo ; Nicolaus, Stephanus et Petrus, fratres ; Johannes et Petrus Johannis Darie ; Matheus et Johannes Millar[i]. Dat. Laterani, XII kalendas julii, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

6082 Latran, 17 juin 1241.

Sancti Dionysii in Francia et Corbeiensi abbatibus mandat quatenus abbatem Praemonstratensem absolvant ab excommunicationis sententia quam in eum tulerat episcopus Laudunensis, qui sibi jus assumebat ejusdem abbatis electionem confirmandi vel infirmandi, et partibus terminum praefigant, quo coram ipso papa compareant. — (Reg. 20, f. 86 v°; ann. XV, c. 96 ; — Moreau 1193, f. 320.)

« .. *Sancti Dionisii in Francia et* .. *Corbeiensi abbatibus, Parisiensis et Ambianensis diocesum*. Dilectus filius .. abbas Premonstratensis in nostra proposuit presentia constitutus quod, cum, monasterio Premonstratensi vacante, ipse ad ejus regimen fuisset electus, venerabilis frater noster .. Laudunensis episcopus, loci diocesanus, asserens ad se spectare jus examinandi personam, et confirmandi vel infirmandi electionem ipsius, et se in quasi possessione hujus juris existere, inhibuit ei ne prius quam ab ipso eadem confirmaretur electio, amministrationi se ingereret abbatie. Idem vero abbas, econtra proponens quod inhibitioni[1] parere minime tenebatur, cum super hiis ordo Premonstratensis Apostolice Sedis privilegiis sit munitus, nec in hujusmodi possessione idem episcopus, sicut dixerat, existebat, ne hac occasione procederet contra eum, ad nostram duxit audientiam appellandum. Sed episcopus ipse, hujusmodi appellatione contempta, in eum de facto, cum de jure non posset, excommunicationis sententiam auctoritate propria promulgavit. Quare petebat ut sibi et prefato monasterio, cui, pretextu talis sententie, gravia possent imminere dispendia, paterna providere diligentia curaremus. Cum igitur Apostolica Sedes laborantibus ad eam exhibere consueverit in casu consimili se benignam, volentes abbati et monasterio predictis post expectationem diutinam taliter providere, quod partis alterius justitia non ledatur, mandamus quatenus, ab abbate ipso sufficienti cautione re-

1. Cf. la pièce suivante.

1. Il faut suppléer ici *hujusmodi*, que donne le n° 6092.

cepta, quod Ecclesie mandato parebit super hiis pro quibus prefatus episcopus sententiam ipsam tulit, si eam constiterit juste latam, impendatis ei absolutionis beneficium, ad cautelam, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, infra quem nostro se conspectui representent, tam super appellationis causa quam super principali negotio, sicut de jure fuerit, processure. Dat. Laterani, XV kalendas julii, anno quintodecimo. »

6083 Latran, 1 juillet 1241.

Archiepiscopo Compostellano significat se Stephano, magistro scholarum Ulixbonensi, contulisse in Ulixbonensi ecclesia magisterium scholarum, cum canonicatu, et in Astoricensi ecclesia praestimonium de Compludo, et interim ei, donec praebendae ac canonicatus in Ulixbonensi ecclesia, et praestimonii in Astoricensi ecclesia possessionem adeptus fuerit, in eadem Ulixbonensi ecclesia unius praebendae redditus concessisse, nec non eidem in diversis ecclesiis, sub bulla recensitis, in annuis redditibus centum et quadraginta marcarum sterlingnorum providisse, donec in aequivalentibus beneficiis ei fuerit provisum a praedictarum ecclesiarum praelatis vel capitulis; unde ei mandat quatenus eidem Stephano praebendam, si qua in praedicta Ulixbonensi ecclesia tunc vacet, vel quam cito facultas se obtulerit, conferat; nonnullis aliis mandatis adjectis super eadem praedicti Stephani provisiione; quae provisio centum et quinquaginta marcarum valentiam non debebat excedere. — (Reg. 20, f. 87 r°; ann. XV, c. 97; — cf. *supra*, n. 2157, 2174, 3113, 3811 et 3853.)

« .. *archiepiscopo Compostellano*. Dilecto filio Stephano, magistro scolarum Ulixbonensi, attrito gravibus laboribus et expensis que sub expectatione nostre gratie dinoscitur pertulisse, paterno compatientes affectu, eidem in Ulixbonen[si] magisterium scolarum, cum canonicatu et plenitudine juris canonici, ac in Astoricen[si] ecclesiis prestimonium de Compludo, cum juribus et pertinentiis suis, quod quondam Menendus Petri obtinuit, non obstante si dari Astoricensi tantum canonico consuevit, duximus conferenda, interim ei, donec in Ulixbonen[si][1] prebende ac canonicatus et in Astoricen[si] prestimonii corporalem et pacificam possessionem adeptus fuerit, in eadem Ulixbonensi ecclesia unius prebende redditus concedentes. Et quia de hujusmodi redditibus decenter non est provisum eidem, in infrascriptis ecclesiis in annuis redditibus sic ei, de fratrum nostrorum consilio, providemus, ut videlicet a Compostellana[1] viginti, a Colimbriensi decem, ab Elborensi decem, ab Egitaniensi quindecim, ab Astoricensi viginti, a Legionensi viginti, a Salamantin[a] decem, a Visensi quindecim ac decem a Civitatensi ecclesiis cathedralibus, nec non a monasterio Sancte Crucis Colimbriensis, ordinis sancti Augustini, decem marcas sterlinguorum, in certis locis et statutis a te temporibus, tamdiu percipiat annuatim, donec in equivalentibus beneficiis, prebendis, personatibus seu dignitatibus dumtaxat exceptis, sibi provisum fuerit a predictis prelatis seu capitulis vel ab aliquibus eorundem. Quocirca in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus, hujusmodi provisionem nostram, occasione et appellatione cessantibus, sine difficultate qualibet executioni demandans, eique prebendam, si qua in predicta Ulixbonensi ecclesia vacat ad presens, vel quam cito se facultas obtulerit, auctoritate nostra conferens et assignans, non permittas eum contra tenorem dicte provisionis nostre ab aliquo indebite molestari. Contradictores etc. Proviso prudenter quod, predictorum magisterii scolarum, prebende ac prestimonii proventibus computatis, premissa nostra provisio centum et quinquaginta marcarum valentiam non excedat; non obstantibus collatione predicti magisterii facta dudum per eundem S[tephanum] N. Gomerii[2], canonico Ulixbonensi, quam nos nullam esse, utpote ab eo qui non potuit, factam, mandavimus nuntiari, et consuetudine [vel] statuto de certo canonicorum numero, juramento seu alia quacumque firmitate vallatis sive confirmatis per Sedem Apostolicam, vel si pro aliis in prefatis ecclesiis direximus scripta nostra, quibus auctoritate presentium nolumus prejudicium generari, sive in illis aliis auctoritate apostolica sit provisum, nec non et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali. Nos enim prebendam ipsam donationi apostolice reservamus, ipsi Stephano conferendam; decernentes irritum et inane quicquid de magisterio scolarum, prebenda et prestimonio supradictis contra mandati nostri tenorem fuerit attemptatum. Taliter autem preceptum nostrum studeas adimplere, quod non possis argui de negligentia vel contemptu, sed potius de diligentia merito commendari. Dat. Laterani, IIII nonas julii, anno quintodecimo. »

1. Il faut entendre : « in Ulixbonensi... et in Astoricensi [ecclesiis]. »

1. *Ms.* : Compostellano.

2. *Sic*, sans doute pour *Gometii*. — Nous avons rencontré plus haut, n° 5002, un *Nunio Gometii*, « pro magistro scolarum ecclesie [Ulixbonensis] se gerens », qui est vraisemblablement le même personnage. — Un autre exemple de *Gomerii* a été relevé plus haut, n° 4405 (t. II, col. 1056, note 1).

6084 Latran, 8 juillet 1241.

Episcopo Placentino significat Robertum, Sancti Eustachii diaconum cardinalem, non admisisse Martinum Johannis, canonicum Placentinae ecclesiae, qui ipsum episcopum ab administratione episcopatus amoveri pluribus de causis petebat, ad accusationem quam contra ipsum episcopum instruere voluerat, et se ipsum papam quod a praedicto cardinali super hoc factum fuerat, confirmare. — (Reg. 20, f. 87 r°; ann. XV, c. 98; — cf. *supra*, n° 5964.)

« .. *episcopo Placentino*. Volente contra te in modum accusationis agere Martino Johannis, canonico Placentine ecclesie, nos tibi et ipsi, apud Sedem Apostolicam constitutis, dilectum filium nostrum R[obertum], Sancti Eustachii diaconum cardinalem, dedimus auditorem. Coram quo proponente dicto Martino electionem de te in eadem ecclesia fore minus canonice celebratam, pluraque obiciente crimina contra te, propter que petebat te episcopum non pronuntiari, amoveri ab episcopatus amministratione ac pro hujusmodi criminibus canonica pena puniri, ex parte tua extitit allegatum quod idem[1] ad accusationem contra te non debebat admitti, ex eo quod, tuus inimicus capitalis existens, utpote qui status et omnium bonorum contra te coram nobis moverat questionem ac dixerat te non episcopum et ideo amovendum, te plurimis injuriis, convitiis, infamiis et detractionibus lacessivit; aliis multis pro te ad repellendum eum ab accusando, rationibus introductis. Idem vero cardinalis, auditis et intellectis diligenter que fuerunt proposita coram eo, nobisque ac fratribus nostris fideliter recitatis, de mandato nostro et fratrum nostrorum consilio, ad accusationem tuam eundem canonicum non admisit, ei super hoc silentium imponendo, cum ipsum ad id malo zelo moveri ex perspicuis inditiis constitisset, prout in litteris dicti cardinalis confectis exinde plenius continetur. Nos igitur, quod ab eodem cardinali super hoc factum est, ratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo nostre confirmationis etc. Si quis autem etc. Dat. Laterani, VIII idus julii, anno quintodecimo. »

1. C'est-à-dire *Martinus Johannis*.

6085 Latran, 8 juillet 1241.

Cantori Nigripontensi, nec non decano et priori Templi Domini Atheniensibus scribit de quaestione olim suborta inter abbatem conventumque monasterii de Dalphinis, Cisterciensis ordinis, ex una parte, et Florettam, uxorem olim P., militis Nigripontensis, ex altera, super casali de Liconia, eisque mandat quatenus, — cum, dicta Floretta interim decedente, praedicti abbas conventusque Vermiliam, sororem ejusdem Florettae superstitem, coram ipsis cantore et decano, nec non coram quondam Henrico, canonico Atheniensi, cui postmodum papa ipsum priorem Templi Domini in hoc negotio subrogaverat, convenissent, et praedicta Vermilia coram eis quasdam exceptiones super quaestione hereditatis objecisset, praetendens se sororis praemortuae heredem non esse, unde in causa nullus processus habitus fuerat, — herede ipsius Florettae, si quem esse constiterit, citato, aut, si nullus heres appareat, dato curatore bonis, in eadem causa procedant secundum litteras ad ipsos cantorem et decanum nec non ad ipsorum collegam, videlicet ad praedictum Henricum, jam directas. — (Reg. 20, f. 87 v°; ann. XV, c. 99; — cf. *supra*, n. 2671, 3214, 3583, 4390 et 5204.)

« .. *cantori Nigripontensi*, .. *decano et* .. *priori Templi Domini Athenien[sibus]*. Exhibita nobis dilectorum filiorum .. abbatis et conventus monasterii de Dalphinis, Cisterciensis ordinis, petitio continebat quod, cum olim inter ipsos et quondam Floreetam[1], uxorem olim P., militis Nigripontensis, super casali de Liconia et pertinentiis ejus questione suborta, post diversas litteras hinc inde tam a Sede Apostolica quam a legatis ipsius ad judices diversos obtentas, causam ipsam, ut parceretur laboribus et expensis, ad examen apostolicum duxerimus revocandam : partibus apud Sedem Apostolicam constitutis dilectum filium nostrum R[obertum], Sancti Eustachii diaconum cardinalem, concessimus auditorem. Coram quo lite legitime contestata et ex parte dictorum abbatis et conventus ad fundandam intentionem suam quibusdam instrumentis exhibitis, littera greca confectis, quia de illorum tenore plene liquere non poterat, causam vobis, filii cantor et decane, ac quondam Henr[ico], canonico Atheniensi, sub ea forma duximus committendam ut, prestito a partibus calumpnie juramento, et probationibus exhibitis hinc inde receptis, causam ipsam sufficienter instructam ad nos remittere curaretis. Cumque, dicta Floretta, que, tempore mote litis, res de quibus agitur, possidebat, interim decedente, prefati abbas et conventus Vermiliam[2], sororem ejus superstitem, ad quam videbantur res ipse, successionis jure, translate, convenerint coram vobis, excipiente ipsa quod, dicta sorore sua sublata de medio, nulla in litteris nostris mentio

1. *Sic;* plus loin, *Floretta*. — C'est elle évidemment qui est désignée par l'initiale *F.* dans les pièces 3583 et 4390.

2. C'est elle sans doute qui est désignée par l'initiale *V.* dans la pièce 5204.

fiebat heredis, quodque sororis premortue nequaquam heres existeret, sed alia potius major natu, ad quam, jure successionis, res hujusmodi potius pertinebant, in causa ipsa nullus habitus est processus, non absque ipsorum abbatis et conventus [non] modica lesione. Quare nobis humiliter supplicarunt ut super hoc congruum remedium apponere curaremus. Te igitur, fili prior, eidem Henrico in hujusmodi negotio subrogantes, mandamus quatenus, si est ita, herede ipsius Florette, si quem esse constiterit, si fieri poterit, citato legitime, vel denuntiationibus ubi de jure videritis expedire, transmissis, aut, si nullus heres appareat, dato curatore bonis, secundum juris formam, a vobis, in eadem causa, ratione previa, procedatis secundum directarum ad vos, cantor et decane, ac collegam vestrum continentiam litterarum. Testes etc. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra. »

6086 Latran, 14 juillet 1241.

Magistro P. de Baiona, Toletano canonico, P. Alberti, Barchinonensi canonico, et fratri Petro Guarnerii, ordinis fratrum Praedicatorum, de Burdegala, mandat quatenus, — cum non potuisset liquere de meritis causae quae inter Toletanum et Terraconensem archiepiscopos super ordinatione ecclesiae Valentinae vertebatur, — quorum archiepiscoporum procuratoribus, ob hoc apud Sedem Apostolicam constitutis, S[inibaldus], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, datus fuerat auditor, — infra quattuor menses recipiant et examinent testes quos partes coram ipsis judicibus super articulis quos praedictus cardinalis ipsis sub sigillo suo transmittat inclusos, seu contra personas testium jam productorum duxerint producendos; testium qui fuerint sic producti dicta ad Sedem Apostolicam sub suis, id est ipsorum canonicorum et fratris Petri Guarnerii, sigillis inclusa remittant; praefixo partibus termino, quo coram ipso papa compareant. — (Reg. 20, f. 87 v°; ann. XV, c. 100.)

« *Magistro P. de Baion*[*a*], *Toletano, et P. Alberti, Barchinonensi canonicis, et fratri Petro Guarnerii, ordinis Predicatorum, Burdegalen*[*si*]. Nuper in causa —. Dat. Laterani, II idus julii, anno quintodecimo. »

6087 Latran, 15 juillet 1241.

Archiepiscopo Compostellano mandat quatenus, licet ei super provisione Stephani, magistri scholarum Ulixbonensis, ipse papa scripta sua sub certa forma direxerit, quia tamen, sicut ipse papa acceperat, Abulensis ecclesia, Compostellanae provinciae, tanto tempore jam vacaverat, quod ejus provisio ad Sedem Apostolicam erat devoluta, eidem ecclesiae, sive ad ipsum papam sive ad ipsum archiepiscopum ejusdem provisio pertineat, de persona praefati magistri scholarum provideat in episcopum et faciat eidem Stephano ab ipsius ecclesiae subditis obedientiam exhiberi; alioquin in ejusdem Stephani provisione procedat juxta litteras ad ipsum archiepiscopum jam directas. — (Reg. 20, f. 87 v°; ann. XV, c. 101 ; — cf. *supra*, n° 6083.)

« .. *archiepiscopo Compostellano.* Licet tibi super —. Dat. Laterani, idibus julii, anno quintodecimo. »

6088 Latran, 15 juillet 1241.

W., praeposito Furnensi, Morinensis dioecesis, — qui per quinquennium ipsi a Sede Apostolica indultum ut theologiae studeret, tam propter diversa negotia, cum ecclesiae Furnensis, tum ipsius, quibus de necessitate insistere debuerat, quam ex negligentia propria non studuerat, et qui, ex eo quod sacerdotalem ordinem, de quo infra annum suscipiendo praestiterat juramentum, non receperat, perjurium noscebatur incurrisse, unde ipsius famae plurimum detrahebatur, — indulget ut, cum ei non solum virtutum merita, sed etiam generis nobilitas suffragarentur, paenitentia quam ipsius papae paenitentiarius pro tali delicto ipsi W. injunxerit, peracta, infamia quam contraxerit, ei non obsistat. — (Reg. 20, f. 88 r°; ann. XV, c. 102.)

« *W., preposito Furnensi, Morinensis diocesis.* Te accepimus intimante quod .. quondam prepositus, .. decanus et capitulum Furnensis ecclesie, te, tunc ejus canonico, in studio commorante, statuerunt ut prepositus qui de cetero assumeretur ibidem, post confirmationem electionis sue, prestaret de facienda residentia et recipiendo infra annum presbiteratus ordine juramentum ; ita tamen quod, si studere vellet et foret docilis, posset Parisius, vel in alio loco qui majori spatio non distaret, ubi provisionem non haberet et frequens esset studium, et unde non traheret originem, per triennium in studio commorari, facturus tamen per quinque menses quolibet anno ipsius triennii residentiam in ecclesia memorata. Cumque tu, dicto preposito substitutus, ad recipiendum, ut dictum est, sacerdotalem ordinem te per juramentum corporaliter prestitum astrinxisses, nos postmodum de speciali gratia tibi duximus concedendum ut, constitutione hujusmodi non obstante, posses in diaconatus ordine per quinquennium insistere studio theologice facultatis. Sed, quia interdum ecclesie supradicte, aliquando vero propria, supervenere negotia, quibus te de necessitate insistere oportebat, per indultum tibi quinquennium

minime, tam ex necessitate predicta quam negligentia propria, studuisti; et quoniam sacerdotalem non recepisti ordinem, prout juramenti vinculo suscipere tenebaris, perjurium nosceris incurrisse ac exinde detrahitur plurimum fame tue —. Dat. Laterani, idibus julii, anno quintodecimo. »

6089 Latran, 18 juillet 1241.

Magistro Bernardo, subdiacono suo, mandat quatenus quartam partem tertiae reddituum ecclesiasticorum ab ipso Bernardo de mandato apostolico colligendae pro imperii Constantinopolitani subsidio, illi personae exhibeat, quam Gaufridus [de Meriaco], ejusdem imperii Constantinopolitani comestabulus, designaverit, convertendam in custodiam castri Asquili, civitati Constantinopolitanae vicini, cui custodiae idem Gaufridus, in regnum Franciae proficiscens, non poterat personaliter necessariam operam dare. — (Reg. 20, f. 88 r°; ann. XV, c. 103; — Moreau 1193, f. 333.)

« *Magistro Bernardo, subdiacono nostro.* Nobilis vir Gaufridus, comestabulus imperii Constantinopolitani, nobis exposuit quod, cum Vatacius, Dei et Ecclesie inimicus, occupaverit terram suam, quam in partibus Constantinopolitanis habebat, excepto quodam castro, quod Asquili vocatur, civitati Constantinopolitane vicino, eodem nobili unde illud munire valeat, non habente, cum jam per duodecim annos nullos perceperit de terra ipsa proventus, de ammissione dicti castri non immerito formidatur; maxime cum, quodam fratre suo nuper sublato de medio, ipsum oporteat, pro adipiscenda bonorum possessione in quibus illi succedit, in regnum Francie proficisci; propter quod nequit ejusdem castri custodie personaliter imminere. Unde nobis humiliter supplicavit ut, ne castrum ipsum ad illius manus deveniat, ex quo civitati predicte grave periculum immineret, super hoc providere paterna diligentia curaremus. Quocirca precipiendo mandamus quatenus quartam partem tertie reddituum ecclesiasticorum colligende a te de mandato nostro pro imperii Constantinopolitani subsidio, ei cui prefatus nobilis per litteras suas significaverit assignandam, exhibere procures, convertendam in custodiam dicti castri, nobis quod super hoc feceris, rescripturus. Dat. Laterani, XV kalendas augusti, anno quintodecimo. »

6090 Latran, 19 juillet 1241.

Abbatibus de Valle Lucenti, Cisterciensis ordinis, Senonensis dioecesis, et Sancti Pauli Senonensis, Praemonstratensis ordinis, nec non priori fratrum Praedicatorum Senonensi late scribit de quaestione mota inter abbatem conventumque ecclesiae Sancti Johannis Senonensis, ordinis sancti Augustini, ex parte una, et Godefridum, priorem de Vico Novo (= Vinneuf), eorum concanonicum, ex altera, occasione inquisitionis in eadem ecclesia Sancti Johannis faciendae, abbati Sancti Victoris Parisiensis, nec non decano et archidiacono Parisiensibus a Sede Apostolica commissae; eis mandat quatenus, praedictos abbatem et conventum aliosque ab excommunicationum sententiis in eos a praedictis inquisitoribus latis absolventes, et tam ipsum Godefridum quam alios canonicos quos, post inceptum inquisitionis negotium, invenerint ab eodem abbate ejectos vel amotos ab ecclesia supradicta, reducentes ad eam, de statu ejusdem ecclesiae sollicite inquirant, corrigendo ibidem et reformando reformanda et corrigenda; alioquin idem inquisitionis negotium ad praefatos abbatem Sancti Victoris ejusque collegas remittant. — (Reg. 20, f. 88 r°; ann. XV, c. 104; — cf. *supra*, n. 1041 et 5150.)

« .. *de Valle Lucenti, Cisterciensis, Senonensis diocesis, et .. Sancti Pauli, Premonstratensis ordinum, abbatibus, et .. priori fratrum Predicatorum Senonen*[*sibus*]. Coram dilecto filio nostro S[tephano], tituli Sancte Marie Transtiberym presbitero cardinali, quem Miloni et Gaufrido, canonicis ecclesie Sancti Johannis Senonensis, ordinis sancti Augustini, procuratoribus .. abbatis et conventus ejusdem, ex parte una, et Godefrido, priori de Vico Novo, concanonico eorum, ex altera, in nostra presentia constitutis, dedimus auditorem, procuratores ipsi proponere curaverunt quod, cum olim reformationem ipsius ecclesie .. abbati Sancti Johannis in Vineis Suessionensis et collegis suis duxerimus committendam, jurisdictione tandem ipsorum per litteras quas super hoc misimus bone memorie .. Senonensi archiepiscopo, revocata, postmodum quibusdam canonicis ejusdem ecclesie, ex una parte, et procuratoribus abbatis, ex altera, in nostra presentia constitutis, dilectum filium nostrum S[inibaldum], tituli Sancti Laurentii in Lucina presbiterum cardinalem, concessimus auditorem. Sed, cum canonici et procuratores ipsi ordinationi et dispositioni bone memorie .. Tusculani episcopi super hujusmodi negotio et ipsum contingentibus se concorditer, juramento prestito, submisissent, omnibus litteris quas habebant, in ejus manibus resignatis, nos, juxta provisionem ipsius episcopi, venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Rothomagensi et .. priori provinciali fratrum Predicatorum in Francia, associato eis dicto abbate Sancti Johannis Senonensis, correctionem et reformationem ipsius ecclesie duximus committendam. Sed, cum postmodum diceretur quod per

eosdem archiepiscopum et priorem, pluribus occupationibus impeditos, negotium ipsum non poterat. ut exigebat dicte ecclesie necessitas, expediri, et correctione idem abbas etiam indigebat, .. abbati Sancti Victoris, .. decano et .. archidiacono Parisien[sibus] inter cetera dedimus in mandatis ut, personaliter accedentes ad locum, ac de statu ipsius ecclesie de plano, sine strepitu judicii, sollicite inquirentes, et habentes pre oculis solum Deum, corrigerent et reformarent ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis offi[cio] noscerent indigere. Sed ipsi, deviantes omnino a tramite rationis, et formam mandati apostolici non servantes, recepto ab abbate et canonicis juramento de dicenda super statu ejusdem ecclesie veritate, mandaverunt, in virtute obedientie, prius quam ad aliquam inquisitionem procederent, eisdem abbati et conventui, ut sigilla propria in eorum manibus resignarent, et inhibuerunt ne venderent vinum, vel bladum seu alia mobilia, nec contraherent mutuum pro necessariis expensis, abbatem ipsum, non convictum aliquatenus nec confessum, per consequens, ab amministratione sua, quantum ad hec spectabat, amovendo contra justitiam vel temere suspendendo. Et, licet dicti abbas et conventus peterent ut removerent quosdam ex scriptoribus inquisitionis, pro eo quod illis qui dictam inquisitionem contra eundem prosequebantur abbatem, attestationum copiam, ante publicationem earum, temere faciebant : ipsi tamen inquisitores hoc efficere renuerunt, et excommunicationis sententiam quam prefatus abbas tulerat in Egidium, canonicum ipsius ecclesie, pro eo quod quosdam libros ejusdem, valentes ultra centum libras Turonensium, temeritate propria exinde asportarat, nulla satisfactione prestita vel etiam promissa, seu cautione de restituendis ipsis recepta, contra justitiam relaxarunt ; ac non simul, sed quilibet eorum per se, testes examinabant, quod de jure non poterant, cum tribus esset negotium commissum, et non cuilibet singillatim. Et quamquam prefati abbas et conventus parati essent ostendere quod idem Egidius, negotium hujusmodi prosequens, tam de bonis cujusdam prioratus ad ecclesiam ipsam spectantis, cujus amministrationem tenuerat, quam de aliis bonis dicte ecclesie, habuerat quod ad expensas necessarias ei sufficere debuisset : inquisitores tamen ipsi, ad id non admittentes eosdem, ducentas libras Turonensium eidem ultra illud dari mandarunt; et accedentes ad civitatem Senonensem, causa faciende inquisitionis, ac per plures dies moram facientes ibidem, cum triginta equitaturis et multitudine hominum, bona ipsius ecclesie prodigaliter consumebant; ita quod, pro quatuor vicibus quibus ad inquisitionem faciendam venerunt, preter victualia panis, vini, feni et annone, que receperunt a cellario ecclesie supradicte, octoginta marcas argenti eandem ecclesiam, licet memorati abbas et conventus in tam magnis expensis nimis onerari se dicerent, solvere compulerunt. Propter que sentientes indebite se gravari, ad nostram duxerunt audientiam appellandum. Sed illi, appellatione contempta, tulerunt excommunicationis sententiam in eosdem. Dictus vero Godefridus, processum inquisitorum ipsorum exhibens, proposuit ex adverso quod, eis in commisso sibi negotio procedentibus juxta traditam ipsis formam, memoratus abbas, ut correctionem effugeret, in appellationis vocem malitiose prorupit. Sed inquisitores prefati, non deferentes appellationi ejus, sicut etiam nec debebant, excommunicationis tulerunt sententiam in eundem; qui nichilominus ipsum G. et quosdam concanonicos suos, post appellationem ad nos legitime interpositam, eorum prioratibus spoliavit, similem in ipsos de facto sententiam promulgando. et per bone memorie [..] archiepiscopum Senonensem, loci diocesanum, a quo legitime fuerat provocatum, tam dictum G., post iter arreptum ad Sedem Apostolicam veniendi, quam eosdem concanonicos vinculo excommunicationis procuravit astringi. Procuratoribus igitur ipsis insistentibus prosecutioni appellationis hujusmodi et petentibus committi cognitionem ipsius, et dicto Gotifrido[1] petente adventum quorumdam concanonicorum suorum, qui, ut dicebat. pro hujusmodi negotio ad Sedem Apostolicam accedebant et in mari cum prelatis noviter capti erant[2], cum per ipsos magis possemus instrui, expectari : nos, quia de illorum adventu nulla nobis certitudo fiebat, expeditioni negotii ac tam presentibus quam absentibus canonicis congrue providere volentes, ne, per prorogationem ipsius, prefata ecclesia grave incurreret detrimentum, a dictis procuratoribus et Godefrido de stando mandatis Ecclesie, si sententias ipsas constiterit juste latas, recepta juratoria cautione, impendi eis absolutionis beneficium fecimus ad cautelam, et, attendentes quod ipsius ecclesie status vos, de quorum circumspectione confidimus, latere non potest. cum sitis loco vicini, vobis negotium ipsum remittendo, ad vos eundem processum[3], sigillatum sigillo

1. *Sic*; plus haut et plus bas, *Godefridus*.
2. Cf. *supra*, n. 6063.
3. Il s'agit du procès des enquêteurs nommés beaucoup plus haut, qui sont l'abbé de Saint-Victor et les doyen et archidiacre de Paris.

dicti cardinalis[1], duximus committendum. Quocirca mandamus quatenus, predictos abbatem et conventum ac alios ab eisdem sententiis ad cautelam similiter absolventes, et tam ipsum G. quam alios canonicos quos, post inceptum inquisitionis negotium, ab eodem abbate inveneritis ejectos vel amotos ab ecclesia supradicta, reducentes ad ipsam, si ex premissis inveneritis dictos abbatem et conventum legitime appellasse, revocetis in statum debitum quicquid post appellationem eandem constiterit temere attemptatum, et, personaliter accedentes ad ecclesiam memoratam ac habentes pre oculis solum Deum, de ipsius statu, de plano, sine strepitu judicii, sollicite inquiratis, corrigendo et reformando ibidem, tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noveritis indigere, ita quod, exhibitione operis, amatores justitie ac sacre religionis comprobemini zelatores; alioquin negotium ipsum ad prefatos abbatem Sancti Victoris ejusque collegas remittere procuretis. Contradictores etc. Non obstantibus aliquibus litteris a Sede Apostolica impetratis seu etiam impetrandis, que de presentibus plenam non fecerint mentionem, et indulgentia per quam vobis vel vestrum alicui sit concessum ne de causis cognoscere teneamini, que vobis a Sede Apostolica committuntur. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, XIIII kalendas augusti, anno quintodecimo. »

6091 Latran, 21 juillet 1241.

Jacobae Giliae, civi Bononiensi, significat se causam inter eum ac Matthaeum Samaritanum, militem Bononiensem, exortam super eo quod idem Matthaeus, illegitimitatis notam eidem Jacobae opponens, eum dicebat in paternis bonis succedere non debere, primum episcopo Praenestino, et postmodum, eodem episcopo in remotis agente, R[oberto], Sancti Eustachii diacono cardinali, commisisse, et sententiam diffinitivam quam praedictus cardinalis pro eodem Jacoba promulgaverat, confirmare. — (Reg. 20, f. 89 r°; ann. XV, c. 105; — Moreau 1193, f. 334.)

« *Jacobe Gilie, civi Bononiensi.* Cum a nobis —. Dat. Laterani, XII kalendas augusti, anno quintodecimo. »

6092 Latran, 25 juillet 1241.

Sancti Dionysii in Francia et Corbeiensi abbatibus, de eadem re scribens, de qua supra, in litteris sub numero 6082 notatis, tractatur, mandat quatenus, defuncto in Urbe Nicolao, Sancti Judoci in Nemore olim abbate, in abbatem Praemonstratensem electo, priorem et canonicos Praemonstratenses absolvant ab excommunicationis sententia quam Laudunensis episcopus in eos, pro eo quod eidem electo tanquam abbati obediebant, tulerat, et, postquam Praemonstratensi ecclesiae fuerit de abbate provisum, partibus terminum praefigant, quo coram ipso papa compareant. — (Reg. 20, f. 89 r°; ann. XV, c. 106; — Moreau 1193, f. 336.)

« .. *Sancti Dionisii in Francia et* [..] *Corbeiensi abbatibus, Parisiensis et Amb*[*ianensis*] *diocesum.* Ex parte .. prioris et conventus Premonstratensis ecclesie fuit propositum coram nobis quod, cum, ecclesia ipsa vacante, bone memorie frater Nicolaus, Sancti Judoci in Nemore, ordinis Premonstratensis, tunc abbas, ad ejus regimen fuisset electus, venerabilis frater noster .. Laudunensis episcopus [etc., ut supra, in litteris sub numero 6082 notatis, paucis mutatis, usque :] procederet contra eum vel ecclesiam memoratam, ad nostram pro se ac eadem ecclesia duxit audientiam appellandum. Sed episcopus ipse, hujusmodi appellatione contempta, in eum et dictum priorem et quosdam alios canonicos Premonstratenses, pro eo quod tanquam abbati obediebant eidem, de facto [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] promulgavit. Quare, cum idem abbas sit in Urbe defunctus, a nobis fuit humiliter postulatum, ut eisdem priori et canonicis ac ecclesie prelibate, cui, pretextu talis sententie [etc., ut supra, in eisdem litteris, paucis mutatis, usque :] se benignam, nos, priori, canonicis et ecclesie antedictis taliter providere volentes, quod partis alterius justitia non ledatur, mandamus quatenus, ne prefate Premonstratensis ecclesie, nunc vacantis, provisio valeat impediri, ab eisdem priore ac canonicis sufficienti cautione recepta, quod Ecclesie mandato parebunt super hiis [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] impendatis eis absolutionis beneficium ad cautelam, prefigentes, postquam Premonstratensi ecclesie fuerit de abbate provisum, partibus terminum [etc., ut supra, in eisdem litteris, usque :] processure. Dat. Laterani, VIII kalendas augusti, anno quintodecimo. »

6093 Latran, 8 juillet 1241.

Decano et thesaurario Lexoviensibus nec non archidiacono Algiae, Lexoviensis dioecesis, mandat quatenus, — cum abbas conventusque monasterii Sancti Taurini Ebroicensis, ordinis sancti Benedicti, quos abbas conventusque Fiscanneses, ejusdem ordinis, Rothomagensis dioecesis, asserentes

1. C'est-à-dire S[*tephanus*], *tituli Sancte Marie Transtiberym presbiter cardinalis*, mentionné tout au début de la présente pièce.

quod, praedicto monasterio Sancti Taurini vacante, abbas ibidem de gremio monasterii Fiscannensis debebat assumi, coram judicibus, inter quos erat prior Sancti Vigoris, in causam traxerant, eundem priorem Sancti Vigoris haberent suspectum, propter unionem monasteriorum Sancti Benigni Divionensis et Sancti Vigoris, et propter amicitiam et familiaritatem quibus praedictum Fiscannense monasterium et idem monasterium Sancti Benigni adeo erant conjuncta, quod prior Sancti Vigoris, qui monachus erat Sancti Benigni, pro monacho Fiscannensi habebatur, cumque praedicti judices arbitros ab eisdem abbate et conventu Sancti Taurini postulatos, coram quibus illa suspicio probaretur, eis concedere denegassent, — in causa eadem procedant; alioquin partes ad examen praedictorum judicum remittant. — (Reg. 20, f. 89 v°; ann. XV, c. 107.)

« .. *decano*, .. *thesaurario et* .. *archidiacono Algi*[*e*] *Lexovien*[*sibus*]. Sua nobis dilecti filii .. abbas et conventus monasterii Sancti Taurini Ebroicensis, ordinis sancti Benedicti, petitione monstrarunt quod, cum .. abbas et conventus Fiscannenses, ejusdem ordinis, Rothomagensis diocesis, asserentes quod, monasterio predicto vacante, debet abbas ibidem de gremio monasterii Fiscannensis assumi, super hoc auctoritate apostolica dictos abbatem, tunc electum, et conventum predicti monasterii Sancti Taurini coram .. priore Sancti Vigoris, .. cantore Bajocensi et magistro T. Uberti clerico, cui .. officialis Bajocensis, delegatus a nobis, super hoc totaliter commiserat vices suas, traxisse[n]t in causam : dicti abbas et conventus Sancti Taurini, habentes ipsum priorem ea ratione suspectum, quod, cum[1] Sancti Benigni et Sancti Vigoris monasteria unum penitus esse noscantur, et ideo prior Sancti Benigni Divionensis, a quo quasi ad cellam ad Sanctum Vigorem transmissus, ab ipso pro abbatis ejusdem Sancti Benigni libito revocatur, monachus esse noscatur, ac Sancti Benigni et Fiscannensis monasteriorum abbates et conventus tanta sint amicitia et familiaritate conjuncti, quod, monasteriorum ipsorum bona sibi communicantes ad invicem et, quantum in eis est, dicta monasteria unientes, statuto firmarunt ut, qui monachus est unius monasteriorum ipsorum, in altero tanquam ipsius monachus admittatur et censeatur monachus monasterii utriusque, ac ob hoc idem prior habeatur pro monacho Fiscannensi, arbitros sibi dari, coram quibus hujusmodi probaretur suspitio, postularunt. Et quia dicti judices et subdelegatus arbitros super hoc concedere penitus denegarunt eisdem, ipsi, sentientes ex hoc indebite se gravari, ad nostram duxerunt audientiam appellandum. Ideoque mandamus quatenus, si est ita, revocantes in statum debitum etc., usque : attemptatum, in causa ipsa etc., usque : procedatis; alioquin partes ad eorumdem judicum et subdelegati re[mittatis] exa[men], ap[pellantem] etc. Testes etc. Attentius provisuri ne, cum dictus abbas Fiscannensis, veniendo ad presentiam nostram, a Frederico, dicto imperatore, captus et detentus esse dicatur[1], donec de ipsius liberatione constiterit, prefatos abbatem et conventum Fiscannenses per has litteras trahatis in causam; ita tamen quod ob hoc juri parti[s] alterius super prosecutione appellationis sue, lapsu temporis, nullum prejudicium generetur. Quod si non omnes etc. Dat. Laterani, VIII idus julii, anno quintodecimo. »

1. Cette longue phrase est mal construite; tout ce qui suit, jusqu'à : « arbitros sibi dari ... », dépend de : « cum », de sorte que : « ea ratione ... quod ... » se trouve ne plus se rapporter à rien. — En outre, le membre de phrase : « et ideo prior Sancti Benigni Divionensis ... monachus esse noscatur », n'est pas clairement rédigé; voici comment je l'entends : « et ideo prior [monasterii Sancti Vigoris] noscatur esse monachus Sancti Benigni Divionensis, a quo [monasterio Sancti Benigni] transmissus ad Sanctum Vigorem quasi ad cellam, ab ipso [monasterio Sancti Vigoris] pro abbatis ejusdem [monasterii] Sancti Benigni libito revocatur. »

6094 Latran, 1er juillet 1241.

Belam, regem Hungariae, de invasione Tartarorum consolatur, eique efficax consilium et auxilium promittit; ad haec ei nuntiat pacem cum Friderico, dicto imperatore, reformare paratum se esse, si idem Fridericus reverenter ad mandatum Ecclesiae redeat. — (Reg. 20, f. 89 v°; ann. XV, c. 108; — Moreau 1193, f. 328, ex Raynaldo; — Potthast 11013; — Rodenberg 826, ex Raynaldo et Theiner; — cf. *supra*, n° 6076.)

« *Bele, illustri regi Ungarie*. Cum ad archana —. Dat. Laterani, kalendis julii, anno quintodecimo. »

6095 Latran, 31 juillet 1241.

Praenestino episcopo, Rothomagensi, Burdegalensi et Auxitano archiepiscopis, Nemausensi, Carcassonensi, Agathensi, Papiensi, Astensi et Terdonensi episcopis, Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Cluniacensi, Cisterciensi et Clarevallensi abbatibus, Gregorio de Romania, subdiacono et capellano suo, nec non decanis, praepositis, archidiaconis et ceteris in captivitate Friderici, dicti impe-

1. Cf. *supra*, n° 6063.

ratoris, existentibus iterum litteras consolatorias mittit. — (Reg. 20, f. 90 r°; ann. XV, c. 109; — Moreau 1193, f. 338; *ibid.*, f. 342, ex Raynaldo; — Potthast 11050; — Rodenberg 827, ex Raynaldo; — cf. *supra*, n° 6063.)

« .. *Penestrino episcopo*, .. *Rothomagensi*, .. *Burdegalensi et* .. *Auxitano archiepiscopis*. .. *Neumasensi*, .. *Carcasonensi*, .. *Agathensi*, .. *Papiensi*, .. *Astensi et* .. *Terdonensi episcopis, et O[ttoni]. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali*, .. *Cluniacensi*, .. *Cisterciensi*, .. *Clarevallensi abbatibus, et Greg[orio] de Romania, subdiacono et capellano nostro, decanis, prepositis, archidiaconis et aliis exulantibus pro ecclesiastica libertate*. Dolenda novi casus —. Quocirca sinceritatem vestram rogamus et hortamur in Domino quatenus, Ecclesie causam, Apostolice Sedis injuriam, que contra fas et debitum variis vexatur molestiis et lacessitur offensis, solita devotione pensantes, pie matris, que vos recepit ad ubera super benigna genua blandiendo, eis quas toleratis angustiis, preponatis affectum, ut probatio vestre fidei, que satis auro pretiosior invenitur, habeat cum temptatione proventum, nec aliquid tyrannus inveniat, quod sinistra interpretatione notabile aut dignum extimet suis diffamationibus inserendum, certe spei fiduciam habituri, quod pro liberatione vestra, quin immo nostra confusione tollenda, vias querimus, remedia cogitamus, impensam sollicitudinem nostris desideriis coequantes, sic quod nec de negligentia mordendi digne concurrimus nec de filiorum oblivione notandi, nisi forte visitandi raritas calumpniam habeat, que, nobis invitis de viarum difficultate procedens, votis nostris et vestris obvia, justa potest excusatione defendi; nec enim a laboribus corpora nec manus ab auxiliis deducemus, donec in vestris consolemur aspectibus, exulantibus filiis patris desideriis restitutis. Utinam et sue legis et gentis miserator Dominus, cujus est gressus dirigere, misericorditer recordetur! Dat. Laterani, II kalendas augusti, anno quintodecimo. »

6096 Latran, 8 juillet 1241.

Regi Norwagiae, — qui votum quod emiserat, in Terrae Sanctae subsidium proficiscendi, non poterat, propter locorum nimiam distantiam, hominum regni Norwagiae paupertatem et linguarum interjacentium ignorantiam, commode adimplere, et cui ipse papa idem votum commutandi contra Paganos terrae Norwagiae vicinos licentiam concesserat, — significat se ejus personam, cum familia, et omnia ejus bona sub beati Petri suaque protectione suscipere, et statuere ut, postquam iter contra eosdem Paganos assumpserit, omnia illa ei maneant integra et quieta, donec de ejus reditu vel obitu certissime cognoscatur. — (Reg. 20, f. 90 v°; ann. XV, c. 110; — Moreau 1193, f. 331; — Potthast 11046.)

« .. *illustri regi Norwagie*. Cum signo vivifice —. Dat. Laterani, VIII idus julii, pontificatus nostri anno quintodecimo. »

6097 Latran, 8 juillet 1241.

« In eundem fere modum .. *archiepiscopo Nidrosiensi et* .. *episcopo Bergensi*. [Eis mandat quatenus eundem regem non permittant contra [praecedentis] apostolicae protectionis et constitutionis tenorem super his molestari.] Dat. ut supra. » — (Reg. 20, f. 90 v°; — Moreau 1193, f. 331 v°; — Potthast 11047.)

6098 Latran, 6 juillet 1241.

« In eundem fere modum *eidem regi*. [Ei licentiam elargitur commutandi votum quod emiserat, in Terrae Sanctae subsidium proficiscendi, contra Paganos terrae Norwagiae vicinos, eique votum suum contra Paganos eosdem tenaciter prosequenti, veniam concedit peccatorum quam consequeretur, si in ejusdem Terrae Sanctae subsidium profectus esset.] Dat. Laterani, II nonas julii, anno quintodecimo. » — (Reg. 20, f. 90 v°; — Moreau 1193, f. 331 v°; — Potthast 11045.)

6099 Latran, 8 juillet 1241.

Archiepiscopo Nidrosiensi, referenti nonnunquam, propter aquae penuriam, infantes Nidrosiensis terrae in cervisia baptizari, respondet : « Non debent reputari rite baptizati, » qui in cervisia baptizantur. » — (Reg. 20, f. 91 r°; ann. XV, c. 111; — Moreau 1193, f. 332, ex Raynaldo; — Potthast 11048.)

« .. *archiepiscopo Nidrosiensi*. Cum, sicut ex —. Dat. Laterani, VIII idus julii, anno quintodecimo. »

6100 Latran, 8 juillet 1241.

Abbati Sancti Michaelis (= Munkalif), ordinis sancti Benedicti, Bergensis dioecesis, et priori provinciali fratrum Praedicatorum Norwagiae mandat quatenus, — cum H[aquinus VI], Norwagiae rex, [Haquino V,] « patri suo, cujus erat » filius naturalis, deficientibus legitimis aliisque propinquis

» consanguineis, qui possent de jure succedere ipsi patri, se- » cundum legem et consuetudinem patrie in regno » succederet, archiepiscopus autem Nidrosiensis ejusque suffraganei supplicavissent ut eidem [Haquino VI] concederetur ut, « non » obstante defectu natalium, inungi et coronari » posset in regem, — inquisita super praemissis veritate, quae invenerint, per litteras et sollemnes nuntios Sedi Apostolicae intiment. — (Reg. 20, f. 91 r°; ann. XV, c. 112; — Potthast 11049.)

« .. *abbati Sancti Michaelis, ordinis sancti Benedicti, Bergensis diocesis, et .. priori provinciali fratrum Predicatorum Norwagie.* Venerabiles fratres nostri —. Dat. Laterani. VIII idus julii, anno quintodecimo. »

FIN DE LA QUINZIÈME ANNÉE
ET DES REGISTRES DE GRÉGOIRE IX DE LA SÉRIE DU VATICAN.

REGISTRE DE PÉROUSE

[La série de documents, en majeure partie inédits, imprimés ci-après sous les numéros 6101 à 6183, se rattache étroitement au recueil des bulles de Grégoire IX qui fait l'objet de la présente publication; elle forme une sorte de Registre annexe, qui avait sa place marquée ici, à la suite des Registres du Vatican. Sur cette série de lettres, sur son origine et sa nature, j'ai récemment publié, dans la *Bibliothèque de l'École des Chartes*, une notice détaillée à laquelle je me permets de renvoyer le lecteur et qu'il me suffira ici de résumer[1].

Ce Registre occupe les seize premiers feuillets du manuscrit 302, anciennement coté E. 50, de la bibliothèque municipale de Pérouse; il se compose de deux cahiers, de huit feuillets chacun; on distingue plusieurs écritures, les unes et les autres du treizième siècle. Entre le premier et le second cahier, se remarque une lacune, laquelle est vraisemblablement d'un cahier. Que ce recueil, que j'appellerai *Registre de Pérouse*, ait été constitué à la chancellerie pontificale, selon toute probabilité au temps même de Grégoire IX, cela ne me paraît guère douteux; on retrouve dans ce Registre, assimilable, sous bien des rapports, aux petits Registres particuliers que nous avons rencontrés au cours de cette publication (*cf. supra*, t. I, col. 257; t. II, col. 1, 289, 585, 599, 1241 et 1265; et t. III, col. 389, 403, 421 et 427), la plupart des caractères extérieurs que présentent les Registres pontificaux de la même époque.

Les pièces les plus anciennes de la présente série sont de 1227; les plus récentes, de 1234; ces documents se répartissent fort inégalement entre six années du pontificat (1227 à 1230, 1233 et 1234); ils ont été transcrits dans un certain ordre, mais le classement n'en est pas rigoureusement chronologique. Faute d'éléments suffisants, beaucoup de lettres de ce recueil ne peuvent être datées avec une entière précision.

Envisagés au point de vue de leur objet, les documents qui forment le *Registre de Pérouse* peuvent être distribués en plusieurs groupes différents, que je me suis efforcé de nettement distinguer dans la notice mentionnée ci-dessus, et parmi lesquels deux au moins me paraissent devoir être signalés dans cet Avant-propos. L'un, qui comprend treize pièces (n. 6135-6147), toutes de la même date (5 septembre 1229), — auxquelles il convient de joindre la pièce 6151 (du 23 octobre suivant), — a trait principalement à la légation en Allemagne du cardinal Otton de Saint-Nicolas in Carcere Tulliano[2]. Quant à l'autre groupe, le plus considérable du Registre par le nombre des pièces qui le constituent (n. 6148-6150 et 6152-6179), je ne pense pas exagérer en disant que l'histoire, plusieurs fois traitée déjà, des négociations de la paix de San-Germano, entre le pape et l'empereur, en reçoit, sur bien des points, un jour tout nouveau[3].

1. *Le Registre de Grégoire IX de la Bibliothèque municipale de Pérouse*, dans *Bibliothèque de l'École des Chartes*, t. LXX, 1909, pp. 313-334.

2. Cf. E. WINKELMANN, *Die Legation des Kardinaldiakons Otto von S. Nicolaus in Deutschland*, 1229-1231, dans : *Mittheilungen des Instituts für œsterreichische Geschichtsforschung*, t. XI (1890), pp. 28-40. Dans ce mémoire, M. Eduard Winkelmann a dressé, pp. 33-38, un « regeste » de cette légation, repris et développé plus tard dans : BÖHMER, *Regesta Imperii*, t. V (1198-1272), publ. par Julius FICKER et Eduard WINKELMANN (1892), p. 1533-1539.

3. Cf. l'exposé très développé qu'a donné de ces négociations M. Eduard WINKELMANN dans le second volume, p. 165-216, de sa belle Histoire de Frédéric II (*Kaiser Friedrich II*, 1889 et 1897, 2 vol. in-8°; collection des *Jahrbücher der deutschen Geschichte*). Dans son travail, M. Winkelmann a pu utiliser un intéressant article de M. Carl RODENBERG, sur ces mêmes négociations (*Die Vorverhandlungen zum Frieden von San-Germano*, 1229-1230), paru en 1892 dans le tome XVIII du *Neues Archiv*, pp. 177-205. M. Rodenberg a imprimé, dans cet article, quinze lettres de Thomas de Capoue, l'un des principaux négociateurs de Grégoire IX dans cette affaire; ces lettres, qui ont été relevées, d'après sa publication, dans le tome V, cité plus haut, des *Regesta Imperii*, M. Rodenberg les avait tirées d'un curieux formulaire contenu dans le manuscrit de Reims 1275, formulaire sur lequel on pourra consulter Louis PARIS, *Le Cabinet historique*, t. XIV, 2e partie, 1868, p. 4, et W. WATTENBACH, *Ueber erfundene Briefe in Handschriften des Mittelalters, besonders Teufelsbriefe*, dans : *Sitzungsberichte der königlich preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, 1892, 11 février, p. 93 et 98.

Les pièces insérées dans le *Registre de Pérouse* n'ont reçu aucune numérotation; elles forment une suite de cinquante-neuf articles ou *capitula*: mais, si on fait entrer en ligne de compte les *In eundem modum*, au nombre de seize, et huit « cédules » ou « clausules » annexées à plusieurs de ces pièces, on arrive à un total de quatre-vingt-trois documents, dont deux, en raison de la lacune indiquée plus haut, sont incomplets, l'un de la fin, l'autre du début.

Les adresses ont été rubriquées dans la première partie du recueil seulement; à partir du milieu du feuillet 11 r° (pièce 6148), elles cessent de l'être. Heureusement, nous pouvons presque toujours suppléer à l'absence de rubriques par les rubricelles écrites à l'encre noire dans les marges. A partir du moment où les rubriques manquent, je les ai remplacées par ces rubricelles marginales, encadrées, dans l'impression, de deux crochets [].

Parmi les documents de ce Registre annexe, plus d'un aurait pu être l'objet d'un commentaire historique; le plan de la présente publication ne comporte pas un tel commentaire; toutefois, et sans m'écarter de ce plan, je n'ai pu me dispenser de citer en note certains passages, soit de la Chronique de Richard de San-Germano, soit des lettres, publiées par M. Rodenberg, de Thomas de Capoue, dont le rapprochement m'a paru s'imposer avec le texte de telle ou telle des pièces du recueil, relatives aux négociations de la paix de 1230.

Je me reprocherais de terminer cet Avant-propos sans remercier M. Ignazio Giorgi, aujourd'hui bibliothécaire de la Casanatense, à Rome, M. Alessandro Bellucci et M. le comte Ansidei, des facilités que successivement ils ont bien voulu m'accorder jadis pour l'étude de ce manuscrit.]

6101 [Latran, 16 avril 1227[1].]

Friderico, Romanorum imperatori et regi Siciliae, nuntiat rectores Societatis Lombardiae acceptasse formam concordiae inter ipsum imperatorem et eandem Societatem per Sedem Apostolicam ordinatae, eumque rogat ut se ad Terram Sanctam liberandam in instanti passagio potenter accingat. — (REGESTUM PERUSINUM f. 1 r°, n° 1; — POTTHAST 7869[2]; — RODENBERG 351; — cf. *supra*, t. I, col. 16, n° 30.)

« *Frederico, Romanorum imperatori et regi Sicilie.* Noverit tua serenitas —. Dat. Laterani, XVI kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo. »

6102 Anagni, [22 juillet 1227.]

Eundem monet ut ad coelestia animum erigat neque se voluptatibus terrenis detineri permittat; ei quinque insignia imperiali dignitati deputata, crucem videlicet, lanceam, coronam, sceptrum et pomum cum eorum mysteriis describit; denique ei latorem harum litterarum, fratrem Gualam, de ordine Praedicatorum, commendat. — (REG. PERUS. f. 1 r°, n° 2; — POTTHAST 7972[1]; — RODENBERG 365; — cf. *supra*, t. I, col. 79, n° 112[2].)

« *Eidem.* Ad ostendendam viam —. Dat. Anagnie. »

6103 Latran, [fin 1227.]

Friderico, dicto imperatori, scribit se, licet ipsum sententia perculerit, maxima tamen qua potuerit dulcedine erga eum egisse; memorat oppressiones ecclesiarum in regno Siciliae et persecutionem comitum Celanensium et Raynaldi de Aversa, pro quibus se Ecclesia Romana obligavit, eumque monet ut haec omnia emendet et ad gremium fidei catholicae, satisfaciendo Deo et hominibus, recurrat. — (REG. PERUS. f. 2 r°, n° 3; — POTTHAST 8049[3]; — RODENBERG 370; — cf. *supra*, t. I, col. 92, n° 166[4].)

« *Frederico, dicto imperatori.* Utinam ita imperialem —. Dat. Laterani. »

1. Dans le Registre de la première année du pontificat de Grégoire IX (cf. *supra*, n° 30), la présente lettre porte la même date qu'ici; le « Dat. ut supra » qu'on lit à la fin, se rapporte au « Dat. » de la pièce 28, « XVI kalendas aprilis ». Or, cette date « XVI kalendas aprilis » (= 17 mars) est inacceptable; aux raisons données par M. RODENBERG, *Epistolae ... Pontificum Romanorum*, t. I, p. 266, note 1, on peut ajouter celle-ci, qui à elle seule pourrait suffire, que, le 17 mars 1227, Honorius III vivait encore; j'adopte la correction « XVI kalendas maii » (16 avril), proposée par M. Rodenberg.

2. Avec la date *III kalendas aprilis* (= 30 mars), d'après SAVIOLI, *Annali Bolognesi*, III, II, 77, et HUILLARD-BRÉHOLLES, *Hist. diplom. Frider. secundi*, III, 7.

1. Avec la date *XI kalendas augusti* (= 22 juillet), d'après RIPOLL, *Bullar. Praed.*, I, 21, n° 10; cette même date est adoptée par M. Rodenberg.

2. Dans le Registre de la première année, la présente lettre ne porte aucune date de lieu, de jour ni d'année.

3. POTTHAST date cette lettre de la fin d'octobre; M. RODENBERG, *Epistolae ... Pontificum Romanorum*, t. I, p. 286 et p. 287, note 3, la place *in fine anni*.

4. Dans le Registre de la première année, la présente bulle

6104 Anagni, 10 octobre 1227.

Universis archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis[1] significat quomodo Fridericus, Romanorum imperator, promissiones pro liberatione Terrae Sanctae toties factas eluserit; illum excommunicatum et ab omnibus evitandum denuntiat, pro eo quod non transfretavit in termino praefixo, nec in taxatis passagiis pecuniam quam debuerat, ad Terram Sanctam destinavit, nec duxit mille milites per biennium ibidem tenendos, sicut fuerat pollicitus. — (Reg. Per. f. 2 v°, n° 4; — cf. Potthast 8044; — cf. Rodenberg 368; — cf. *supra*, t. I, col. 101, n° 178.)

« *Universis archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis.* In maris amplitudine —. Dat. Anagnie. VI idus octobris, pontificatus nostri anno primo. »

6105 Anagni, 8 octobre 1227.

[Universos principes Alamanniae[2].] conquerens quod Fridericus imperator negotium transmarinum deseruerit, obsecrat quatenus « ad vindicandum in crucis blasphemos occupatam » tenentes Terram » Sanctam suos animos praeparent, et tanto fortius animentur « quanto major dinoscitur necessitas » imminere ». — (Reg. Per. f. 5 r°, n° 5; — Rodenberg 367; — cf. *supra*, t. I, col. 101, n° 179.)

« [..........] Flere libet potius —. Dat. Anagnie, VIII idus octobris, pontificatus nostri anno primo. »

6106 Saint-Pierre de Rome, 7 avril 1228.

Universis archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum praelatis[3] nuntiat se in Fridericum imperatorem excommunicationis sententiam in proximo praeterito festo Coenae Dominicae (= 23 Mart.) promulgandam duxisse, tum pro eo quod non transfretavit in subsidium Terrae Sanctae, nec promissum numerum militum in expensis suis tenuit nec transmisit, nec pecuniam quam promiserat, destinavit, tum quia, Tarentinum archiepiscopum ad sedem propriam accedere non permittens, eum populum suum non patitur visitare, tum etiam quia Templarios et Hospitalarios bonis quae habebant in Regno, spoliavit; adjecto quoque ut loca quaelibet, ad quae ille pervenerit, ecclesiastico subjaceant interdicto; monet eos ut singuli, praedictam sententiam sollemniter publicantes, denuntient eam singulis diebus dominicis et festivis. — (Reg. Per. f. 5 r°, n° 6; — cf. Potthast 8162; — cf. Rodenberg 371; — cf. *supra*, t. I, col. 103, n° 181.)

« *Universis archiepiscopis et episcopis et aliis ecclesiarum prelatis.* Quanto nobilius membrum[1] —. Dat. Rome, apud Sanctum Petrum, VII idus aprilis, pontificatus nostri anno secundo. »

6107 Rieti, 7 mai 1228.

Friderico, dicto imperatori, conqueritur de horrendis oppressionibus quibus ecclesiae et clerici regni Siciliae et Apuliae ab ipso alliguntur; eum monet et hortatur quatenus, ecclesiis et personis ecclesiasticis ablata restituens integre universa, ab illorum molestatione penitus conquiescat; ad hoc B. et R., fratres Minores, ad eum mittit. — (Reg. Per. f. 6 r°, n° 7; — Potthast 8189; — Rodenberg 372; — cf. *supra*, t. I, col. 111, n° 193.)

« *Frederico, dicto imperatori, spiritum consilii sanioris*[2].

porte comme adresse non pas *Frederico, dicto imperatori*, comme ici, mais *Frederico, Romanorum imperatori etc., spiritum consilii sanioris*. De part et d'autre, il n'y a pas d'autre date que « Laterani ».

1. Dans le Registre de la première année (cf. *supra*, n° 178), cette lettre est adressée seulement à six évêques d'une même région de l'Italie méridionale, la « Marsia », à savoir : .. *Marsicano*, .. *Fintonensi*, .. *Valvensi*, .. *Theatino*, .. *Pennensi* .. *et Aprutino episcopis*. Potthast et M. Rodenberg omettent *Fintonensi*, qui est pour *Furconensi* (cf. *Registres de Grégoire IX*, t. I, *Corrections*, col. 1287-1288), et, après *Aprutino*, ajoutent, d'après Raynaldi, *ceterisque per has regiones constitutis*, qui ne se lit pas dans le Registre du Vatican; sans doute, aux yeux de Raynaldi, *ceterisque per has regiones constitutis* devait tenir lieu de *Fintonensi episcopo*, qui était resté pour lui une énigme.

2. L'adresse, omise dans le manuscrit de Pérouse, est restituée ici d'après le Registre du Vatican.

3. Cette encyclique se retrouve dans le Registre du Vatican, mais sans date, et adressée *universis archiepiscopis, episcopis et aliis ecclesiarum prelatis et clericis* per Apuliam *constitutis*. C'est évidemment par erreur que cette autre expédition a été, dans le Registre du Vatican, insérée, d'ailleurs sans numéro d'ordre, à la fin de la première année du pontificat (c'est le n° 181 de la présente publication); postérieure au 23 mars 1228, date de l'excommunication de Frédéric II, et par conséquent au 21 mars de cette même année, premier anniversaire du couronnement de Grégoire IX, elle appartient nécessairement à la seconde année; peut-être est-elle non de la fin de mars, comme je l'ai supposé après Potthast et M. Rodenberg, mais du 7 avril, c'est-à-dire de la même date que l'expédition portant l'adresse *universis archiepiscopis*, etc., du manuscrit de Pérouse, et que la lettre par laquelle Grégoire IX notifie à Henri III d'Angleterre l'excommunication de Frédéric II (ann. II, c. 6; n° 188 de la présente publication).

1. *Ms.* : menbrum.

2. La formule *spiritum consilii sanioris* ne se trouve pas dans la copie du Registre du Vatican, où, au lieu de *Frederico, dicto imperatori*, on lit, dans l'adresse, *Frederico, Romanorum imperatori*. Nous avons vu un cas analogue un peu plus haut (Reg. Per., pièce 3, n° 6103).

Ascendit ad nos —. Dat. Reate, nonis maii, pontificatus nostri anno secundo. »

6108 Assise, [1er-10] juin 1228[1].

Reginam Bohemiae rogat et monet quatenus, in devotione Apostolicae Sedis et ipsius papae firmiter perseverans, dolos et fraudes Friderici imperatoris caveat. — (Reg. Per. f. 6 r°, n. 8 [-10].)

« [..] *regine Boemie*. Cum apud Romanam Ecclesiam magnam semper inveneris gratiam et favorem, protectionis clippeum et munimen contra conatus adversantium votis tuis, spes firma concipitur quod, ingratitudinis excluso vitio, ei semper grata esse cupias, cujus tibi gratiam continuari expedit propter multa. Hinc est quod serenitatem tuam rogamus attente et monemus, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, in devotione Apostolice Sedis ac nostra firmiter persevera[n]s, dolos et fraudes illius provide caveas et prudenter, qui, gratis Ecclesiam impugnare satagens, nec pudori suo nec tuo pepercit honori, ne, si forte, quod absit! aliquo tibi vel tuis federe colligetur, traharis ad devia cum errante, vergatque tibi ac tuis postea in singultum[2] quod cedere ad commodum estimares. Nos enim tam tibi quam tuo generi habitam intendimus gratiam ampliare, si eam recto vestigio merita comitentur. Dat. Asisii, mense junii, anno secundo. »

6109. — [..] *regi Boemie*. — In eundem fere modum [..] *regi Boemie* super eodem.

6110. — In eundem fere modum [..] *regi Ungarie* super eodem.

6111 Pérouse, [après le 12 juin] 1228[3].

Duci Venetorum notum facit se ad eum patriarcham Antiochenum pro quibusdam arduis negotiis destinare; his quae idem patriarcha ex parte papae exposuerit, indubitatam fidem adhibeat; noverit quod ea quae dictus patriarcha cum ipso duce ordinanda duxerit, papa confirmabit. — (Reg. Per. f. 6 v°, n. 11[-16].)

« [..] *duci Venetorum*. Apostolice Sedis gratiam, que tuam devotionem favorabili benignitate complectitur, usque adeo tibi caram fore credimus et acceptam, quod eam semper prompta devotione velis prosequi et indefessis obsequiis amplius promereri. Hinc est quod venerabilem fratrem nostrum [..] patriarcham Antiocenum, virum utique providum et discretum, nobis et fratribus nostris carum admodum et acceptum sue merito probitatis, ad te fiducialiter pro quibusdam arduis negotiis duximus destinandum. Nobilitatem tuam rogamus attente et monemus, ac per apostolica tibi scripta man[damus] quatinus, hiis que tibi ex parte nostra exposuerit, indubitatam fidem adhibens, ad eadem prosequenda sic efficaciter consilium et auxilium impendere studeas oportunum, quod de tua devotione ac prudentia merito gaudere possimus, et te strictius amplexari cogamur in visceribus caritatis. Ad hec, pro certo noveris quod ea que dictus patriarcha tecum ordinanda et statuenda duxerit, pro hiis perficiendis que sibi commisimus, rata habebimus atque firma. Dat. Perusii, anno secundo. »

6112. — In eundem fere modum *consiliariis* [..] *ducis Venetorum* super eodem.

6113. — In eundem fere modum [..] *duci et consiliariis Venetorum* similiter super eodem[1].

6114. — In eundem fere modum [..] *potestati et consiliariis Januensibus* super eodem.

6115. — In eundem fere modum *rectoribus Societatis Lombard[ie]* super eodem.

6116. — In eundem fere modum *rectoribus, civitatibus, comitibus, baronibus et omnibus de Societate Lombard[ie]* super eodem.

6117 Pérouse, [30 août] 1228.

Universis praelatis ecclesiarum[2] notum facit se omnes sub-

1. Le 11 ou le 12 juin, Grégoire IX est à Spello (Potthast, t. I, p. 707); il passe le reste du mois à Pérouse.

2. Cf. 1 Reg. XXV, 31.

3. La présence de Grégoire IX à Pérouse est constatée à partir du 13 juin (Potthast 8208); il y reste jusqu'en février 1230.

1. Cet *In eundem modum* semble faire double emploi avec les deux pièces 6111 et 6112 qui précèdent.

2. La présente lettre ne se trouve pas dans le Registre du Vatican; elle a été publiée par M. Rodenberg, dans l'Appendice au premier volume de ses *Epistolae... Pontificum Romanorum* (t. I, n° 831, pp. 731-732), d'après une copie tirée jadis par W. Wattenbach d'une expédition originale conservée alors dans le manuscrit latin 1413 de la Bibliothèque impériale de Vienne (anciennement Salzbourg, n° 94) et versée depuis dans la série des diplômes (cf. *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtkunde*, t. X, 1851, p. 549; *Tabulae codicum manu scriptorum ... in bibliotheca palatina Vindobonensi asservatorum*, ed. Academia Caesarea Vindobonensis, vol. I, 1864, p. 235). Malheureusement, l'expédition originale en question est fortement endommagée, et elle pré-

ditos Friderici imperatoris, et specialiter homines Regni, a juramento fidelitatis absolvisse, nec non illos excommunicavisse, qui eidem Friderico contra Romanam Ecclesiam auxilium praestiterint; ad haec, nuntiat imperatorem, portum Brundusii latenter egressum, quo iverit, ignorari, paulo ante autem illum in portu statuta edidisse et litteras ad usurpandum Patrimonium destinasse, et Beneventum fecisse obsideri; eis mandat quatenus haec singuli per civitates et dioeceses suas publicent. — (Reg. Per. f. 6 v°, n° 17; — cf. Rodenberg 831.)

« *Universis prelatis ecclesiarum.* Ad vestram et aliorum notitiam volumus pervenire quod nos, in colloquio apud Perusium pro variis Ecclesie[1] negotiis solempniter celebrato[2], omnes qui Frederico imperatori sunt fidelitatis juramento[3] astricti, et specialiter homines Regni, a juramento quo sibi tenentur, absolvimus et denuntiavimus absolutos, pro[1] eo quod ipse[2], exigentibus culpis suis, dudum excommunicationis laqueo innodatus, sicut per alias vobis litteras exposuimus[3] diligenter, pluries monitus ut desisteret a conculcatione ecclesiastice libertatis[4], non solum non destitit ab expoliatione religiosarum personarum et clericorum, verum etiam, in eos inmaniori temeritate deseviens, ipsorum bona[5] et ecclesiarum diripuit, et, quedam etiam per manus inimicorum crucis Christi sacraque vasa divinis usibus deputata prophanans, clericis ipsis aquam et ignem et cotturam[6] panis et alia commercia interdixit[7], factusque Pharaone deterior, divinam ultionem non metuens, clerum afflixit cruciatibus infinitis. Unde ascendit ad nos clamor, ululatus et stridor miserabilis, validus et horrendus, ecclesiarum et clericorum regni Sicilie ac[8] Apulie, quem salva conscientia diutius tollerare nequivimus, quin contra eum exerceremus hanc ecclesiasticam ultionem, cum, juxta sanctorum Patrum canonicas sanctiones, ei qui Deo et Ecclesie fidem non servat et precepta divina conculcat, non sit servanda fidelitas, et presertim a communione fidelium separato. Excommunicavimus insuper et anathematizavimus omnes qui ei contra Romanam Ecclesiam, vel impugnando patrimonium ejus seu jura spiritualia vel temporalia Apostolice Sedis[9] illicite usurpando, auxilium prestiterint vel favorem. Ad hec[10], non sine dolore ac pudore referimus quod, cum idem imperator propria manu juraverit se termino quem sibi prefixerat, in Terre Sancte subsidium transiturum cum multitudine militum, celandrarum et galearum, secundum quod culmen imperialis celsitudinis exigebat, et fecerit in

sente un certain nombre de lacunes, que M. Rodenberg a dû combler d'après une autre expédition de cette même lettre, adressée, celle-là, *potestati et populo Senensi*, et publiée, avec une fausse attribution à Grégoire X, par Alexis de Saint-Priest, au tome IV (Appendice, p. 254) de son *Histoire de la conquête de Naples par Charles d'Anjou* (Potthast 8254; Böhmer-Ficker-Winkelmann, *Regesta Imperii*, V, 6737). Huillard-Bréholles a reproduit, en la restituant à sa vraie date, cette expédition *potestati et populo Senensi*, dans le tome III, p. 494, de son *Historia diplomatica Friderici secundi*. Dans l'original de Vienne, l'adresse manque, ainsi que tout le début; M. Rodenberg, qui a apporté au texte très médiocre d'Alexis de Saint-Priest plus d'une correction heureuse, a bien vu qu'il s'agit ici d'une encyclique, et que l'expédition qu'il publie, devait avoir pour destinataires un archevêque et ses suffragants; on peut même très légitimement supposer que cette lettre, en étant donnée la provenance (elle se trouvait dans un manuscrit du fonds de Salzbourg), était adressée à l'archevêque de Salzbourg et aux autres prélats de la province. Quant à la date, si elle ne fait pas totalement défaut, du moins elle est incomplète dans l'original transcrit par Wattenbach, où on lit seulement : *Dat. Perusii, III .... pontificatus nostri anno....* Cette date, M. Rodenberg l'a complétée d'après la publication de Saint-Priest. Le rédacteur du Registre de Pérouse n'a pas donné la date complète de l'expédition transcrite par lui; il se borne à écrire : *Dat. Perusii, anno secundo*; j'ai cru pouvoir adopter la date fournie par l'expédition *potestati et populo Senensi* et acceptée par M. Rodenberg. — Je ne crois pas inutile de reproduire ici intégralement le texte du manuscrit de Pérouse: non certes qu'il soit exempt d'erreurs ni surtout d'omissions; mais, outre qu'il présente quelques variantes qui ne sont peut-être pas sans intérêt, il a sur l'original si mutilé de Vienne l'avantage d'être complet. Dans les notes qui suivent, Per. représente le manuscrit de Pérouse; S.-Pr., la publication d'Alexis de Saint-Priest; Rod., celle de M. Rodenberg; S.-Pr. (Rod.), le texte de Saint-Priest reproduit, lorsque le passage correspondant manque dans l'original de Vienne, par M. Rodenberg.

1. Per. ecclesiis.
2. Cf. Ed. Winkelmann, *Kaiser Friedrich II*, t. II, p. 30.
3. S.-Pr. (Rod.) juramento fidelitatis.

1. Entre les mots *denuntiavimus absolutos* et *pro eo quod*, on lit, dans la lettre adressée *potestati et populo Senensi*, publiée par Saint-Priest, le membre de phrase que voici, qui ne se trouve pas dans le manuscrit de Pérouse : « et si qui forte juramentum hujusmodi vel aliud contra Romanam Ecclesiam sponte sibi prestiterint vel coacte, illud decernimus non tenere »; pour cette partie de la lettre, M. Rodenberg n'a pas d'autre source que la publication de Saint-Priest; aussi reproduit-il ce passage; il ne s'en suit pas nécessairement que le membre de phrase en question figurât dans la bulle originale de Vienne, incomplète aujourd'hui de tout le début.
2. S.-Pr. (Rod.) idem.
3. L'expédition *potestati et populo Senensi* porte : « sicut per alias litteras ecclesiarum prelatis exposuimus. »
4. S.-Pr. (Rod.) libertatis ecclesiastice.
5. S.-Pr. et Rod. bona ipsorum.
6. S.-Pr. et Rod. aquam, ignem, cocturam.
7. Per. interdicens.
8. S.-Pr. (Rod.) et.
9. S.-Pr. et Rod. sedis apostolice.
10. S.-Pr. adhuc; Rod. Ad hoc.

se ferri[1] excommunicationis sententiam, si hec, sicut promiserat, non impleret : nescimus quorum improvido usus consilio, vel potius diabolica fraude deceptus, assumptis quibusdam prelatis et militibus paucis, nulla satisfactione prestita vel absolutione recepta, portum Brundusii latenter egrediens, quo[2] pro certo ierit, ignoratur. Si autem ita impotenter[3], ita debiliter, in Terre Sancte subsidium transfretaret, irremediabilis confusio esset totius populi Christiani, quia, illius potentia, qui pre cunctis Christianis principibus creditur esse potentior, apud Sarracenos periculosissime vilescente, vix esset quem de cetero[4] formidarent, immo contra Christianos insultarent audacter et secure sevirent[5]. In portu autem, paulo ante, statuta edidit et litteras destinavit ad impugnandum et usurpandum patrimonium Apostolice Sedis, Beneventanam obsideri faciens civitatem, que est Ecclesie Romane civitas specialis, ita quod[6] nulli ingressus vel egressus pateret, et qui caperentur, jugo essent servitutis addicti. Suffraganei quoque civitatis ipsius ad consecrationis munus recipiendum, pueri ad crismandum et[7] litigantes ad judicium illuc accedere prohibentur. Preterea, faciens exercitum congregari, occupato quodam castro Ecclesie violenter, civitates et oppida per Patrimonium et ducatum Spoleti litteris et muneribus dampnabili aviditate sollicitans[8], vassallos Ecclesie terroribus ac[9] blanditiis ad se conatur attrahere[10] et a fide ac devotione Sedis Apostolice separare. Hec[11] autem ideo vobis breviter nuntiamus, ne apud vos veritas mendatiis obumbretur. Nulli igitur omnino credatis, qui verbis, scriptis vel[12] nuntiis quicquam vobis contra prescriptam suggereret veritatem, quia tanquam falsitatis figulus esset a veritate penitus alienus. Quocirca fraternitati vestre in virtute[13] obedientie districte precipiendo mandamus quatinus, hec que premissa sunt, singuli[14] per civitates et dioceses vestras sollempniter publicantes, faciatis ea[1] inviolabiliter observari, aliasque pro Ecclesia, matre vestra, stetis fideliter ac[2] constanter. Dat. Perusii, anno secundo. »

1. Per. *omis.* ferri.
2. Per. *omis.* quo.
3. Per. inpatenter.
4. Per. decenter.
5. S.-Pr. servirent.
6. Per. *omis.* ita quod.
7. Per. *omis.* et.
8. S.-Pr. et Rod. sollicitat.
9. S.-Pr. et Rod. et.
10. S.-Pr. et Rod. ad se nitens attrahere.
11. S.-Pr. et Rod. Hoc.
12. S.-Pr. et Rod. aut.
13. Rod. fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute.
14. Per. singulis. — La fin de la lettre adressée *potestati et populo Senensi* étant différente de la lettre originale de Vienne, et cet original présentant à cet endroit une courte lacune, M. Rodenberg restitue ici très justement : « premissa s[unt per] civitates », mais sans le mot « singuli ».

1. Per. *omis.* ea (restitué ici d'après Rodenberg).
2. Rod. et.

6118 Pérouse, 6 août 1228.

Universis ecclesiarum praelatis[3] nuntiat Fridericum, dictum imperatorem, patrimonium Apostolicae Sedis per Sarracenos et alios invasisse; eis scribit quomodo Thomas, comes Acerrarum, praedicti imperatoris bajulus, Sarracenis in omnibus contra Templarios favens, peculiariter quoad praedas invicem ablatas seu recuperatas, domum Templi domibus et possessionibus quas habebat in Accon, spoliaverit, sclavosque quos Hospitalarii et Templarii in Sicilia et in Apulia habebant, Sarracenis sine recompensatione reddiderit; unde eos rogat et hortatur eisque mandat quatenus singuli in dioecesibus et parochiis suis haec publicent, et Christi fideles inducant ut pro statu fidei ac religionis Christianae conservatione

3. De cette lettre on ne connaissait jusqu'à présent qu'une expédition adressée, à la date du 5 août 1228, au cardinal Romain, alors légat en France (Potthast 8251; Böhmer-Ficker-Winkelmann, *Regesta Imperii*, V, 6736), expédition qui nous a été conservée par Roger de Wendover et par Matthieu de Paris. Entre cette expédition, souvent réimprimée, et l'expédition adressée *universis ecclesiarum prelatis*, transcrite dans le manuscrit de Pérouse, les divergences sont assez nombreuses; je relèverai plus loin en note les principales, en me servant, pour l'indication des variantes, du texte imprimé qui me paraît être le moins incorrect, à savoir celui qu'a donné M. Henry Richards Luard, dans son édition des *Chronica majora* de Matthieu de Paris, t. III (1876), p. 154-155; je tiendrai également compte du texte, préférable sur deux ou trois points, de Roger de Wendover. — Il serait superflu d'insister sur la différence des *incipit* : ici, *Attende ... et vide*; là, *Attendite ... et videte*; elle s'impose par la différence même des adresses; toutefois, il est à remarquer que J.-C. Lünig, qui, dans son *Codex Italiae diplomaticus*, t. II, col. 875-876, publie, sans d'ailleurs indiquer sa source, l'expédition adressée au seul cardinal Romain, donne le même *incipit : Attendite ... et videte*, que le manuscrit de Pérouse. Le texte de ce manuscrit permet d'ailleurs de corriger certaines mauvaises leçons du texte imprimé, qui se sont perpétuées depuis le dix-septième siècle; ainsi, vers le milieu de la pièce, toutes les éditions portent : *ipsas [domos Hospitalis et fratrum militiae Templi] domibus et possessionibus quas habebant, vi arctiori per violentiam spoliavit*; l'expression vi arctiori, banale, peu satisfaisante, et qui fait en quelque sorte double emploi avec *per violentiam*, est une mauvaise lecture, qui remonte très haut, puisqu'on la rencontre déjà dans Roger de Wendover et dans Matthieu de Paris; il faut lire in Accon, leçon de notre manuscrit, où d'ailleurs il n'est question, à cet endroit, que des seuls Templiers.

stent animo. — (Reg. Per. f. 7 r°, n° 18; — cf. Potthast 8251.)

« *Universis ecclesiarum prelatis.* Attendite, quesumus, et videte si est dolor sicuti[1] dolor noster[2], quia filium quem enutrivit et exaltavit Ecclesia, sperans eum propugnatorem habere contra perfidas nationes, ecce nunc persecutorem sentit[3] inmanem et hostem validum experitur. Ut enim taceamus[4] atroces injurias et jacturas enormes quibus F[redericus], dictus imperator, Ecclesiam[5] et personas ecclesiasticas dampnabiliter hactenus flagellavit, patrimonium Apostolice Sedis per Sarracenos et alios impugnat hostiliter et invadit. Sed adhuc, quod[6] detestabilius est, cum Soldano et aliis Sarracenis nephandas[7] contrahens pactiones, illis favorem, Christianis odium exhibet manifestum, ad exterminandas domos Hospitalis et Templi[8], per quas reliquie Terre Sancte hactenus sunt servate[9], impie anelando[10]. De mandato enim ipsius[11] inter Christianos et Sarracenos federe fracto[12] treuguarum, cum Sarraceni, terram domus militie Templi hostiliter[13] equitantes[14], occisis et captis quampluribus Christianis, predam pluries[15] abduxissent, Templarii, ex hoc moti, insurrexerunt viriliter contra eos[16]; et cum predam ad sex milium marcharum valentiam abstulissent eisdem, T[homas], comes Acerrarum[1], imperatoris bajulus, istis redeuntibus furibundus occurrens, eandem predam ipsis, non audentibus, juxta instituta sui ordinis, arma[2] contra Christianos erigere, abstulit violenter et reddidit Sarracenis, preter quedam que sibi dicitur retentasse. Quod si Sarraceni predam auferunt Christianis, dictus bajulus non solum ad recuperationem ejus nequaquam intendit[3], sed nec patitur ut Christiani predam aliquam auferant Sarracenis[4]. Quare factum est ut illi, ex hoc insolentiores[5] effecti, nostros audacter impugnent, et nostri, proditionis periculum formidantes[6], minus audeant refragari; et sic effusio sanguinis Christiani nonnunquam in imperatoris dampnabile lucrum cedit. Adhuc quoque prenominatus bajulus, vel potius imperator per eum, predictam Templi domum[7] inmanius persequens, ipsam[8] domibus et possessionibus quas habebat[9] in Accon[10], per violentiam spoliavit, eamque[11] privilegiis Apostolice Sedis privare contendens, imperiali[12] jurisdictioni subicere nititur, in manifestam subversionem ecclesiastice libertatis. Sclavos[13] etiam quos domus Hospitalis et Templi habebant in Sicilia et Apulia, colligi faciens, eos reddidit Sarracenis, nulla exinde compensatione[14] facta domibus supradictis; et sic, servis Christi servos[15] preferens Machometti, cui libentius obsequitur, satis prodit. Quis igitur hiis non obstupes-

1. *Ms.* : dolor similis sicuti.
2. Ce passage bien connu des Lamentations de Jérémie (I, 12) se trouve déjà dans la lettre de Grégoire IX du 10 octobre 1227 (cf. Rodenberg, n° 368, p. 383), qui figure plus haut sous le n° 6104. Dante, faut-il le rappeler, l'a traduit littéralement au début de la Canzone : *O voi, che per la via d'Amor passate*, de la *Vita nova*.
3. Per. nunc persentit sentit.
4. Matt. Paris (éd. Luard). Et ne taceamus.
5. Per. ecclesias.
6. M. P. et alios impugnat; et quod.
7. Toutes les éditions donnent *nefandis*, qui est certainement une mauvaise leçon.
8. M. P. domos Hospitalis et fratrum militiae Templi.
9. M. P. observatae. — Mauvaise leçon; *servate* est exigé par le rythme.
10. M. P. annullando. — Huillard-Bréholles, *Histor. diplom. Frider. secundi*, t. III, p. 74, avait très heureusement corrigé *annullando* en *anhelando*.
11. M. P. illius.
12. M. P. inter Sarracenos et Christianos fide fracta.
13. M. P. cum Sarracenis [per terras] domorum praedictarum hostiliter.
14. M. P. et Roger de Wendover, *Flores Historiarum*, éd. Henry G. Hewlett, t. II (1887), p. 345, equitans. — On trouve dans d'autres éditions *inquietans* (Mansi), *inquietantes* (Huillard-Bréholles).
15. M. P. occisis et captis quampluribus (Roger de Wendover, quamplurimis), cum praedas plures.
16. M. P. insurrexerunt contra ipsos.

1. M. P. et cum praedas abstulissent ad valentiam sex milium marcarum, Thomas comes Atterarum.
2. M. P. juxta ordinis sui instituta manum armatam.
3. M. P. ejus [non] intendit.
4. M. P. praedam auferant aliquando Sarracenis. — Roger de Wendover, *Flores Historiarum*, *ibid.*, donne : « praedam aliquando auferant Saracenis », texte qui se rapproche davantage du nôtre.
5. Roger de Wendover et les manuscrits O. et W. de Matthieu de Paris donnent *insolentiores*. Plusieurs impressions de cette pièce portent *violentiores* (Mansi, Labbe et Cossart, Huillard-Bréholles), que M. Luard conserve dans le texte de Matthieu de Paris.
6. M. P. et nostri proditionis [periculum] formidantes. — Dans les *Flores historiarum* de Roger de Wendover, édition précitée, t. II, p. 345, on lit bien : « et nostri proditionis periculum formidantes. »
7. M. P. per ipsum, praedictas domos.
8. M. P. ipsas.
9. M. P. habebant.
10. M. P. vi arctiori.
11. M. P. easque.
12. M. P. et imperiali.
13. M. P. Centum sclavos.
14. M. P. recompensatione. — Roger de Wendover donne, comme le Registre de Pérouse : « compensatione. »
15. Cette partie du texte, depuis : « Christi servos », jusqu'à :

cat auditis? Quis tantis flagitiis non horrescat? Quis tante pesti poterit non irasci? Certe, nisi quia[1] firmam spem fiduciamque tenemus[2] in Illo qui, Ecclesiam suam supra fidei petram stabiliens, quantumcumque irruant venti et inundent flumina, ipsam tamen non permittit everti : dum videmus[3] eum in subversionem[4] fidei Christiane ita nequiter machinantem, ita impie sevientem, possemus extremum periculum formidare. Sed, quantumcumque illius prolongetur iniquitas, gloriantis sibi datum esse nocere, nunquam[5] tamen in sua prevalere poterit pravitate, sed in ea potius evanescet. Cum igitur ex officio nobis, licet indignis[6], injuncto cogitare cogamur[7] ne Machometti minister in Christi ministros valeat diutius desevire, sed seviens potius confundatur : ut[8] gloria Christiani nominis exaltetur, universitatem vestram[9] rogamus, monemus et hortamur attente, ac per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandamus quatinus, singuli causam istam propriam reputantes, pro auctore nostre fidei ac salutis inflexibiliter persistatis, et, singuli in diocesibus et parrochiis vestris hoc sollempniter publicantes, Christi fideles ut pro statu fidei ac religionis conservantia Christiane stent ex animo, tanquam prosequentes singuli proprium interesse, salubribus monitis et efficacibus exhortationibus inducatis, ita quod apud Deum vobis incomparabile meritum comparetis, et nos sinceritatem vestram dignis debeamus in Domino laudibus commendare. Dat. Perusii, VIII idus augusti, pontificatus nostri anno secundo. »

6119 Pérouse, août 1228.

Rectoribus Societatis Lombardiae, Marchiae ac Romaniolae significat se, eis supplicantibus, societatem universitatum Lombardiae, Marchiae ac Romaniolae sub sua protectione recipere. — (REG. PER. f. 7 v°, n° 19; — cf. POTTHAST 10921[1].)

« *Rectoribus Societatis Lombardie, Marchie ac Romaniole, protectio.* Constans fides et fidelis universitatis vestre constantia laudabiliter promeretur et suis sibi videtur meritis[2] comparare, ut vos speciali Sedis Apostolice gratia continua prosequentes, favore benivolo foveamus[3], qui[4], dilectione operante per fidem, matri vestre adherentes inviolabili caritate, voluntate sibi et actione cupitis[5] complacere. Eapropter, dilecti in Domino filii[6], vestris supplicationibus annuentes, societatem universitatum Lombardie[7], Marchie ac Romaniole, de consilio fratrum nostrorum[8], sub beati Petri ac nostra custodia, protectione ac tutela recipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Dat. Perusii, mense augusti, anno secundo. »

6120 Pérouse, août 1228.

Eosdem gratus collaudat propter eorum erga Romanam Ecclesiam fidelitatem, ac rogat et hortatur quatenus imperterriti in hoc animo persistant. — (REG. PER. f. 8 r°, n° 20.)

« *Rectoribus Societatis Lombardie, Marchie ac Romaniole.* Benedicti vos a Domino qui fecit celum et terram, quia, juxta spem et fiduciam nostram, Ecclesie Romane, matri vestre, invicta fide ac indefessa devotione inflexibiliter adherentes, eidem obsequi cupitis et adesse, sicut infallibilibus argumentis et experimentis evidentibus demonstratis. Quare nos vobis constituistis merito debitores, ut, vos speciali prerogativa dilectionis ac gratie complectentes, sinceritatem vestram dignis prosequamur retributionibus gratiarum. Ceterum, licet certi simus vos super hiis nequaquam egere

« Certe, nisi quia firmam spem... », est toute différente dans l'expédition au cardinal Romain.

1. M. Luard imprime *Unde, inquam*, bien que l'on trouve *nisi quia* dans les manuscrits de MATTHIEU DE PARIS (III, 155, note 3). — Dans ROGER DE WENDOVER, on lit *nisi quam*.
2. M. P. habemus.
3. M. P. non permittet everti vel naufragari. Dum itaque videmus.
4. M. P. subversione.
5. M. P. Sed quantumcumque impii prolongetur iniquitas, nunquam.
6. PER. indignus.
7. M. P. providere cogimur.
8. M. P. et.
9. La fin de l'expédition au cardinal Romain est, à partir d'ici, comme il convient, différente de l'expédition *universis ecclesiarum prelatis*.

1. La présente pièce a été publiée, sans aucune date et sans indication de source, par S.-Fr. HAHN, *Collectio monumentorum veterum et recentium...*, t. I (Brunswick, 1724), p. 141; POTTHAST l'a placée, par conjecture, au commencement d'août 1240. Entre le texte de Hahn et celui du Registre de Pérouse, il y a certaines différences, qui sont indiquées ci-après.
2. HAHN : et suis videtur eciam meritis.
3. HAHN : prosequamur. — Cette variante a été sans doute introduite sous l'influence de *prosequentes*, qui précède.
4. HAHN : quod.
5. HAHN : voluntate sed et accionibus capitur.
6. HAHN : dilecti filii.
7. HAHN : societatem universitatum et societatem Lombardie.
8. Les mots : « de consilio fratrum nostrorum » sont ajoutés en marge; ils ne figurent pas dans le texte de HAHN.

persuasionibus alienis, que vobis proprie puritatis affectus jugiter persuadet : ne tamen de contingentibus aliquid videamur omittere, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica scripta mandantes quatinus, sicut laudabiliter incepistis, imperter[r]iti persistentes, continua vos studeatis fortitudine roborare, ut prompta magnanimitate probemini de virtute proficere in virtutem, de nobis omnimodam et indubitatam fiduciam obtinendo, quod, causam vestram tanquam propriam reputantes, eam tanquam nostram proponimus promovere. Dat. Perusii, mense augusti, anno secundo. »

6121 Pérouse, août 1228.

Eisdem significat se tractatum quem super communi Apostolicae Sedis et ipsius Societatis profectu et honore, cum Antiocheno patriarcha et fratre Guala, Sedis Apostolicae nuntiis, habuerunt, ratum et gratum habere. — (REG. PER. f. 8 r°, n° 21.)

« *Eisdem.* Beneplacitum est Domino concordiam diligenti, ut quod, dilectione operante per fidem, plures intendunt unanimi voluntate, votivo compleatur effectu ; nec est dilationibus retardandum, quod non ambigitur Illi a quo sunt consilia complacere[1]. Cum igitur ex devota fide ac devotione fideli qua[s] erga nos et Romanam Ecclesiam voluntate ac actione laudabiliter exhibetis, de vobis indubitatam fiduciam habeamus, tractatum quem super communi profectu et honore Apostolice Sedis ac vestro, cum venerabili fratre nostro .. Antiocheno patriarcha ac dilecto filio fratre Gual[a], nuntiis nostris, invicem habuistis, in scriptis publica manu redactum et Societatis sigillo munitum, ab eis nobis intimatum fideliter et perspicaciter intellectum, de consilio fratrum nostrorum[2] ratum et gratum habentes, effectu prosequente compleri et firmitate volumus inviolabili observari. Ne autem super hiis dubitari possit in posterum, presentes litteras vobis duximus in testimonium concedendas. Dat. Perusii, mense augusti, anno secundo. »

6122 Pérouse, août 1228.

Patriarcham Antiochenum et fratrem Gualam, [de ordine Praedicatorum], nuntios suos, rogat et monet quatenus instent ut rectores Societatis [Lombardiae, Marchiae ac Romaniolae] promissa exhibeant et mille milites ad minus promittant, ante proximum beati Michaelis festum expediendos ; eorum circumspectio cuncta provideat ; litteris apostolicis ad eos missis super reditu ipsius fratris Gualae et aliis articulis, cum antequam ipsorum nuntius ad apostolicam praesentiam accederet, bullatae jam essent, utantur secundum quod magis negotio et Ecclesiae profectibus viderint expedire. — (REG. PER. f. 8 r°, n° 22.)

« [..] *patr[iarche] Ant[iocheno] et fratri Gual[e].* Litterarum vestrarum serie, quas gratanter accepimus, perspicaciter intellecta, sollicitudinem ac diligentiam vestram dignis in Domino laudibus commendamus, videntes quod merito fidei vestre magna dignatus est Dominus operari, et majora operabitur, ut speramus. Ceterum, licet super hiis que fidei vestre fiducialiter sunt commissa, superfluum sit monita instaurari, ne tamen quicquam de contingentibus omittere videamur, discretionem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes quatinus, visis litteris quas Societatis rectoribus destinamus et earum tenore intellecto, plene ac plane prudenter instetis, ut promissa exhibeant et exhiberi faciant juramenta, et certum numerum ad minus mille militum exprimant et promittant, et prefigant terminum saltem festum beati Michaelis, quo eos mittant, sicut decet et expedit, ad tantum negotium preparatos. Quia vero multa, vobis presentibus, possunt occurrere, que absentes non possumus presagire, circumspectio vestra sollicite cuncta provideat, ut ita rite omnia peragantur ac irreprehensibiliter ordinentur, quod industria vestra merito apud Deum et homines commendetur, immo et faciatis nos, qui ad hoc vos elegimus, commendari. Littere[1] vero quas per familiarem nostrum Ard.[2] vobis nunc duximus destinandas super reditu tuo, frater Gual[a], et aliis articulis, antequam nuntius vester accederet ad presentiam nostram, bullate erant, statim vobis per eundem nuntium transmittende. Verum, propter circumstantias negotii quas melius considerare potestis, eis utamini secundum quod discretio vestra magis negotio et Ecclesie profectibus viderit expedire. Dat. Perusii, mense augusti, anno secundo. »

1. Le texte de ce passage est obscur et vraisemblablement altéré.
2. Ici comme dans la pièce 6119, les mots : « de consilio fratrum nostrorum » ont été ajoutés en marge.

1. *Ms.* : litteras.
2. Arduinus ? Ardingus ? — Peut-être s'agit-il ici de *Ardengus* ou *Ardingus* de Pavie, évêque de Florence en 1231, l'un des destinataires de la lettre 140 de la présente publication ; il est à noter toutefois que l'*Ardengus* de cette lettre 140, datée du 21 juillet 1227, est qualifié de *magister*, tandis que le *familiaris noster Ard.* de la présente pièce ne l'est pas.

6123 Pérouse, août 1228.

Frisingensi et Ratisponensi episcopis praecipit quatenus Henricum, natum Friderici dicti imperatoris, — qui, motus contra capitulum Augustense, quia Sibotonem, canonicum Augustensem, in episcopum suum elegerant et eandem electionem per Maguntinum archiepiscopum, metropolitanum suum, obtinuerant confirmari, ecclesiam Augustensem fecerat bonis spoliari, — nec non ejusdem Henrici ministros, donec de illo facinore satisfecerint, excommunicatos publice nuntient. — (Reg. Per. f. 8 v°, n° 23.)

« [..] *Frisingensi et* [..] *Ratisponensi episcopis.* Dilecti filii capitulum Augustense gravem ad nos querimoniam destinarunt, quod, cum, eorum ecclesia nuper viduata pastore, ipsi, convenientes in unum, Spiritus Sancti gratia invocata, dilectum filium S[ibotonem], concanonicum eorumdem, canonice in episcopum eligentes, electionem suam per venerabilem fratrem nostrum [..] Maguntinum archiepiscopum, metropolitanum suum, obtinuerint confirmari : Henricus, natus Frederici dicti imperatoris, ex hoc motus indebite contra eos, ausu sacrilego in predictam ecclesiam irruens, ejectis inde quibusdam canonicis violenter, eandem spoliavit ecclesiam et per suos fecit satellites spoliari. Nolentes igitur tantum relinqui facinus impunitum, ne videamur deferre homini contra Deum, qui magnum judicare tenemur ut parvum, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, et in virtute obedientie districte pre[cipimus][1] quatinus, si est ita, dictum Henricum et suos ministros hujusmodi sacrilegii tandiu, appellatione remota, excommunicatos publice nuntietis, donec, exhibita satisfactione, absolutionis beneficium per Sedem Apostolicam mereantur ; preceptum nostrum taliter impleturi, quod justitie probemini zelatores et nos obedientiam vestram dignis debeamus in Domino laudibus commendare. Alioquin vestrum possetis formidare periculum, cum nollemus tantam inobedientiam relinquere incorrectam. Dat. Perusii, mense augusti, anno secundo. »

6124 Pérouse, août 1228.

Maguntino et Treverensi archiepiscopis et Warmaciensi episcopo praecipit quatenus Henricum, natum Friderici dicti imperatoris, inducant ut a persecutione Argentinensis ecclesiae desistat ; quod si ipsorum monitis infra mensem non acquieverit, in eum excommunicationem promulgent. — (Reg. Per. f. 8 v°, n° 24.)

« [..] *Maguntino et* [..] *Treverensi archiepiscopis et* [..] *Warmaciensi episcopo.* Cum, sicut ad nos est gravi et inculcata querela delatum, Henricus, natus Frederici dicti imperatoris, impietatibus assuescens, Argentinensem ecclesiam multipliciter persequatur, possessiones ejus per violentiam occupando, et villas ejus diripiendo incendiis et rapinis, nos, nolentes, sicuti nec debemus, tantam Dei et Ecclesie injuriam equanimiter comportare, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus et in virtute obedientie districte pre[cipimus] quatinus eum ut, ab hujusmodi ejusdem ecclesie persecutione desistens, de illatis dampnis et irrogatis injuriis satisfactionem exhibeat competentem, moneatis prudenter et efficaciter inducatis. Quod si forsan infra mensem vestris monitis non acquieverit, vos extunc in ipsum excommunicationis sententiam, appellatione postposita, promulgetis, renovaturi eam singulis diebus dominicis et festivis, donec, exhibita satisfactione condigna, absolutionis beneficium mereatur ; preceptum etc., ut supra [in litteris sub numero 6123 notatis], usque in finem. Dat. Perusii, mense augusti, anno secundo. »

6125 [Pérouse, août 1228[1].]

Coloniensi et Treverensi archiepiscopis [praecipit quatenus Henricum, natum Friderici dicti imperatoris, inducant ut a persecutione Maguntinae et Warmaciensis ecclesiarum desistat[2]]. — (Reg. Per. f. 8 v°, n° 25.)

« [..] *Coloniensi et* [..] *Treverensi archiepiscopis.* Sicut nobis est gravi et inculcata querimonia patefactum, Henricus, natus F[rederici] dicti imperatoris, ecclesia[m] Dei persequi assuescens, possessiones Maguntine et Warmaciensis ecclesiarum violenter invasit et earum jura perturbat, novam in ipsarum finibus conando condere civitatem, in earum [prejudicium] ..... »

1. Le manuscrit porte *pre. mandamus; mandamus*, ajouté malencontreusement dans l'interligne, est à supprimer.

1. Le manuscrit de Pérouse, dans son état actuel, ne donne que la première partie de cette pièce; la seconde partie, avec la date, se trouvait au début d'un cahier aujourd'hui disparu, et qui commençait par le mot *prejudicium*, comme l'indique une réclame tracée dans la marge inférieure du feuillet 8 v°. Très vraisemblablement, la présente pièce, appartenant par son objet au même groupe que les précédentes, portait, dans le Registre, comme les précédentes, la date : *Dat. Perusii, mense augusti, anno secundo.*

2. Les menaces d'excommunication qu'on a pu lire dans la lettre précédente, se retrouvaient très probablement dans celle-ci, et peut-être exprimées dans les mêmes termes.

6126 Pérouse, juin 1229.

Hominibus cujusdam civitatis ad manum Romanae Ecclesiae redditae jura sua restituit, ita ut illa sine contradictione qualibet teneant[1]. — (Reg. Per. f. 9 r°, n° 26.)

« ..... [pra]vitate aliquo tempore habuistis, vobis restituenda censemus, auctoritate vobis presentium indulgentes ut, cum civitatem ipsam Dominus ad manum Ecclesie Romane reddiderit, predicta jura et jurisdictiones sine contradictione qualibet[2] teneatis. Nulli ergo etc. Dat. Perusii, mense junii, anno tertio. »

6127 Pérouse, juin 1229.

Potestatem et populum Januenses rogat et monet quatenus, cum Fridericus, dictus imperator, ad invadendum beati Petri patrimonium prorupisset, unde meruerat feudo quod ab Ecclesia Romana tenebat, id est regno Siciliae, privari, ipsi papae consilium et auxilium impendant. — (Reg. Per. f. 9 r°, n° 27.)

« [..] *potestati et populo Januen*[*sibus*]. Notam et notoriam F[rederici], dicti imperatoris, ingratitudinem vobis non credimus ab aliis exponendam, cum eam experti sitis in multis vobis ab ipso pro multiplici gratia et honore multimodis offensis et injuriis retributis. Ceterum, cum dictus F[redericus], preter alias atroces injurias et abusiones enormes quibus Romanam Ecclesiam, que ipsum nutriens exaltarat, dampnabiliter lacessivit, oblitus proprii juramenti, vel potius voluntarius violator, quo patrimonium beati Petri defensare tenetur, et abusor beneficii quo regnum Sicilie a Romana Ecclesia tenet in feudum, ad invadendum idem patrimonium, corruptis ibi quampluribus pretio[3], cum hominibus Regni, qui nequaquam contra Ecclesiam sibi servire tenentur, cum nil nisi per Ecclesiam habeat in eisdem, in hostili manu proruperit, patet aperte quod meruit feudo privari. Unde, cum illud intendamus, dante Domino, ad manus Ecclesie revocare, ut in eo quod inique peccavit, justissime puniatur, universitatem vestram affect[uose] rogamus et monemus attente quatinus in hoc, modis quibus poteritis, consilium et auxilium nobis efficax impendatis, provide attendentes quod rem vestram utiliter geritis et vestris profectibus quasi principaliter insudatis, dum super hoc nobis vos animosos impenditis adjutores, cum sic vos a multis oppressionibus preservetis, et nichilominus vobis constituatis ex hoc Romanam Ecclesiam perpetuo debitricem. Dat. ut supra. »

1. De même que la fin de la bulle précédente, la première partie de la présente pièce manque; elle se trouvait à la fin d'un cahier aujourd'hui perdu, cahier dont les derniers mots étaient sans doute à peu près ceux-ci : *jura et jurisdictiones que sine pra*. Si l'adresse et l'*incipit* font défaut, ce qui reste de la lettre permet du moins d'en déterminer le sens général d'une manière à peu près certaine.

2. *Ms.* : aliqua, — exponctué et remplacé dans la marge par *qualibet*.

3. Cf. *supra*, n° 6117 : « civitates et oppida per Patrimonium et ducatum Spoleti litteris et *muneribus* ... sollicitans... »

6128 [Pérouse,] juin [1229].

Potestati et populo Soranis[1] eadem fere scribens, quae circa idem tempus civibus Suessanis[2] nec non civibus Gaietanis[3] scribebat, significat se eos eorumque civitatem sub dominio et protectione Apostolicae Sedis suscipere, ita quod de cetero alienae potestati non subjiciantur. — (Reg. Per. f. 9 r°, n° 28.)

« [..] *potestati et populo Soranis*. Sedes Apostolica, veluti [etc., ut in epistolis circa idem tempus ad cives Suessanos nec non ad cives Gaietanos directis, usque :] portans dolores hominum predictorum. Cum igitur, per Dei gratiam, tempus advenerit, quo in solitam potestis provehi libertatem et reduci ad fidelitatem et dominium Romane Ecclesie, matris vestre, ad quam non erat dubium vos spectare, ut jam non illius que in servitutem generat, sed libere[4] filii existatis, dignum est ut ab uberibus consolationis matris vestre predicte ammodo[5] [etc., ut in predictis litteris ad Suessanos directis, usque :] utilitatibus filiorum omnibus, de fratrum nostrorum assensu, vos et civitatem vestram, cum omnibus bonis etc., usque : adipisci, sub dominio ac protectione Apostolice Sedis et nostra suscipimus etc., usque : communimus, auctoritate presentium statuentes vos, sicut alios vassallos et fideles Romane Ecclesie in fidelitate persistentes ejusdem, in ipsius protectione ac dominio perpetuo retinendos, ita quod de cetero aliene

1. Cf. une lettre de Grégoire IX adressée, le 29 août suivant, *populo Sorano, fidelibus nostris* (Potthast 8449; Rodenberg 401; *supra* 337).

2. Potthast 8403; Rodenberg 388; *supra* 301. *Civibus Suessanis* [19 mai 1229].

3. Potthast 8422*; Rodenberg 392; *supra* 313. *Civibus Gaietanis, fidelibus nostris*, 20 juin 1229.

4. Cf. Galat. IV, 24-26.

5. Dans la lettre aux habitants de Suessa (Rodenberg 388, p. 307), on lit : « *Cum igitur* reducti sitis *ad fidelitatem et dominium Romane Ecclesie, ad quam non erat dubium vos spectare*, adherentes sicut subjecti et fideles ejusdem, cujus suave jugum et onus ejus est leve, ac per hoc *non illius que in servitutem generat, sed libere filii existatis, dignum est ut ab uberibus consolationis* Sedis Apostolice, *matris* et domine *vestre* ammodo... »

non subiciamini potestati[1]. Nulli ergo etc. [usque :] nostre protectionis et constitutionis etc. Dat. mense junii. »

6129 Pérouse, juin 1229.

Albanensi episcopo, Apostolicae Sedis legato, mandat quatenus universos qui se ipsi sponte reddere voluerint, recipiat, in Ecclesiae Romanae dominio perpetuo permansuros. — (Reg. Per. f. 9 v°, n° 29.)

« [..] *Albanensi episcopo, Apostolice Sedis legato.* Gaudere debent gratia speciali, qui ex fide ac devotione quam erga Romanam Ecclesiam habent, ipsius dominio prompta et spontanea se subiciunt voluntate, ut et ipsi ex hujusmodi gratia constantiores in fidelitate fiant, et eorum exemplo provocentur etiam indevoti. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus universos qui se tibi sponte reddere voluerint, de nostra licentia recipias, in Ecclesie Romane dominio perpetuo permansuros. Dat. Perusii, mense junii, anno tercio. »

6130 Pérouse, 29 juin 1229.

G[regorio de Romania ?], subdiacono et capellano suo, comiti Campaniae, mandat quatenus in negotio arcis Sorellae absque mora procedat, et castrum Montis Sancti Johannis, quod domini de Aquino ab Ecclesia Romana tenebant in feudum, ad manus ejusdem Ecclesiae revocet. — (Reg. Per. f. 9 v°, n° 30.)

« *G., subdiacono et capellano nostro, comiti Campanie.* Prudentiam tuam dignis in Domino laudibus commendamus, pro eo quod in negotiis tibi commissis studium diligens exhibes[2], sollicitudinem debitam et operam efficacem, devotioni tue per apostolica scripta mandantes quatinus in negotio arcis Sorelle absque mora et dilatione procedas, ut ad honorem Dei et Apostolice Sedis desideratum sortiatur effectum. Nos enim ea que ad hoc sunt necessaria, secundum tuum consilium curavimus expedire, sicut dilecti filii .. abbas Casemarii et socii sui tibi referre poterunt viva voce. Ad hec, cum domini de Aquino fidelitatis nobis prestite manifeste violaverint juramentum, impendendo adversariis contra Ecclesiam auxilium et favorem, presentium tibi auctoritate mandamus quatinus castrum Montis Sancti Johannis, quod in feudum tenent a nobis, ad manus studeas Ecclesie quamcito poteris, revocare. Dat. Perusii, III kalendas julii, anno tercio. »

1. Dans la lettre aux habitants de Gaète (Rodenberg 392, p. 310), on lit : « *statuentes auctoritate presentium* civitatem predictam *in fidelitate* Sedis Apostolice persistentem, *in* ejus demanio et ad manus ipsius *perpetuo* retinendam, *ita quod non* debeat *de cetero* alterius dominio et *potestati* subesse. » Cf. *infra*, la fin de la pièce 6131.

2. *Ms. :* exhibens, — peut-être sous l'influence de *diligens*, qui précède immédiatement; si l'on conserve *exhibens*, il faut suppléer, dans le membre de phrase : « sollicitudinem... efficacem », un mot tel que *ostendisti*.

6131 Pérouse, 29 juin 1229.

Milites et populum Arpinates sub dominio et protectione Sedis Apostolicae perpetuo retinendos suscipit, eisque consulatum, sicut Alatrini et Verulani habebant, concedit. — (Reg. Per. f. 9 v°, n. 31[-32].)

« *Militibus et populo Arpinat*[*ibus*]. Justis petentium etc. Eapropter [etc.], usque : inclinati, personas vestras, possessiones et alia bona vestra, que impresentiarum juste ac pacifice possidetis, aut in futurum etc., usque : adipisci, sub dominio ac protectione Apostolice Sedis ac nostra suscipimus etc., usque : communimus, consulatum, sicut habent Alatrini et Verulani, vobis libere concedendo, auctoritate presentium statuentes vos, sicut alios fideles et vassallos Ecclesie Romane in fidelitate ac devotione persistentes ejusdem, in ipsius protectione ac dominio perpetuo retinendos, ita quod de cetero aliene non subiciamini potestati[1]. Nulli ergo nostre protectionis et constitutionis etc., usque : incursurum. Dat. Perusii, III[2] kalendas julii, anno tertio. »

[Pérouse, 29 juin 1229.]

6132. — In eundem m[odum] *militibus et populo de Fontan*[*a*], et eodem tempore.

6133 Pérouse, 5 septembre 1229.

Universis principibus Alamanniae scribens, de Friderico, dicto imperatore, conqueritur, qui terram patrimonii beati Petri tenebat invasam; ipsi pro Ecclesia inflexibiles persistant, et his quae Otto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolicae Sedis legatus, eis ex parte papae proponet, fidem plenam adhibeant. — (Reg. Per. f. 9 v°, n° 33.)

« *Universis principibus Alamannie presentes litteras inspecturis.* Quanto studio quantave diligentia Romana Ecclesia F[redericum], dictum imperatorem, de mani-

1. Cf. *supra*, la fin de la pièce 6128.

2. La date du jour paraît résulter d'une correction.

bus sitientium animam ejus eripiens, fovit pupillum et provexit adultum, frustra vobis niteremur exponere, qui hec scitis perfectius, sicut credimus, quam de facili valeat recenseri, quamvis et multa de bonis propriis Ecclesia expenderit pro eodem, que [minime] ad vestram notitiam pervenerunt. Sed ipse, Deo et hominibus gratis ingratus, filialis devotionis oblitus, immo dedignans se filium recognoscere omnium fidelium Christi matris, eam patenter impugnat, dum, non contentus quod negotium Terre Sancte studiosa malignitate irreparabiliter fere confudit, nunc terram patrimonii beati Petri, non tam viribus quam fraudibus, corruptis quibusdam habitatoribus, fecit invadi et adhuc tenet invasam, vires et fraudes inhianter exercens ad aliam occupandam, immemor forsitan, vel potius voluntarius violator, prestiti juramenti, quo tenetur predictum patrimonium pro viribus defensare[1]; nec adhuc, sicut dicitur, ascire quos potuit in Teutonia sibi desinit ad Ecclesiam impugnandam, quasi modicum illi sit scienter animam suam perdere, nisi et pertrahat alias ad perdendum. Cum igitur non sit deferendum homini contra Deum, cui est contra omnes homines deferendum, nec teneatur quis preciso ab Ecclesie corpore obedire, sed potius refragari, universitatem vestram rogamus et monemus attente, per apostolica scripta mandantes quatinus, tanquam filii benedictionis et gratie pie matri filialis gerentes sinceritatis affectum, nulla vos patiamini fraude seduci, nulla fallacia circumscribi, quominus pro Ecclesia potenter inflexibiles persistatis, hiis que dilectus filius noster O[tto], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, vobis ex parte nostra proponet, indubitatam fiduciam adhibendo. Nos enim quicquid ipse vobiscum, disponente Domino, fecerit, curabimus, auctore Deo, firmiter observare, aliasque universos et singulos sic intendimus dignis prosequi retributionibus gratiarum, quod, preter divine retributionis incomparabile premium quod vobis exinde comparatis, temporali quoque possitis compensatione gaudere. Dat. Perusii, nonis septembris, pontificatus nostri anno tercio. »

6134 Pérouse, 5 septembre 1229.

Duci Carinthiae scribens, de Friderico, dicto imperatore, conqueritur, qui terram patrimonii beati Petri detinebat occupatam; ducis personam, parati pro tractanda concordia personaliter ad Sedem Apostolicam laborare, libenter videret; ejus tamen adventum nequaquam ei providit injungendum, ne ipsi duci, frustrato intentionis suae fructu, papa confusionis occasionem ingerere videatur. — (Reg. Per. f. 10 r°, n° 34.)

« *Nobili viro .. duci Carinthie*. Nobilitatis tue litteras solita benignitate recepimus et intelleximus diligenter, sinceritatem tuam dignis in Domino laudibus commendantes, quod, tam erga Romanam Ecclesiam, matrem tuam, quam erga Imperium, debitum gerens fidei et devotionis affectum, te utriusque pacis promptum exhibes zelatorem, paratus pro tractanda concordia personaliter ad Sedem Apostolicam laborare, non parcendo laboribus vel expensis. Et quidem intentio tua Deo grata et hominibus est accepta, quia beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur[1]. Sed utinam ille pacis turbator, persecutor Ecclesie, ad cor rediens, a quo, per superbiam a Domino elongatus, periculose recessisse videtur, vellet Deo et Ecclesie satisfacere de commissis, conscientie ac fame sue salubriter consulendo, antequam desperationis puteus os suum aperiat super ipsum[2], quoniam mater Ecclesia nunquam ad se redeuntibus claudere solet gremium pietatis, justitie tamen observantia semper salva. Ceterum, cum ille, non contentus quod negotium Terre Sancte studiosa malignitate confudit[3], jugiter in sua malitia obdurescens, adhuc terram patrimonii beati Petri detineat occupatam et ad aliam inhiet occupandam[4], non est spes conversionis ipsius, qui, aversione contentiosa rebellis, elegit potius in superbiam elevari, que quidem elevatos deprimere consuevit, deponente Deo de sede superbos et humiles exaltante[5]. Unde, licet personam tuam libenter presentialiter videremus, ne tamen, si, post labores plurimos et expensas, non posses illum ad mandatum Ecclesie revocare, studiose intentionis tue fructu frustratus, tibi reputares illusum, adventum tuum nequaquam tibi providimus injungendum, ne tibi occasionem confusionis ingerere videremur; sed in tua tamen relinquimus opinione, ne pacis consilia nos quis spernere suspicetur. Dat. ut supra. »

6135 Pérouse, 5 septembre 1229.

Romano, Sancti Angeli diacono cardinali, Apostolicae Se-

1. Une grande partie de ce passage se trouve déjà, à peu près avec les mêmes expressions, dans la lettre aux Génois, du mois de juin précédent, imprimée plus haut sous le n° 6127.

1. Matth. V, 9.
2. Cf. Psalm. LXVIII, 16.
3. Cf. *supra*, n° 6133.
4. Cf. *supra*, n° 6133 : « vires et fraudes inhianter exercens ad aliam occupandam. »
5. Cf. Luc. I, 52.

dis legato [in partibus Galliae], mandat quatenus, — cum Otto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolicae Sedis legatus [in partibus Theutoniae], ipsi papae fecisset exponi quod plurimum expediret ut ipse Otto in Bisuntina provincia et in Cameracensi dioecesi, cum essent de Imperio, legationis officium obtineret, — super hoc provideat prout honori Ecclesiae et promotioni negotii noverit expedire. — (Reg. Per. f. 10 r°, n° 35.)

« *R[omano], Sancti Angeli diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* Dilectus filius noster O[tto], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, nobis fecit exponi quod, ratione multiplici exigente, immo quasi urgente necessitate, plurimum expediret ut in Bisuntina provincia et Cameracensi diocesi, cum sint de Imperio, legationis officium obtineret. Nolentes igitur super hoc sine tuo consilio aliquid immutare, discretionem tuam monemus attente, per apostolica scripta mandantes quatinus, deliberatione prehabita, super hoc providere studeas prout honori Ecclesie et promotioni negotii noveris expedire. Dat. ut supra. »

6136 Pérouse, 5 septembre 1229.

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato [in partibus Theutoniae], terminis ejus legationis dilatatis, mandat quatenus, postquam Romanus, Sancti Angeli diaconus cardinalis, Apostolicae Sedis legatus [in partibus Galliae], fuerit fines legationis suae egressus, vel etiam ante, si de praedicti Romani cardinalis voluntate processerit, in Bisuntina provincia et in Cameracensi dioecesi, cum sint de Imperio, legationis officium exerceat. — (Reg. Per. f. 10 v°, n° 36.)

« *O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.* Probata fides, nota prudentia et innata modestia tua efficaciter nos hortatur ut, personam tuam, sicut convenit, honorantes, legationis tibi terminos fiducialiter dilatemus, qui sic te gerere scis in magnis, ut merearis majoribus honorari, studens in actibus tuis placere Deo et Ecclesiam honorare. Cum igitur expedire credamus ut in Bisuntina provincia et Cameracensi diocesi, cum sint de Imperio, legatione pro Christo fungaris, mandamus quatinus, postquam dilectus filius noster R[omanus], Sancti Angeli diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, fuerit fines sue legationis egressus, in predictis provincia et diocesi legationis officium inoffense studeas exercere, et etiam ante, si de predicti cardinalis processerit voluntate, ita quod Deo ad gloriam, tibi ad meritum et Ecclesie Romane proveniat ad honorem, nosque sinceritatem tuam debeamus merito commendare. Dat. ut supra. »

6137 Pérouse, 5 septembre 1229.

Eidem scribit : « Ut ea que tibi ad honorem Dei et Ecclesie » injunguntur, tanto efficacius prosequaris, quanto potiorem » tibi conferimus potestatem, presentium tibi auctoritate » concedimus ut criminosos et pestilentes prelatos, archiepiscopali vel episcopali titulo insignitos, maxime negotio » tibi commisso contrarios, valeas amovere, ac ipsorum et » aliorum recipere cessiones, eisque, salvo capitulorum jure, » possis substituere successores ac [eos], alios eis subrogando, » transferre[1]. » — (Reg. Per. f. 10 v°, n° 37.)

« *Eidem.* Ut ea que —. Dat. ut supra. »

6138 Pérouse, 5 septembre 1229.

Eidem scribit : « De sinceritate, modestia et discretione » tua indubitatam fiduciam obtinentes, presentium tibi auctoritate concedimus ut, existens in Remensi provincia, legationis officium in Teutonia valeas exercere. » — (Reg. Per. f. 10 v°, n° 38.)

« *Eidem.* De sinceritate, modestia —. Dat. ut supra. »

6139 Pérouse, 5 septembre 1229.

Eidem facultatem concedit spiritualiter puniendi Theutoniae civitates quae ipsi legato se opponerent. — (Reg. Per. f. 10 v°, n° 39.)

« *Eidem.* Quia non cito fertur sententia contra malos, filii hominum mala perpetrant sine fine, dum impunita temeritas, temeritates cumulans puniendas, contra Deum tumere[2] non desinit, donec illam justitia preveniat et subvertat. Cum igitur, sicut nobis est pro certo relatum, quedam Teutonie civitates, suggestionibus fascinate malignis, Deo et Ecclesie rebellantes, tibi se patenter opponant, ne, si remaneret talium protervia incorrepta, pareret aliis corruptelam, ipsas spirituali-

1. Pour les événements auxquels se rapportent cette lettre et quelques unes de celles qui suivent, qu'il me suffise de renvoyer au 4e chapitre du livre V de l'ouvrage déjà cité de M. Ed. Winkelmann, *Kaiser Friedrich II* (t. II, pp. 62-84; *Deutschland im Jahre 1229*).

2. Cf. Job XV, 13.

ter puniendi discretioni tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. ut supra. »

6140 Pérouse, 5 septembre 1229.

Scabinis et populo Coloniensibus significat se mirari quod litteris quibus Otto, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolicae Sedis legatus [in partibus Theutoniae], eos ad servitium Dei et Ecclesiae exhortatus erat, non responderint; eos rogat et monet quatenus, in fide ac devotione Sedis Apostolicae, cui hactenus constanter adhaeserant, persistentes, eidem legato auxilium et favorem impendant. — (Reg. Per. f. 10 v°, n° 40.)

« *Scabinis et populo Coloniensibus.* Constans fides et fidelis constantia qua Coloniensis civitas Ecclesie Romane tamquam devota filia pie matri semper adhesit, obtinens ab ea quasi arras insignes, videlicet beati Petri baculum pastoralem, usque ad fines terre celebri preconio predicata, ipsam reddit multipliciter gloriosam; et Ecclesia, speciali affectione complectens eandem, gratuitis eam beneficentie sue privilegiis et indulgentiis decoravit, alias ad honorem et profectum ipsius sollicite aspirando. Unde non sine causa miramur et mirantur alii vehementer quod, cum dilectus filius noster O[tto], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, vos vice nostra suis litteris visitarit, sinceritatem vestram ad Dei et Ecclesie servitium salubriter exhortando, vos, nescimus quo spiritu fascinati, ei minime respondistis. Quod quidem tanto in vobis facilius est notatum, quanto modica nigredinis macula conspectius apparet in albedinis[1] nivee puritate. Ut igitur, hujusmodi macula sublata, celeriter fidei vestre[2] decor pristina refloreat venustate, universitatem vestram omni qua possumus affectione rogamus, monemus et hortamur in Domino, per apostolica vobis scripta mandantes quatinus, in fide ac devotione Apostolice Sedis et nostra inflexibiles persistentes, nullis vos patiamini contrariis suggestionibus circumscribi, quominus eidem legato, immo nobis in ipso, impendatis consilium, auxilium et favorem, ita quod exinde vobis Romanam Ecclesiam constituatis perpetuo debitricem. Dat. ut supra. »

6141 Pérouse, 5 septembre 1229.

Ducis Bawariae, qui Ottonem, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, apostolicum legatum [in partibus Theutoniae], bene receperat, fidelitatem erga Romanam Ecclesiam collaudat, eumque rogat et monet quatenus, in fide ac devotione Apostolicae Sedis perseverans, nulla suggestione contraria se tentari permittat. — (Reg. Per. f. 11 r°, n. 41[-47].)

« *Nobili viro .. duci Bawarie.* Gratum gerimus et acceptum quod, sicut dilectus filius noster O[tto], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, Apostolice Sedis legatus, suis nobis litteris ilariter intimavit, erga Romanam Ecclesiam, matrem tuam, invicte fidei et indefesse gerens devotionis affectum, cum multiplici effectu declaras, predicti cardinalis beneplacitis intrepidus obsequendo, paratus pro Ecclesia stare potenter et adversariis viriliter adversari. Super quo nobilitati tue gratiarum referentes uberes actiones, sinceritatem tuam affectuose rogamus et attente monemus, per apostolica scripta mandantes quatinus, virtute constantie roboratus, in fide ac devotione Apostolice Sedis et nostra finaliter perseverans, nulla te permittas contraria suggestione temptari, certus modis omnibus et securus, quod nobis fideliter assistentibus nunquam deerimus, sed omnimodis auxiliis assistemus, prosequendo universos et singulos digna gratia et favore. Absit enim ut vel membra capiti vel caput membris invicem sibi desint, quin integra vigeant unitate, sibique mutuis auxiliis, totis affectibus totisque viribus suffragentur. Dat. ut supra. »

6142. — In eundem modum .. *Treverensi archiepiscopo.*
6143. — In eundem modum .. *episcopo Argentinensi.*
6144. — In eundem modum .. *duci Lothoringie.*
6145. — In eundem modum .. *duci Brabantie.*
6146. — In eundem modum *nobili viro* [..] *lantgravio*[1].
6147. — In eundem modum *nobili viro .. comiti Palatino*[2].

6148 Pérouse, 10 novembre [1229].

Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, Apostolicae Sedis legato, facultatem concedit Fridericum, dictum imperatorem, absolvendi. — (Reg. Per. f. 11 r°, n° 48.)

« [*T*[*home*], *tituli Sancte Sabine p*[*resbitero cardinali*], *Apostolice Sedis legato*[3].] De tue fidei puritate, circum-

1. *Ms.* : albedunis.
2. *Ms.* : vestri.

1. Lantegravio Turingie.
2. Comiti palatino Rheni.
3. A partir de cette pièce 6148, les rubriques n'ont plus été écrites; ainsi que je l'indique dans l'Avant-propos, je les ai rempla-

spectione prudentie ac virtute constantie non tam probabilibus argumentis quam visis experimentis edocti, F[redericum], dictum imperatorem, et alios juxta formam tibi traditam absolvendi, discretioni tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Perusii, IIII idus novembris. »

6149 Pérouse, 11 novembre [1229][1].

Fridericum, dictum imperatorem, benignis verbis ad concordiam faciendam invitat; cedula litteris adjuncta eum hortatur ut consiliis et monitis Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbyteri cardinalis, Apostolicae Sedis legati, acquiescat. — (Reg. Per. f. 11 r°, n. 49[-50].)

« [*F[rederico], dicto imperatori*[2].] Licet Ecclesia, acerrimis provocata tuorum ministrorum injuriis, fidelibus et possessionibus pluribus spoliata, quasi in gremio suo christos Domini et alios divinis consecratos obsequiis mutilare ac necare manum sacrilegam et paganam insolita crudelitate conspiceret : ad hoc tamen piaculare flagitium expiandum, manus apostolica auxilium brachii secularis celitus sibi datum, quod habebat in promptu, cohibuit, et tamdiu uti licito, ne illicita committerentur, expavit, donec ecclesiastici patrimonii improvidi pervasores nisi sunt extendere manus suas usque ad domicilium, in quo mater cum filiis, utcumque tot fatigata doloribus, quiescebat. Sed repressit Altissimus temerarie manus audaciam et malitiam conpescuit dominus ultionum, quamvis plus processerit quam placuerit zelus, qui quandoque solet modum excedere, devotorum. Verum, quia mater oblivisci non potest filii quem lactavit uberibus et maternis ancxietatibus educavit, ecce gremium filio aperire desiderat redeunti, et pater, offerens cotidie victimas lacrimarum filio qui ei deberet esse devotione singularis et unicus, jam occurrit existenti in longissima regione per nobile membrum suum[3]; nec erubescit querere filium suum pater, quantumcumque mordeat eum mundus; et si forte non credit filius monitis patris, credat saltem amici consiliis, que quandoque utilia reputavit. Sane strages corporum et interitus animarum anima nostra semper odivit. Sed si de hiis doles, plurimum est gaudendum, cum sedandi dolores hujusmodi in tua reliquerit Dominus voluntate. »

cées, dans l'impression, par les rubricelles marginales, qui ne manquent que pour quelques rares documents de cette série.

1. La présente lettre n'est pas datée ; mais la date de la cédule qui suit immédiatement, doit se rapporter à la fois à la lettre proprement dite et à la cédule.

2. Cette adresse est donnée dans la rubricelle; l'original ne devait porter ni *titulus nominis* ni *verbum salutationis* ; le pape lui-même s'explique sur cette particularité au début de la cédule qui suit. — Cf. encore *infra*, n° 6162.

3. Par ce *nobile membrum*, il faut évidemment entendre le légat Thomas de Capoue, nommément désigné dans la cédule qui suit.

6150 [*Cedula*].

« Si titulus nominis consuetus et verbum salutationis supprimitur, lector presentis pagine non turbetur, quia ab hiis lingua dictantis apostolico statuto compescitur et scribentis manus prohibitione canonica cohibetur. Confidenter itaque revertaris ad Dominum, et pravis suggestionibus non credatur, quia, si Altissimi consilio creditur, servi servorum ejus gratia non negatur. Ceterum, ea que dilectus filius noster T[homas], tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, Apostolice Sedis legatus, ex parte nostra duxerit proponenda, indubitanter credere non omittas, et quia honorem tuum ardenti affectione prosequitur, ejus consiliis et salubribus monitis fiducialiter acquiescas. Dat. Perusii, III idus novembris[1]. »

6151 Pérouse, 23 octobre [1229].

Ottoni, Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolicae Sedis legato, scribit : « Presentium tibi » auctoritate mandamus quatinus ad electionem aliquam pu- » blicandam principes non inducas, nec tuum ad hoc con- » sensum accommodes vel favorem, donec qui et quot et in » quem conveniant, per tuas nobis litteras studeas intimare, » ut, per tuam relationem inducti, sicut expedire videbimus, » procedamus. » — (Reg. Per. f. 11 v°, n° 51.)

« [*O[ttoni], Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, Apostolice Sedis legato.*] Presentium tibi auctoritate —. Dat. Perusii, X kalendas novembris. »

6152 Pérouse, 11 novembre [1229].

Rectoribus Societatis Lombardiae scriptum quoddam a Friderico, dicto imperatore, ad mandatum Ecclesiae redire parato, de tractatu pacis ineundo Sedi Apostolicae oblatum, transmittit, ut, ipsorum intellecto consilio, procedat sicut viderit expedire; ideo eos rogat et monet quatenus, eodem

1. Cf. la note 1 de la colonne précédente.

scripto perspicaciter intellecto, ipsi papae consilium suum intiment. — (Reg. Per. f. 11 v°, n° 52; — cf. Potthast 8464; — cf. Rodenberg 409; — cf. *supra*, n° 361[1].)

« [*Rectoribus Societatis Lombardie.*] Sepe ab F[rederico] —. Dat. Perusii, III idus novembris. »

6153

Forma juramenti a Friderico imperatore praestandi, seu potius enumeratio nonnullarum injuriarum ab eodem Ecclesiae illatarum et de quibus satisfacere debeat: cui formae adjungitur quaedam clausula, postea cancellata, de quibusdam condicionibus ab eodem Friderico ad pacem tractandam exigendis. — (Reg. Per. f. 11 v°, n. 53[-54].)

« [*Forma juramenti.*] Imperator super omnibus pro quibus est excommunicatus, jurabit stare precise mandatis Ecclesie et sine aliqua condicione secundum formam Ecclesie, et super hoc dabit apertas litteras aurea bulla munitas. Prestito autem juramento, statim pro posse manifesta emendabit et faciet emendari, daturus pro aliis cautiones quas Ecclesie misericordia congruas judicabit; et pro aliis manifestis emendandis et dubiis stabit juri.

« Primo revertatur dominus .. Albanensis[2] cum omnibus suis, recepta securitate quod locus ille non destruetur nec munietur, sed in ea libertate ac statu sit, in quo fuit ante discordiam. Super hoc cavebit per litteras apertas. Prestito juramento, antequam absolvatur, de offensis satisfaciet manifestis, videlicet: quicquid occupatum[1] est per eum vel ministros suos in Marchia vel Ducatu, vel alio patrimonio Ecclesie, restituet; item restituet quicquid occupatum est per ipsum vel bajulos seu ministros suos, de castris et possessionibus monasteriorum, et specialiter monasterii Sancti Quirici de Introduco, ecclesiarum, Templariorum, Hospitalariorum, baronum et aliorum nobilium et ceterorum qui Ecclesie in hoc negotio adheserunt; restituantur omnes episcopi et alii prelati qui sunt exules, ad sedes et loca sua, cum bonis ablatis; restituantur omnes captivi Reatini et Celanenses, et .. filius comitis Thomasii[2], et omnes alii captivi hinc inde: et quia excommunicati fuerunt omnes et singuli quorum auctoritate, consilio, auxilio vel favore patrimonium Ecclesie in Marchia et alibi terram Ecclesie occuparunt[3], restituentur omnes expense quas facere propter hoc Ecclesia est compulsa, et eis de dampnis satisfaciet irrogatis.

« Excommunicatus[4] est quia, contra sententiam excommunicationis a venerabili fratre nostro P[elagio], Albanensi episcopo, et bone memorie G[uala], tituli Sancti Martini presbitero cardinali, de voluntate et assensu suo auctoritate Apostolice Sedis latam, ad terminum quem sibi prefixit, non transfretavit, sicut promisit; et quia promissum numerum militum suis expensis non misit vel tenuit pro subsidio Terre Sancte: et quia statutis ab ipso terminis, in Terram

1. La copie du Registre du Vatican porte la date *IIII idus novembris* (= 10 novembre), tandis que la copie du manuscrit de Pérouse, par suite peut-être d'une simple erreur de transcription, est datée du lendemain *III idus novembris* (= 11 novembre).

2. Le cardinal Pélage, évêque d'Albano, enfermé avec ses troupes dans l'abbaye du Mont-Cassin. Cf. Pietro Balan, *La prima lotta di Gregorio IX con Federigo II* (1227-1230), Modène, 1871, p. 286, et *Storia di Gregorio IX e dei suoi tempi*, t. II, Modène, 1873, p. 20, et Ed. Winkelmann, *Kaiser Friedrich II*, t. II, p. 168, n. 1 et p. 171. — Dans une lettre de Thomas de Capoue adressée à un cardinal peu avant le 27 novembre 1229, et imprimée par M. Rodenberg dans son article déjà cité, *Die Vorverhandlungen zum Frieden von San Germano*, 1229-1230 (*Neues Archiv*, t. XVIII, p. 180, n° 81), on lit : « Ceterum, quia liberatio venerabilis patris domini Albanensis diligenter sollicitabat affectum... »; cf. *ibid.*, p. 181, n° 83. — Cf. encore ce passage de la Chronique de Richard de San-Germano, ann. 1229, *Monumenta Germaniae historica*, t. XIX (1866), p. 357, et *Scriptores rerum germanicarum in usum scholarum* (Hanovre, 1864), p. 89 : « Dictus Albanensis episcopus... cum Aquinate et Aliphanense episcopis, et cum Campanis militibus qui se cum ipso Albanensi episcopo in Casino receperant, salvi exeunt. »

1. Une partie du texte de la présente pièce, un peu improprement intitulée *Forma juramenti*, se trouve répétée, évidemment d'après un document officiel, dans la Chronique de Richard de San-Germano, ann. 1230, *Monumenta Germaniae historica*, t. XIX, p. 360, et *Scriptores rerum germanicarum*, p. 96-97 : « Igitur, eodem die [23 julii 1230] predicti cardinales vice domni pape dederunt domno imperatori, sub debito prestiti juramenti, firmiter in mandatis, ut *restituat quicquid occupatum est per ipsum vel* alios *ministros suos in marchia vel ducatu*, seu in *alio patrimonio ecclesie*, et *quicquid occupatum est per ipsum vel ministros* vel *bajulos de castris* seu de *possessionibus monasteriorum, et specialiter monasterii sancti Quirici de Introduco, ecclesiarum, Templariorum, Hospitalariorum, baronum et aliorum nobilium* de regno vel undecunque, necnon *et ceterorum qui in hoc negotio* contra se Romane *ecclesie adheserunt*. » Cf. *supra*, n° 415, *in fine*.

2. Thomasii de Celano.

3. Le sujet, sous-entendu, de *occuparunt*, est, semble-t-il : « homines Imperatoris. » — Les idées s'enchaînent d'ailleurs assez mal dans la fin de ce paragraphe.

4. Les termes mêmes de toute cette partie de la présente pièce se retrouveront dans la lettre du patriarche d'Aquilée, de l'archevêque de Salzbourg et de l'évêque de Ratisbonne, du 23 juillet 1230 (cf. *supra*, n° 415), dans laquelle ces prélats font part *universis* de la conclusion de la paix.

Sanctam promissam pecuniam non direxit[1] : super hiis tribus capitulis ordinabitur quod, secundum Deum, honori[2] Ecclesie et utilitati Terre Sancte videbitur expedire ;

« Quia[3] ab oppressionibus et spoliationibus ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum et conculcatione ecclesiastice libertatis, monitus non destitit[4] : nullus clericus vel persona ecclesiastica in civili vel criminali causa conveniatur coram judice seculari, nisi super feudis conveniatur civiliter. Item nullas tallias vel collectas imponet[5] ecclesiis, monasteriis, clericis et viris ecclesiasticis seu rebus eorum. Item electiones, postulationes et confirmationes cathedralium ecclesiarum et monasteriorum libere fiant, secundum statuta concilii generalis[6] ;

« Quia Templarios et Hospitalarios bonis mobilibus et immobilibus que habebant in Regno, temere spoliavit[7] : isti restituantur ad omnia immobilia et mobilia que estant : super aliis mobilibus, dampnis et injuriis satisfiet eis, competentibus terminis ad hoc dandis ;

« Quia ab oppressione pupillorum, orphanorum et viduarum, seu nobilium et aliorum hominum de Regno, vel destructione ipsius, quod ad Romanam Ecclesiam specialiter noscitur pertinere, pro quo Ecclesie Romane juramentum fidelitatis exhibuit et homagium prestitit, monitus non cessavit[8] : super hiis stabit mandatis domini pape :

« Quia .. Tarentinum archiepiscopum ad sedem propriam et ejus populum accedere non permittit[9] : ille restituatur ad omnia integre. Idem de .. Cathaniensi episcopo ;

« Quia comitem Rogerium[10], sub Apostolice Sedis protectione receptum, comitatu et terris suis penitus spoliavit[11] : illum restituet ad omnia bona sua ;

1. Cf. *supra*, n° 415, § 1.
2. *Ms.* : honorem.
3. Il semble qu'il faille entendre : « [Excommunicatus est] quia ... : [et ideo] nullus clericus... » ; de même pour les paragraphes suivants.
4. Cf. *supra*, n° 415, § 2.
5. Peut-être pour *imponat*.
6. Cf. *supra*, n° 421, § 1. — Tout ce passage est également repris par RICHARD DE SAN-GERMANO dans sa Chronique, *Monumenta Germaniae historica*, t. XIX, p, 360-361, et *Scriptores rerum germanicarum*, p. 97 : « Item sub eodem juramento mandarunt ut de cetero *nullus clericus in civili vel criminali causa .... secundum statuta concilii generalis.* »
7. Cf. *supra*, n° 415, § 3.
8. Cf. *supra*, n° 415, § 4.
9. Cf. *supra*, n° 415, § 5.
10. Rogerium de Aquila.
11. Cf. *supra*, n° 415, § 6.

« Quia compositionem factam inter ipsum et comites Celanenses ac Raynaldum de Aversa, pro cujus observatione Ecclesia Romana ad ejus instantiam fidejussit, servare contempsit[1] : de hoc satisfaciet secundum tenorem compositionis.

« Cautiones idonee exponentur, ut premissa serventur et alia mandata facienda plenius impleantur. Item Teotonicis, Lombardis, Tuscis et hominibus Regni generaliter, et aliis omnibus qui Ecclesie in hoc negotio adheserunt, omnis offensio remittetur[2]. Et cautio prestabitur, quam Ecclesia idoneam judicabit, quod nullo tempore ipsos offendet vel offendi faciet pro eo quod Ecclesie astiterunt. Cautiones sunt hec : primo juramentum, cum litteris auro bullatis ; tenuta castrorum in suis expensis munitorum, videlicet : Castrum Celi, Castrum Atini, Roccam Willelmi, Roccam de Bantr., Roccam de Presentian., Roccam Sancti Angeli de Rupecanin. et Roccam Draconis[3]. »

6154 [*Clausula clausa bullata.*]

« [Ne[4] ledatur justitia, et caveatur doli, fraudis et proditionis infamia, secundum tractatum habitum, examinatum et scriptum dicimus procedendum ; sed, ne decipiatur Ecclesia, cum cautio sufficiens non sit illa, de qua tractatum est, ea tamen exposita, nichilominus dicimus illum in sententiam pristinam reducendum, si infra terminum competentem sibi prefigendum, non curaverit bona fide per fidejussores idoneos et juratos, principes, comites et barones Theotonie, et per communia civitatum Lombardie, Tuscie, Marchie, Romagnole, et earumdem provinciarum marchiones, comites et barones quos Ecclesia nominabit[5] : qui teneantur assistere Ecclesie contra illum, si mandata Ecclesie non servaverit, vel pacem fregerit, seu terram Ecclesie

1. Cf. *supra*, n° 415, § 7.
2. Cf *supra*, n. 411 et 414, § 2.
3. Cf. *supra*, n° 413.
4. Toute cette *clausula* est biffée dans le manuscrit ; annulée, elle a été remplacée par une cédule annexée à la lettre adressée, le 4 février [1230], à Jacques [de Vitry], évêque de Tusculum, et à Thomas de Capoue (cf. *infra*, n° 6159). — Du fait de cette annulation et d'autres particularités du même ordre (la fin de la pièce 6159 et le début de la pièce 6160 ont été en grande partie refaits dans le manuscrit), on pourrait tirer un argument en faveur de l'authenticité et du caractère officiel du Registre de Pérouse ; on sait combien sont fréquents les remaniements de ce genre dans les Registres de Grégoire IX de la série du Vatican.
5. Il y a dans cette phrase une lacune ; on attend, après *non curaverit*, un verbe à l'infinitif.

occuparit, et requisitus infra mensem ea non duxerit emendanda; et super hoc dabunt Ecclesie cartas suas, suo sigillo munitas. Insuper ad manus Ecclesie retinemus Gaietam [et] Sanctagathem[1] civitates[2], et omnes quos post motam guerram Ecclesia in sua fide recepit; et in Ecclesie devotione perdurant, donec inveniatur consilium quod cum honore Ecclesie valeat acceptari, et supradictam exhibeat cautionem. Omnibus cautionibus in sua integritate manentibus olim prestitis pro negotio Terre Sancte, ut super illo satisfaciat secundum quod Ecclesia duxerit ordinandum.] »

6155 Pérouse, 4 février [1230].

Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, Apostolicae Sedis legato. Tusculanum episcopum in negotio pacis prosequendo postulanti adjungit; inclusis sub bulla sua duobus clausulis, altera de quadam forma cautionis moderata, altera de necessitate supersedendi, propter nonnulla impedimenta, negotio secundum formam quae ei data fuerat. — (Reg. Per. f. 12 v°, n. 55[-57].)

« [*T*[*home*], *tituli* [*Sancte*[3] *Sabine presbitero cardinali, Apostolice*] *Sedis legato.*] Sicut a nobis per tuas litteras postulasti, ecce venerabilem fratrem nostrum .. Tusculanum episcopum, virum probate virtutis, pacis amicum, justitie zelatorem, in prosequendo negotio tibi commisso, de consilio fratrum nostrorum, duximus adjungendum, firmam in Domino fiduciam obtinentes quod, nisi turbetur a lateribus aquilonis[4], cum collega tuo redibis ad arcam Noe quietem omnimodo cupientis, quasi columba cum ramo virentis olive, pacem terre redditam nuntiantis. Dat. Perusii, II nonas februarii. »

6156 [*Clausula inclusa hiis litteris*[5].]

« Cum cautio oblata castrorum[6], propter varias circumstantias, et presertim ex persona tenentis, nulla prorsus ab omnibus reputetur, et de cautione finali pro observatione mandatorum et pace perpetua conservanda tractatus sit habitus inter fratres, quandam formam cautionis, sicut videtur pluribus, moderatam, sub bulla nostra duximus transmittendam; qua, si major et melior haberi non poterit, Ecclesia sit contenta. Tu autem, sicut vir cui Dominus dedit spiritum intelligentie[1], in hiis, et aliis que in scripta tibi cedula continentur et .. Tusculanus episcopus referet viva voce, in modo dicendi et ordine temporis utriusque partis utilitate proposita, cum socio a Domino tibi dato, ita provida circumspectione procedas, quod puritas intentionis in facto, spiritus discretionis in modo fructum sperate utilitatis inveniant. »

6157 [*Alia clausula inclusa predictis litteris*[2].]

« Noveris quod, receptis litteris quas nobis et fratribus transmisisti, in quibus continebatur quod fidem adhiberemus hiis que .. Reginus archiepiscopus et .. magister domus Theotonicorum ex parte tua proponerent coram nobis, dixerunt quod ea que continebantur in scripto examinato coram fratribus, illi homini perlegisti et acceptavit omnia. Unde petebant ut tibi daremus in mandatis ut procederes in negotio secundum formam tibi datam. Sed propter Lombardos, quorum multitudo venit ad curiam, et alia impedimenta que iidem tibi referre poterunt viva voce, citius non duximus procedendum. »

6158 Pérouse, 4 février [1230].

Tusculano episcopo et Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, Apostolicae Sedis legatis, eisdem verbis utens quibus jam usus fuerat in litteris die decima novembris [anni 1229][3] ad eundem Thomam directis, facultatem concedit Fridericum, dictum imperatorem, absolvendi; inclusa sub litteris suis cedula de quibusdam condicionibus quae ad pacem reformandam ipsi legati ab eodem Friderico debeant exigere. — (Reg. Per. f. 13 r°, n. 58[-59].)

« [.. *Tusculano episcopo et T*[*home*], *tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, Apostolice Sedis legatis.*] De vestre fidei puritate, circumspectione prudentie ac virtute constantie non tam probabilibus argumentis quam visis experimentis edocti, F[redericum], dictum impera-

1. *Ms.* : Sanctagathen. — Dans la seconde rédaction de cette pièce, qui forme notre numéro 6159, on lit *Gaietam et Sanctagathem civitates*.
2. Cf. Chronique de Richard de San-Germano, ann. 1230, *Monum. German. histor.*, t. XIX, p. 359, et *Scriptores rerum germanicarum*, p. 93 : « Cum [imperator] formam non acceptaret concordie, quia Sanctam Agathen et Gaietam retinere volebat ecclesia... »
3. La partie de l'adresse comprise entre les mots *tituli* et *Sedis* est, dans le manuscrit, recouverte par une tache.
4. Cf. Ezech. XXXVIII, 15.
5. Reg. Per. f. 12 v°.
6. Cf. *supra*, n° 6153, *in fine*.

1. Cf. Job XX, 3, et Eccli. XXXIX, 8.
2. Reg. Per. f. 13 r°.
3. Cf. *supra*, n° 6148.

torem, et alios juxta formam vobis traditam absolvendi, discretioni vestre auctoritate presentium concedimus facultatem. Dat. Perusii, II nonas februarii. »

6159 [*Cedula*[1].]

« Secundum tractatum habitum, examinatum et scriptum dicimus procedendum; sed, ne decipiatur Ecclesia, non solo verbo vel scripto, sed facto restitutio fiat : et cum cautio sufficiens non sit illa, de qua tractatum est, ea tamen prestita[2], nichilominus dicimus illum in sententiam pristinam statim a cardinalibus reducendum, si infra terminum competentem, scilicet octo mensium, sibi prefigendum, non caverit[3] bona fide per fidejussores idoneos et juratos, principes, comites et barones Theotonie, et per communia civitatum Lombardie, Tuscie, Marchie, Romagnole, et earumdem provinciarum marchiones, comites et barones quos Ecclesia nominabit; qui, ad requisitionem Ecclesie, teneantur assistere Ecclesie[4] contra illum, donec satisfaciat, si mandata Ecclesie non servaverit, vel pacem fregerit, seu terram Ecclesie, vel eorum terras quas Ecclesia tenet ad manus suas, vel personas eorumdem ceperit, occuparit seu devastarit, et infra tres menses[5], si fuerit in Regno, si vero in Italia infra quatuor, si autem extra Italiam infra quinque ea non duxerit emendanda : et super hoc dabunt Ecclesie cartas suas, suo sigillo munitas. Quod si predicto modo non caverit, vel predictas terras occupaverit vel devastaverit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Insuper ad manus Ecclesie retinemus Gaietam et Sanctagathem civitates, et omnes, cum bonis suis, quos[6] Ecclesia in sua fide recepit ; et in Ecclesie devotione perdurant, donec supradictam exhibeat cautionem et consilium inveniatur quod cum honore Ecclesie valeat acceptari[1], sive per commutationem, sive assignando ea filio illius minori, dato ei ab Ecclesia tutore ac curatore usque ad vicesimum quintum annum, si de illorum qui adheserunt Ecclesie, processerit voluntate. Alioquin Ecclesia teneat terras ipsas ad manus suas per bajulos ad hoc specialiter deputatos, fideles Ecclesie et illi merito non suspectos, qui nomine Ecclesie fructus ipsarum colligant et conservent. Omnibus cautionibus in sua integritate manentibus olim prestitis pro negotio Terre Sancte, ut super illo satisfaciat secundum quod Ecclesia ordinabit[2]. »

1. La présente cédule représente une seconde rédaction modifiée de la *clausula* annexée à la *forma juramenti* reproduite ci-dessus sous le numéro 6153, et qui porte elle-même le numéro 6154 ; cette *clausula*, comme on l'a vu plus haut, a été biffée dans le manuscrit ; les parties du texte communes aux deux rédactions sont ici imprimées en petit texte.

2. *Exposita* dans la première rédaction ; on lit, dans la pièce 6153 (col. 596) : « Cautiones idonee *exponentur*. »

3. *Curaverit* dans la première rédaction ; de part et d'autre, la phrase paraît inachevée.

4. A cet endroit, ont été ajoutés dans la marge quelques mots qu'un grattage a rendus illisibles. — La suite du document, comme il a été déjà indiqué dans une note précédente, a été en grande partie refaite.

5. Il y avait *et ... infra mensem ea non duxerit emendanda*, dans la première rédaction. La rigueur des conditions exigées par Grégoire IX est ici, en ce qui concerne les délais, sensiblement atténuée. Ce sont, naturellement, les termes de la seconde rédaction qui sont repris par les « principes Imperii » dans leur lettre du 23 juillet 1230 sur la conclusion de la paix (HUILLARD-BRÉHOLLES, *Histor. diplom. Frid. II*, t. III, p. 211).

6. Dans la première rédaction : *quos post molam guerram*.

1. Entre *acceptari* et *omnibus cautionibus*, on lit, dans la première rédaction, seulement ces quatre mots : *et supradictam exhibeat cautionem*.

2. Dans la première rédaction : *secundum quod Ecclesia duxerit ordinandum*.

6160 Latran, 1er mars [1230].

Thomam, tituli Sanctae Sabinae presbyterum cardinalem, Apostolicae Sedis legatum, quem nonnulla turbabant, confortat, eumque hortatur ut cum collega suo, videlicet cum Tusculano episcopo, secundum formam traditam ad promovendum bonum pacis assurgat, adjuncta brevi cedula ne turbetur ejus animus. — (REG. PER. f. 13 v°, n. 60[-61].)

« *T*[*home*], *tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, Apostolice Sedis legato.* Lecte a nobis littere quasdam amaritudines presentarunt, que, ex opinionibus variis et ex insperata dilatione surgentes, commoverunt scribentis animum et pacis amaricaverunt affectum[3]. Sed hec contempnat conscientia pura, obedientia devota despiciat, que, licet Ysaac mactet et immolet, risum tamen et gaudium non ammittet ; quia, quid[4] in introitu tuo in Regno ad honorem Ecclesie sit operatus Altissimus[5], non nisi[6] mundus oculus intuetur. Tur-

3. Plusieurs grattages indiquent que cette première phrase a été en partie refaite dans le manuscrit.

4. Le mot *quid* a été ajouté, d'une autre main, dans l'interligne.

5. Cf. ce passage d'une des lettres de Thomas de Capoue à Grégoire IX, publiées par M. RODENBERG dans l'article précité, *Die Vorverhandlungen* etc. (*Neues Archiv*, t. XVIII, p. 185, n° 90 ; cf. Ed. WINKELMANN, *Kaiser Friedrich II*, t. II, p. 167, note 5, et BÖHMER-FICKER-WINKELMANN, *Regesta Imperii*, t. V, n° 11070) : « Si non remansissem in regno, bona clericorum et ecclesiarum [du]dum essent omnino in diruptionem et predam, captivi et alii de regno, quos princeps habebat suspectos, supplicium sensissent, ut fertur, extremum. »

6. *Ms.* : nisu.

batus quidem oculus[1], qui virtutem Domini non agnoscit, facile divina beneficia vilipendit; et ideo retributionis merces in Illo solo consistit[2], qui fraudari non potest, nec decipi neque falli; vita cujus[3] ab insanis insania et finis reputatus est sine honore[4], extimatur a Deum timentibus gloriosa. Omni igitur suspitione deposita, secundum formam traditam cum collega tuo providentie tibi desuper attribute experta cautela ad promovendum bonum pacis assurgat; quia speramus in principe vere pacis[5], que exuperat omnem sensum[6]. Qui benedixit introitum tuum, ipsum quoque exitum benedicet. Dat. Laterani, kalendis martii. »

6161 [*Cedula*[7].]

« Quia dura et dira post recessum tuum a pluribus sunt relata[8], turbatis multorum animis fides promissis adimitur, dum manus a temeritate solita minime cohibetur; et ideo, si cautele plus adicitur, legentis animus non turbetur, quia securitatis oblivio, et opera scriptis et promissioni contraria, corda reddunt audientium duriora. »

6162 [Latran, fin mars 1230[9].]

Friderici imperatoris litteris respondens, conqueritur de offensis nuper Sedi Apostolicae illatis; ei formam pacis per Imperii principes transmittit, eumque rogat et monet quatenus cultui pacis inhaereat et secure super illius exsecutione procedat. — (Reg. Per. f. 13 v°, n° 62.)

« [*Imperatori, sine titulo et attributione*[1].] Missis nobis litteris solita benignitate receptis, super hiis que venerabilis frater noster .. Reginus archiepiscopus et dilectus filius .. magister domus Sancte Marie Theotonicorum ex parte nostra tibi provide retulerunt, sensimus adeo te mirari, quod ad quendam loquendi modum insolitum prorupisti, asserens te quasi credere nos non retinere personam episcopi Hostiensis et egisse aliqua que ille aliquando non temptasset. Super hoc quidem testem in celis habentes, respondendum ducimus quod, aliquo tempore, quicquid de aliis membris Ecclesie fieret, persona scribentis super hiis Hostiensem episcopum non gravasset[2], in quibus nos graviter noscitur offendisse, aliquos Regni clericos et laicos in tractatu pacis ignominiose morti et horribili crudeliter exponendo, non sine gravi Apostolice Sedis injuria et grandi contumelia Creatoris, quin immo non sine offensa persone nostre precipua et tui honoris etiam detrimento, cum regie clementie salutis humane conservatio et non subditorum detestanda perditio debeatur. Unde, si recte consideras, si qua hinc inde facta sunt, illorum solus extitisti materia et origo; sicque solus es culpabilis et occurris merito inculpandus, tua conscientia, si requiritur, contra te testimonium perhibente. Sed quia, sciente omnium Cognitore, pacem diligimus, tue[3] sitimus anime gratiam salutarem, premissa sub silentio preterimus, formam pacis de fratrum nostrorum communi concordia ordinatam, tibi per tuos principes transmittentes. Te autem per eundem Reginensem[4] et venerabiles fratres nostros .. Salzburgensem archiepiscopum et .. episcopum Ratisponensem ac dilectum filium nobilem virum .. ducem Austrie et magistrum predictum, quorum verbis fidem adhibere poteris, qui puritatem nostri animi tibi poterunt intimare, quam circa te gerimus in predictis, rogamus attentius et monemus quatinus, dato scandalis libello repudii,

1. Psalm. VI, 8.
2. *Ms.* : constitui; — *consistit* est purement conjectural.
3. Le texte de tout ce passage est douteux.
4. Cf. Sap. V, 4.
5. Cf. Is. IX, 6.
6. Philipp. IV, 7.
7. Reg. Per. f. 13 v°.
8. A rapprocher de la lettre 92 de Thomas de Capoue (mars 1230), dans le recueil mis en lumière par M. Rodenberg, *Die Vorverhandlungen* etc., p. 186 : « Audivi quod quidam me verbis quasi lapidibus quibusdam impetunt; sed utinam, propter quod lapidant, indicarent!... Desidero tranquillitatem Ecclesie; populi quero quietem... » Cette même lettre 92 se trouve aussi, d'après M. Rodenberg, dans le ms. G. 38 de la bibliothèque de l'abbaye de Melk, parmi les lettres de Thomas de Capoue, livre VI, 19. — Cf. Ed. Winkelmann, *Kaiser Friedrich II*, t. II, p. 167, note 1, et Böhmer-Ficker-Winkelmann, *Regesta Imperii*, t. V, n° 11072.
9. La date approximative de la présente lettre peut être, semble-t-il, établie d'après les deux passages suivants de la Chronique de Richard de San-Germano (*Monum. German. histor.*, t. XIX, p. 358, et *Scriptores rerum Germanicarum*, p. 91) : « Mense martii [1230]..., iterum... Reginus archiepiscopus et magister domus Teutonicorum ad papam redeunt. — Mense aprilis [1230], duces [Austrie, Carinthie ac Moravie = Meranie] cum Regino archiepiscopo ac magistro domus Teutonicorum redeuntes a papa cum tractatu et forma concordie, in Apuliam ad Cesarem vadunt. » En outre, la lettre de Frédéric II, du 15 avril, que l'on trouvera plus loin (n° 6167), paraît bien ne pouvoir être que la réponse à celle-ci.

1. *Ms.* : sine tt. et att.
2. Grégoire IX, ici comme quelques lignes plus haut, fait allusion à ses rapports avec Frédéric II (*persona scribentis*), alors que lui-même n'était encore qu'évêque d'Ostie.
3. Il faut peut-être lire : *et tue*.
4. Le même que le *Reginus archiepiscopus* du début de la lettre.

cultui pacis inhereas et secure super illius executione procedas, credens quod, si mater Ecclesia te devotum habuerit et fidelem, potenti virtute te promovebit ut filium et virtuosa potentia te reddet pre hominum filiis exaltatum. »

6163 Latran, 29 mai [1230].

Episcopo Sabinensi et Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, apostolicis legatis, mandat quatenus, si de his quae post iter ab ipsis arreptum, attentata fuerant, congrua satisfactio oblata fuerit, juxta traditam eis formam procedant : adjuncta cedula qua eis mandatur quatenus omnibus modis instent ut Fridericus, dictus imperator, ad praestandum securitatis juramentum his qui Ecclesiae adhaeserant, possit induci ; exscriptis in eadem cedula nonnullis verbis quarundam litterarum, quas ipse papa a magistro domus Sanctae Mariae Theutonicorum receperat. — (Reg. Per. f. 14 r°, n. 63[-64].)

« [.. *episcopo Sabinensi et T*[*home*], *tituli Sancte S*[*abine*] *presbitero cardinali, Apostolice Sedis legatis.*] Sinceritatis vestre litteris, quas solita benignitate recepimus, intellectis, nos et fratres nostri non potuimus non moveri, quia, cum post turbines tenebrosos[1] tranquilla serenitas speraretur, turbo tenebrosior supervenit, spem adimens preconceptam et horrorem incutiens in futurum, multis murmurantibus et dicentibus : « Quomodo » pax creditur duratura, que circa consumationem » tractatus ipsius tam acriter violatur ? aut quomodo » poterit cicatrix obduci[2], si acerbioribus vulneribus » dissecetur ? » Verum, ut Ecclesie innocentia elucescat et justitia pateftat, nostre quoque intentionis affectus clareat universis, de fratrum nostrorum consilio discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus, si congrua satisfactio oblata fuerit super hiis que post iter a vobis arreptum, sunt attempta[ta] noviter, ut scripsistis, juxta traditam vobis formam in nomine Domini procedatis. Dat. Laterani, IIII kalendas junii. »

6164 [*Cedula*[3].]

« Cum in ipso quasi principio pacis, ad talia sit processum, quod hii qui pro Ecclesia in temptatione steterunt, plus solito, nec immerito, sint perterriti, nos, ex hiis que nobis sunt relata, sperantes ut ad prestandum juramentum securitatis hiis qui Ecclesie adheserunt, F[redericus], dictus imperator, facile possit induci, mandamus quatinus omnibus modis quibus potestis, instetis ut predictum exhibeat juramentum, quia litteras nuper recepimus a .. magistro domus Sancte Marie Teotonicorum, firme spei seu juramenti[1], in quibus, inter alia, verba hujusmodi continentur : « De faciendo sacramento quod Vestra Sanctitas novit, ut » pleniter parcatur illis qui fecerunt aliquid contra » ipsum, in principio fortiter restitit ; sed, ostensis ei » diversis rationibus, sic eum induximus quod, sicut » credimus, ob hoc pacis negotium non frangetur. »

1. Cf. Job III, 6.
2. Cf. 2 Esdr. IV, 7.
3. Reg. Per. f. 14 r°.

6165 Latran, 6 juin [1230].

Eosdem legatos monet quatenus, si juxta traditam eis formam procedere non possunt, apud principes [Imperii] instent, ut litteras suas patentes dent eis, quod Fridericus, dictus imperator, formam pacis tractatam et ab ipso acceptatam renuit adimplere. — (Reg. Per. f. 14 r°, n° 65.)

« [.. *episcopo Sabinensi et T*[*home*], *tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, Apostolice Sedis legatis.*] Ne serenitas veritatis aliquo falsitatis nubilo possit obduci, discretionem vestram monemus attente, per apostolica scripta mandantes quatinus, si juxta traditam vobis formam procedere non potestis, apud principes prudenter instetis, ut litteras suas patentes dent vobis, sicuti promiserunt, quod homo ille formam pacis tractatam, et ab eo, sicut a mediatoribus nobis promissum fuerat, acceptatam, renuit adimplere. Dat. Laterani, VIII idus junii. »

6166 Latran, 6 juin [1230].

Eisdem mandat quatenus, si juxta traditam eis formam procedere non possunt, ad apostolicam praesentiam redeant. — (Reg. Per. f. 14 r°, n° 66.)

« *Eisdem.* Sinceritatis vestre litteras solita benignitate recepimus et intelleximus diligenter, diligentie vestre studium dignis in Domino laudibus commendantes. Verum, quia non est in medico semper relevetur ut eger, cum nil de contingentibus sit omissum, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus

1. Les mots *seu juramenti*, dont le sens est bien peu satisfaisant, proviennent peut-être d'une mauvaise lecture, pour *in juramentum*.

quatinus, si juxta traditam vobis formam procedere non potestis, ad nostram presentiam in nomine Domini redeatis. Dat. Laterani. VIII idus junii. »

6167 Foggia. 15 avril [1230].

Fridericus imperator Gregorio papae nuntios suos de pace tractanda mittit. id est Bertholdum, patriarcham Aquilegensem, Eberardum, Salzburgensem et Landonem, Reginum archiepiscopos, Sigefridum, Ratisponensem episcopum, Liutpoldum, Austriae et Styriae ducem, et Hermannum, magistrum domus hospitalis Alamannorum. — (Reg. Per. f. 14 v°, n° 67.)

« *Sanctissimo in Christo patri suo domino G[regorio], Dei gratia Summo Pontifici, F[redericus], Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, salutem et subjectionem cum reverentia filiali.* Litteras quas Beatitudo Vestra per dilectos principes nostros nobis noviter destinavit[1], qua decuit devotione recepimus, et tam ea que continebantur in litteris, quam que iidem principes ore et scriptis ex parte vestra nostro culmini retulerunt, audivimus et intelleximus diligenter: et ecce, cum responsione plenaria singulorum, dilectos principes nostros, B[ertholdum], venerabilem patriarcham Aquilegensem, E[berardum], venerabilem Salzburgensem et L[andonem], venerabilem Regin[um] archiepiscopos, S[igefridum], venerabilem Ratisponensem episcopum, L[iutpoldum], illustrem Austrie et Styrie ducem, et fratrem H[ermannum], venerabilem magistrum domus hospitalis Alemannorum, dilectum nostrum, ad vos duximus remittendos[2]. Paternitatem Vestram attentius exorantes quatinus ea que vobis ex parte nostra dixerint, firmiter credere debeatis, sciturі nos ratum habituros et firmum quicquid ipsi duxerint faciendum. Dat. Fogie. XV° aprelis, III[e] indictionis. »

6168 Latran, 3 juillet [1230].

Episcopo Sabinensi et Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, apostolicis legatis, conquerens quod principes cautionem securitatis his qui Ecclesiae adhaeserant, praestare nolint, mandat quatenus in negotio pacis nullatenus procedant, nisi his condicionibus : prius Rogerio, comiti [de Aquila], et omnibus aliis restituantur illae ex eorum terris, quae a Friderico imperatore aut a suis occupatae sunt postquam ipsi legati a papa recesserint; Beneventanis relaxetur frugum suarum collectionis prohibitio; cessetur a devastatione quorundam locorum quae per Ecclesiam tenebantur; imperator obsidionem ab universis locis quae per Ecclesiam tenebantur, amoveat, et exercitum suum faciat retrocedere. — (Reg. Per. f. 14 v°, n° 68.)

« [.. *episcopo Sabinensi et T[home], tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, Apostolice Sedis legatis.*] Vestra nobis devotio intimavit quod spem non habetis ut principes, etiam absoluto Principe, velint cautionem prestare petitam, nisi prius inventa sit via, et sic sine treugua et pace hii qui adheserunt Ecclesie, expositi videbuntur. Per venerabilem quoque fratrem nostrum .. Reginensem episcopum nobis quandam cedulam destinastis, per quam totam fere formam vidimus immutatam; et ideo ipsam sub bulla nostra vobis mittimus interclusam. Preterea terra[m] nobilis viri comitis Rogerii fere totam ille recepit, et quidam Gaietani juxta civitatem eorum capti sunt nuper a suis, sicut nobis Gaietani scripserunt. Unde, cum dictus comes, pro quo fuit Princeps excommunicatione ligatus[1], de novo, contra pacta et promissa principum et formam acceptatam ab eo, terris quas tenebat, spoliatus esse noscatur, et in ipso tractatu pacis Gaietani sint capti, ac Beneventanis, Ecclesie Romane fidelibus, frugum suarum interdicta collectio ac aliqua devastata, et nonnulla loca que tenentur per Ecclesiam, sint obsessa : de consilio fratrum nostrorum, presentium vobis auctoritate mandamus quatinus in negotio nullatenus procedatis, nisi prius prefato comiti et omnibus aliis, eorum que occupata sunt postquam recessistis a nobis, plena restitutio facta fuerit, et relaxata collectionis prohibitio, ac a devastatione cessatum; obsidionem insuper ab universis locis que per Ecclesiam tenentur, ammoveat, et exercitum faciat retrocedere, penitus revocans quecumque scripto vel facto contra formam pacis attemptata noscuntur. Dat. Laterani. V nonas julii. »

6169 Latran, 3 juillet [1230].

Patriarchae Aquilegensi, Salzeburgensi archiepiscopo, Ratisponensi episcopo, Liutpoldo, Austriae et Styriae, Bernardo, Carinthiae, et Ottoni, Meraniae ducibus, significat se mirari quod mandata ab ipso papa ad legatos directa ipsis principibus mirationem intulerint; conqueritur quod cautionem

1. Sans doute, il s'agit ici de la lettre cotée plus haut 6162.

2. Cf. Chronique de Richard de San-Germano, *Monum. German. histor.*, t. XIX, p. 359, et *Scriptores rerum germanicarum*, p. 92 [avril 1230] : « Dux Austrie Lympuldus nomine cum patriarcha Aquilegensi et aliis supradictis ab imperatore de Apulia rediens, et ad papam vadens cum eis... »

1. Cf. *supra*, n. 415, § 6, et 6153, *in fine*.

securitatis his qui Ecclesiae adhaeserant, praestare noluerint, eosque de litteris praecedentibus, ad legatos ab ipso papa directis, certiores facit. — (Reg. Per. f. 15 r°, n° 69.)

« [.. *patriarche Aquilegensi.* .. *Salzeburgensi archiepiscopo et* .. *episcopo Ratisponensi, et dilectis filiis nobilibus viris L[iutpoldo]. Austrie et Styrie*[1]. *B[ernardo]. Carinthie, et O[ttoni]. Meranie*[2] *ducibus.*] Recepimus nuper litteras vestras, inter alia continentes super eo quod venerabili fratri nostro .. Sabinensi episcopo et dilecto filio nostro T[home], tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, Apostolice Sedis legatis, mandavimus ut in negotio procedere non deberent, vos plurimum ammirari, petentes nos attendere in hac parte quantum honori derogetur Ecclesie, si ea que pro pace promissa fuerunt, in irritum revocentur. Sane, cum viri sitis providi et discreti, non solum in ammiratione vestra miramur, sed etiam turbari cogimur et moveri, cum nolueritis[3], etiam absoluto Principe, nisi prius inventa via, cautionem prestare petitam : per quod sine treugua et pace remanerent expositi, qui Ecclesie adheserunt. Preterea, contra pacta et promissa vestra et formam acceptatam ab ipso, nobilis vir comes Rogerius terris quas tenebat, extitit spoliatus, et in tractatu pacis quidam Gaietani juxta civitatem eorum sunt capti, ac Beneventanis, Ecclesie Romane fidelibus, frugum suarum est interdicta collectio ac aliqua devastata, et nonnulla loca que tenentur per Ecclesiam, sunt obsessa. Unde, si premissa diligenter considerare velitis, miratione dignum videbitis, quod fuistis super mandato nostro mirati. Quare sciatis nos injuncxisse legatis eisdem, ut nullatenus in negotio ipso procedant, nisi prius prefato comiti etc., ut in alia, usque in finem. Dat. Laterani, V nonas julii. »

6170 Grotta Ferrata, 12 juillet [1230].

Episcopo Sabinensi et Thomae, tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali, apostolicis legatis, mandat quatenus secundum novam formam, sub sua bulla interclusam[4], in negotio pacis procedant. — (Reg. Per. f. 15 r°, n. 70-[71].)

« [.. *episcopo Sabinensi et T[home], tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, Apostolice Sedis legatis.* Receptis litteris vestris, et tam hiis que continebantur in eis, quam propositis a nuntiis Principis, diligentius intellectis, post tractatum diutinum cum fratribus nostris et collationes multiplices, propter multa gravamina et pericula imminentia, formam concepimus, quam sub bulla nostra mittimus interclusam. Quocirca discretioni vestre, de dictorum fratrum nostrorum consilio, per apostolica scripta mandamus quatenus secure secundum formam eandem in commisso vobis negotio procedatis, nisi forte vobis, qui plene novistis negotii circumstantias universas, aliud magis visum fuerit expedire, in omnibus aliis formam vobis traditam servaturi. Dat. apud Cryptam Ferratam, IIII idus julii. »

1. *Ms.* : Syr.

2. Au lieu de : *B., Carinthie, et O., Meranie ducibus*, le manuscrit donne la leçon triplement fautive : *O., Carinthie et B., Moravie ducibus*. — Richard de San-Germano écrit de même constamment *dux Moravie* pour *dux Meranie*.

3. Nous retrouvons ici, et dans toute la seconde partie de cette pièce, les expressions mêmes de la lettre qui précède (n° 6168).

4. C'est la cédule qui suit.

6171 [*Cedula.*]

« Amotis exercitu et obsidionibus, et restitutionibus factis, prout nuper vobis dedimus in mandatis[1], cum, secundum tractatum habitum, Gaietam et alias terras et personas, sicut scriptum est in forma pacis vobis tradita, Ecclesia tenere debeat ad manus suas[2], donec via inveniatur, que cum honore Ecclesie valeat acceptari : primo tractetur[3], de communi bona voluntate, de via invenienda super facto predicto : et quia ipsum negotium in se arduum est, et hinc inde multe difficultates occurrunt, annus ad hoc detur, nisi ant[ea] via valeat inveniri ; ad quam inveniendam curam et sollicitudinem volumus adhibere ; nec terminus nisi de consensu partium ulterius prorogetur ; sed si, quod absit! infra dictum terminum via inventa non fuerit, extunc per arbitros interim eligendos procedatur in via, ut dictum est, invenienda ; quorum duo sint ex parte Ecclesie, et duo ex parte Imperatoris ; qui, si concordare non possent, quintum eligant, et dicto majoris partis stetur ; ita tamen quod Imperator ante absolutionem jurabit quod predictas terras et homines interim neque in personis neque in rebus offendet vel offendi permittet, et viam per tractatum vel arbitrium inventam observabit. Quod si contra veniret, sententiam excommunicationis incurret, que in ipsa absolutione a cardinal[ibus] est ferenda ; et super hiis litteras suas dabit, aurea bulla munitas. De offensis etiam remittendis, secundum formam traditam. Lombardis et

1. Cf. *supra*, n° 6168, *in fine*.

2. Cf. *supra*, n. 6154 et 6159.

3. La plus grande partie de ce qui suit se retrouve, *mutatis mutandis*, dans la lettre, déjà citée, des « principes Imperii », du 23 juillet suivant, analysée plus haut sous le n° 414.

aliis qui Ecclesie adheserunt, et pace servanda, jurabit et litteras suas dabit. Principes etiam ecclesiastici et seculares hic presentes, ante absolutionem ejus jurabunt procurare bona fide quod Imperator predicta servabit et contra non veniet : alioquin, nisi ea, secundum quod scriptum est in forma pacis vobis tradita, emendaret, ipsi [quod] Ecclesie potenter et patenter assistent super hiis, litteras suas dabunt. Quod si per Imperatorem staret quod arbitros non eligeret, vel eos ne procederent, impediret, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, et principes, sicut dictum est, Ecclesie [assistere[1]] teneantur. Si autem Ecclesia arbitros dare nollet, vel ne procederent, impediret, Imperator et principes extunc predicto juramento non teneantur, nec Imperator ex predicta sententia vinculum excommunicationis incurrat, predictis terris et hominibus in manu Ecclesie remanentibus, sicut in forma pacis tradita continetur. In omnibus aliis, secundum tractatum habitum et formam vobis traditam procedatur. »

6172 San-Germano, 19 juillet [1230].

Fridericus imperator Gregorio papae notum facit se formam compositionis ipsi imperatori a Sede Apostolica destinatam acceptasse, eumque rogat et hortatur quatenus versus viciniores partes Campaniae accedat, ut aliqui de imperialibus principibus eum citius adire valeant. — (Reg. Per. f. 15 v°, n° 72.)

« *Sanctissimo in Christo patri domino G[regorio], Dei gratia Sacrosancte Romane Ecclesie Summo Pontifici, Fred[ericus], eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, salutem et reverentiam filialem.* Formam compositionis per venerabiles viros .. Reginum archiepiscopum, familiarem nostrum, .. Reginum episcopum, .. magistrum domus Theotonicorum et .. abbatem Casemarii, fideles nostros, nec non et per fratrem G[ualam], de ordine Predicatorum, a Sede Apostolica destinatam, diligenter vidimus et eam duximus acceptandam, ac juxta ordinationem venerabilium fratrum vestrorum .. Sabinensis episcopi et Th[ome], tituli Sancte Sabine presbiteri cardinalis, et consilium dilectorum principum nostrorum, procedimus ad eandem. Et licet grave nostre celsitudini videretur, de benignitate tamen et solacio Confortationis Vestre confidimus quod solite dilectionis amplexu devotum filium in paternam reformabitis caritatem. Quare Paternitatem Vestram rogamus et hortamur attente quatinus

1. Mot rétabli d'après la lettre citée dans la note précédente.

versus viciniores partes Campanie vestrum, si placet, dirigatis accessum, ut aliqui de principibus nostris presentiam vestram citius adire valeant, et quod est Deo compositum, optato compleatur effectu. Dat. apud Sanctum Germanum, XVIIII° julii, III[a] indict[ione][1]. »

6173 [Grotta Ferrata ? après le 19 juillet 1230[2].]

[Friderico imperatori[3]] nuntiat se magno cum gaudio ejus litteras recepisse. — (Reg. Per. f. 15 v°, n° 73.)

« [. . . . . A]udito quod Joseph filius noster vivit, qui in terra dominatur Egypti[4], revixit cum filio suo pater, quem[5] lamentis jugibus tempore multo planxit, timens ne ipsum fera pessima devorarit[6], quem fratres et familiares ipsius conati sunt vendere Pharaoni et Egyptiorum subicere servituti, ne adorare ipsum tanquam dominum cogerentur. Obviat itaque pater filio de regione longissima redeunti[7], et, misericordia motus, super ipsius collum incumbit[8], quem obviis brachiis prone humilitatis amplectitur ; et inter ista festive ylaritatis insignia, saginatus Domino vitulus[9] immolatur[10], quia dedit Dominus gaudia de lamentis et, post lacrimationem et fletum, jocunditatem desiderate exultationis infudit. Agat igitur omnis sexus, etas, condicio gratias Actori salutis, qui, ad hostium cordis tui sicut pertinax amator invigilans et spiritu consilii et salubribus monitis inquietans, te sibi reddidit, et pessulum nobis tue abdite voluntatis aperuit[11], quem aperiri nobis pulsantibus hactenus malignantium nequitia non permisit. Sane leti recepimus fratrem Gualam, et audivimus cuncta que retulit[12], in quibus spiritus noster pre

1. Ou *III[e] indict[ionis]*; cf. *supra*, n° 6167.
2. Et vraisemblablement avant le 24; à cette seconde date, frère Guala était déjà de retour auprès de l'empereur, à San-Germano.
3. Cette lettre ne porte aucune adresse dans le manuscrit; mais il est clair que nous avons là la réponse de Grégoire IX à la lettre de Frédéric II, du 19 juillet, qui précède immédiatement.
4. Cf. Gen. XLV, 26.
5. Il faut entendre : « filio quem » ou « pater qui eum. »
6. Cf. Gen. XXXVII, 20.
7. Cf. *supra*, n° 6149 : « jam occurrit [pater filio] existenti *in longissima regione.* »
8. Cf. Gen. XLVI, 29; Luc. XV, 20.
9. Cf. Luc. XV, 23.
10. *Sic*, peut-être pour *immoletur*.
11. Cf. Cant. V, 6.
12. Cf. Chronique de Richard de San-Germano, *Monum. Germ. histor.*, t. XIX, p 359 et 361, et *Scriptores rerum germanicarum*, p. 94 et 97 : « ... quidam frater Gualo mittitur de ordine Predicatorum, forma concordie acceptata; et ipse papa Urbem exiens, venit aput Criptam ferratam. Imperator vero de Capua jam venerat

magnitudine gaudiorum elanguit, quia verbis operis testimonium minime, dante Domino, contradicit. Confortare ergo et esto robustus[1], quia Dominus ostium tibi salutis multorum aperuit, et patrem invenies, dummodo filium te inveniat ipse pater. »

6174 [Après le 23 juillet 1230.]

Episcopus Sabinensis et Thomas, tituli Sanctae Sabinae presbyter cardinalis, Gregorio papae nuntiant se ipsos Friderici imperatoris juramentum recepisse. — (Reg. Per. f. 16 r°, n° 74.)

« [.. *episcopus Sabinensis et Th*[*omas*], *tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, mittunt domino pape.*] Paternitati Vestre significamus quod nos, restituto comite Rogerio[2], receptisque in gratiam imperatoris Corrado, Guizenardo et Margareto[3], remotis galeis ab ossidione Gaiete et exercitu imperatoris remisso, in crastino beate Magdalene[4] juramentum imperatoris recepimus, confectis prius et auro bullatis tribus litteris in forma quam ipsi negotio vidimus expedire. Juraverunt quoque principes, excepto duce Austrie, qui aliquantulum egrotabat[5]. Recepto autem a Principe juramento, quedam ei statim mandata fecimus, alia suo loco et tempore mandaturi. »

6175 Grotta Ferrata, 11 juillet [1230].

Rectoribus et populo Gaietanis mandat quatenus quosdam ex suis ad Sedem Apostolicam mittant, ipsius papae monita et consilia recepturos; noverint ipsum papam archiepiscopo Regino et magistro domus Theutonicorum scribere ut ad ipsos Gaietanos aliquem dirigant, cum quo ipsorum nuntii ad papam secure possint accedere et postea redire. — (Reg. Per. f. 16 r°, n. 75[-76].)

« [*Rectoribus et populo Gaietanis.*] Paterno de vobis cogitantes affectu, per apostolica vobis scripta mandamus quatinus, receptis litteris nostris, aliquos vestrum probos et industrios ad Sedem Apostolicam destinetis, qui super statu vestro monitis et consiliis nostris salubribus acquiescant, et super hoc plenam a vobis habeant potestatem. Et ecce scribimus venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Regin[o] et dilecto filio .. magistro domus Theotonicorum, ut ad vos dirigant aliquem, cum quo nuntii vestri secure possint ad nos accedere ac redire. Dat. apud Criptam Ferratam, II idus julii. »

6176. — In eundem modum [*rectoribus*] *et populo*[1] *Santagathen*[*sibus*].

6177 Grotta Ferrata, 20 juillet [1230].

Archiepiscopo Regino et magistro domus Theutonicorum, de eadem re scribens, mandat quatenus ad Gaietanos et Sanctagathenses aliquos dirigant, cum quibus eorundem Gaietanorum et Sanctagathensium nuntii ad papam secure possint accedere et postea redire. — (Reg. Per. f. 16 r°, n° 77.)

« [.. *archiepiscopo Regino et .. magistro* [*domus*] *Theotonicorum.*] Cum Gaietanis et Sanctagathe civibus injungamus ut, receptis litteris nostris, aliquos ex ipsis probos et industrios ad Sedem Apostolicam mittant, qui super hoc ab eis plenariam[2] habeant potestatem, devotioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus ad eos dirigatis aliquos, cum quibus eorum nuntii secure possint ad nos accedere ac redire. Dat. apud Cryptam Ferratam, XIII kalendas augusti. »

6178 Grotta Ferrata, 20 juillet [1230].

Senatori et populo Romanis intimat quod, Friderico imperatore supplicanti, ad partes Campaniae ad negotium pacis consummandum disponit proficisci. — (Reg. Per. 16 r°, n. 78[-79].)

« [.. *senatori et populo Romanis.*] Forma pacis, divina faciente gratia, est a Principe humiliter acceptata, et super omnibus pro quibus fuit vinculo excommunicationis astrictus, mandatis Ecclesie se subjecit. Quare nuper nobis fuit instantius supplicatum ut versus viciniores partes Campanie nostros dirigeremus accessus[3],

ad Sanctum Germanum, ubi dictus frater Gualo in hora serotina allocutus est ipsum; et ad verbum illius satisfacere ecclesie annuit imperator, propter quod in signum letitie in Sancto Germano sunt per omnes ecclesias signa pulsata, et item frater Gualo ad papam, quem aput Anagniam repperit, sub festinantia remeavit..... Die Mercurii, octavo stante Julii, in vigilia sancti Jacobi rediens a domno papa ad Sanctum Germanum frater Gualo... »

1. Deut. XXXI, 7, etc.
2. Rogerio de Aquila.
3. Sur le troisième de ces personnages, cf. *supra*, n° 418.
4. Le 23 juillet 1230.
5. Cf. Chronique de Richard de San-Germano, *Monum. German. histor.*, t. XIX, p. 359, et *Scriptores rerum germanicarum*, p. 94 [9 juillet 1230]: « tunc... dux Austrie graviter infirmabatur. »

1. *Ms. :* in e. m. .. et populo.
2. Dans la pièce 6175, *plenam*.
3. Grégoire IX reprend ici les termes mêmes de la lettre de

ut que bono sunt inchoata principio, feliciori consumentur effectu. Quia vero profectus pacis et concordie Ecclesie et Urbis[1], quas Dominus vinculo individue caritatis univit, communis utilitas reputatur, universitati vestre duximus intimandum quod nos, vobiscum semper spiritu remanentes, ad partes Campanie disponimus proficisci[2], ut ad negotium pacis, ad honorem Dei et tranquillitatem mundi. feliciter consumandum, impendamus opem et operam efficacem, devotionem vestram monentes in Domino et propensius exhortantes quatinus, effusis orationibus, apud Deum devotius supplicetis ut, pace Ecclesie reddita, tranquilla vobiscum semper devotione letemur. Dat. apud Cryptam Ferratam, XIII kalendas augusti. »

6179. — In eundem modum *rectoribus fraternitatis Urbis.*

6180 Latran, 19 juin 1233.

Potestati et populo Viterbiensibus scribit : « Cum Romani » a vobis petierint vassallagium renovari, et nullum vassal- » lagium sed sola fidelitas prestita sit a vobis, ne super hoc » valeat dubitari, per vassallagium fidelitatem intelligi de- » claramus. Et licet utrumque a vobis in juramento prestito » sit expressum, idem tamen intelligimus repetitum. » — (Reg. Per. f. 16 v°, n° 80; — cf. Potthast 9241[3].)

« [..] *potestati et populo Viterbien*[*sibus*]. Cum Roman[i] a —. Dat. Laterani, XIII kalendas julii, pontificatus nostri anno septimo. »

Frédéric II cotée plus haut 6172 : « ... quatinus versus viciniores partes Campanie vestrum, si placet, dirigatis accessum. » Si les dates de l'une et de l'autre pièce sont données bien exactement dans le manuscrit, on devra admettre que Grégoire IX a pu recevoir, à Grotta Ferrata, dès le lendemain de son expédition, la lettre que Frédéric II lui adressait le 19 juillet de San-Germano; ce qui n'a, d'ailleurs, rien d'invraisemblable.

1. Il faut entendre, non pas: « concordie Ecclesie et Urbis », mais : « Ecclesie et Urbis communis utilitas. »

2. Il ne semble pas que l'on puisse rien alléguer de certain au sujet d'un voyage et d'un séjour, si court qu'il fût, de Grégoire IX en Campanie à cette époque même ; d'après un passage, rapporté plus haut (col. 610-611, note 12), de Richard de San-Germano, le pape se serait trouvé à Anagni, quand frère Guala le rejoignit après l'entrevue décisive de San-Germano à laquelle il est fait allusion dans notre pièce 6173; en réalité, Grégoire IX était encore à Grotta Ferrata le 22 juillet (Potthast 8589), et sa présence à Anagni n'est pas constatée avant le 6 août (Potthast 8590); cf. Ed. Winkelmann, *Kaiser Friedrich II*, t. II, p. 187, note 1

3. Avec la date *V kalendas julii* (= 27 juin), d'après Ignazio Ciampi, *Cronache e statuti della città di Viterbo*, Firenze, 1872, p. 341, n° 53.

6181 [Août 1234[1]?]

Cardinalibus quibusdam, quorum praesentiam credit plurimum oportunam ad expedienda negotia urgentia Ecclesiae, mandat quatenus ad locum idoneum veniant, in quo cum eis ipse papa possit habere tractatum; ad eos patriarcham Hierosolymitanum et archiepiscopum Messanensem mittit. — (Reg. Per. f. 16 v°, n° 81.)

« *Cardinalibus.* Quia presentiam vestram credimus plurimum oportunam ad expedienda negotia multa et gravia que ad presens incunbunt Ecclesie, super quibus, cum dilatio sit non modicum nocitura, expedit quamtotius providere, sinceritati vestre presentium auctoritate mandamus quatinus ad locum idoneum veniatis, in quo super premissis illum vobiscum possimus habere tractatum, per quem honor Dei et Ecclesie procuretur. Ad hec, venerabiles fratres nostros [..] patriarcham Jerosolimitanum et .. archiepiscopum Messanensem ad vos duximus destinandos, quos super hiis que duxerint proponenda, diligenter audire curetis, ut salutare super eisdem consilium apponatur. »

6182 [Août 1234[2]?]

Raynerio, Sanctae Mariae in Cosmidin diacono cardinali, scribit de periculis quae immineut Ecclesiae, eumque monet et hortatur quatenus, praeterita colligens, praesentia pensans et praecavens in futurum, circa ea quae ad honorem Dei et Ecclesiae pertineant, det operam; archiepiscopum Messanensem super his quae ei proposuerit, audiat et exaudiat. — (Reg. Per. f. 16 v°, n° 82.)

« *Dilecto filio R*[*aynerio*], *Sancte Marie in Cosmidin diacono cardinali.* Deus, innocentie cognitor, occulta scrutans cordium et judex omnium secretorum, novit affectionem patris ad filium, qui, si rationis oculus inordinati motus caligine non turbetur, nichil inveniet unde patris debitum subtrahat reverentia filialis. Mundus

1. Le manuscrit ne donne aucune date pour la présente bulle non plus que pour la suivante. Notre pièce 6181 paraît se rapporter aux mêmes événements que notre pièce 6183, la dernière du manuscrit de Pérouse, et doit être d'assez peu antérieure à celle-ci, qui est datée du 18 août 1234; les cardinaux à qui est adressée notre pièce 6181, sont vraisemblablement les trois cardinaux *Rome commorantes*, nommés dans l'adresse de cette même pièce 6183.

2. La date de la présente pièce est vraisemblablement voisine de la date de la pièce précédente, n° 6181 ; or nous venons de voir que cette pièce 6181 doit être d'assez peu antérieure à notre pièce 6183, datée du 18 août 1234.

enim, in maligno positus[1], falsis obreptionibus casus secundat asperos, et aspera allegat et suggerit esse plana; immo tamquam improbus et inprovidus paranimphus, conatur et tractat, nisi obsisteret jus nature, ut nubat veritas nubilo falsitatis, que palliaret erroris tenebras in quibus multi ambulant nescientes et non intelligentes; ideo non est mirum si fundamenta terre hodie commoventur[2]. Attende, igitur, et vide, fili carissime, que videntur inminere pericula, si dispersa colligi negliguntur, si congregata mutue caritatis fomite non foventur. Porro nil est aliud quam illis impertiri favorem, qui jam posuerunt arietes ad evertenda fidei fundamenta. Quocirca sinceritatem tuam monemus actentius et ortamur, per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, preterita colligens, presentia pensans et precavens in futurum, circa ea que ad honorem Dei et Ecclesie pertinere noscuntur, des studium et operam efficacem. Ad hec venerabilem fratrem nostrum .. archiepiscopum Messan[ensem] super hiis que circa hec duxerit proponenda, audire et exaudire procures. »

6183 Spolète, 18 août 1234.

Johanni de Columna, tituli Sanctae Praxedis, et Stephano, tituli Sanctae Mariae Transtiberim presbyteris cardinalibus, et Romano, Portuensi electo, Romae commorantibus, mandat quatenus in termino eis ab ipso papa praefixo, videlicet ante proximas kalendas septembris, ad ipsum papam redeant. — (REG. PER. f. 16 v°, n° 83.)

« [*J*[*ohanni*] *de Columpna, tituli Sancte Praxede, et S*[*tephano*], *tituli Sancte Marie Transtiberim presbiteris cardinalibus, et R*[*omano*], *Portuensi electo, Rome commorantibus.* N]uper, de consilio fratrum nostrorum, vobis dedisse recolimus in preceptis, ut, cum multa et grandia negotia immineant Ecclesie peragenda, et incumbat necessitas de ordinatione ipsius proximis futuris quatuor temporibus providendi, quod[1] ad minus in kalend[is] septembris instantis, vel, si possetis, citius, ad nostram presentiam rediretis. Nunc autem, cum predicta ordinatio nequeat sine multo Ecclesie discrimine prorogari, discretioni vestre, de dictorum fratrum consilio, firmiter precipiendo mandamus quatinus in prefixo vobis termino ad nos, omni occasione postposita, redeatis. Nos enim adventum vestrum extra Perusium expectamus[2]. Dat. Spoleti, XV kalendas septembris, anno octavo. »

1. 1 JOANN. V, 19
2. Cf. PSALM. LXXXI, 5.

1. *Quod* fait ici double emploi avec *ut*, qui précède.
2. Grégoire IX est encore à Spolète le 15 ou tout au moins le 9 septembre suivant; nous ne constatons pas sa présence à Pérouse avant le 18 (POTTHAST 9702, 9704 et 9705).

FIN DU REGISTRE DE PÉROUSE.